

1817
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

# BRESLAUER

# PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.

## FÜNFTER BAND.

BRESLAU.
VERLAG VON WILHELM KOEBNER.
1890.

# INHALT.

BRESLAUER

PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.

FÜNFTER BAND.

ERSTES HEFT.

# DE TACITO SENECAE PHILOSOPHI IMITATORE

SCRIPSIT

MAXIMILIANUS ZIMMERMANN

DR. PHIL.

BRESLAU.

VERLAG VON WILHELM KOEBNER.

1889.

# DE TACITO SENECAE PHILOSOPHI IMITATORE

SCRIPSIT

MAXIMILIANUS ZIMMERMANN
DR. PHIL.

---

VRATISLAVIAE
APUD GUILELMUM KOEBNER
1889

MARTINO HERTZ

GUILELMO STUDEMUND

S.

Cum per priscum sermonis latini aevum parvum intercessisset discrimen inter poeticam et pedestrem orationem, in ea quam auream vocamus litterarum latinarum aetate C. Licinio Calvo praeter ceteros auctore haec duo dicendi genera ita inter se discernebantur, ut scriptoribus, qui culto dicendi genere uti vellent, prosa oratio sola concederetur, poeticum dicendi genus poetis relinqueretur. Calvi autem adversarius vel clarissimus, M. Tullius Cicero, Cornificii discipulus, huius rhetoricum dicendi genus non solum adoptaverat, sed etiam artificiis et luminibus varium in modum compserat. Nam cum longas periodos artificiose struebat et verba ratione atque consilio componebat, tum id appetebat, ut numeri oratorii ratio ita haberetur, ut inprimis numerose caderet periodorum clausula, interdum initium, raro singulae partes interiores. Adhibebantur praeterea a Cicerone ad augendum orationis cultum quaedam formae ac figurae dicendi et tota oratio artificiose ita disponebatur, ut inter singulas eius partes sollemnes quidam intercederent transitus. Cum Ciceroniano dicendi genere quandam prae se fert cognationem sermo C. Iulii Caesaris, quoniam uterque olim Cornificium erat sectatus, ita tamen, ut Caesar plurimum, multo certe plus quam Cicero, perspicuitati orationis consuleret, ne e more Ciceroniano variorum verborum sensus inter se confunderentur, sed ut singulis verbis inessent singuli sensus. Cum Cicerone minus quam obiter intuenti videatur discrepat C. Sallustius Crispus, qui eo ab illo differt, quod concinnitati Ciceronianae praetulit varietatem orationis, cui dictiones quasdam e prisca latinitate haustas inseruit. Prosae autem orationis Italiae septentrionalis, quae illis temporibus abundabat poetis doctis, auctorem clarissimum habemus Cornelium Nepotem, cuius dictio poetico popularium suorum colore imbuta ad Caesarianam quidem

orationem quodam modo accedit, attamen non illum urbanum prae se fert colorem, sed eum, quo plerumque in provinciis utebantur scriptores.

Haec aureae latinitatis dicendi genera eis temporibus, quibus Augustus imperator florebat, diligenter excolebantur, cum alius hunc, alius illum sequeretur auctorem, unde semina atque initia argenteae quae vocatur latinitatis manaverunt, cuius primum auctorem T. Livium agnoscere licet. Lactea Livii ubertas, quae maxime Herodoti redolet benignitatem, in prima librorum parte provincialium idiotismis non caret, in posteriore rhetorum morem sequitur, id quod vel maxime ex orationibus, quas narrationi inserit Livius, cognoscere licet. Eodem tempore L. Annaeus Seneca pater, Cordubensis, id prosae orationis genus, quo maxime Hispaniensium aures delectabantur, cuius ardor quidam orationem non solum rhetorice, verum etiam poetice colorandi proprius est, Romam intulit. Eo autem Hispaniensium sermo ab illo, quo utebantur homines, qui in Italia agebant, differt, quod Hispanienses brevitatem quandam sermonis epigrammatum more captabant, cum Romanorum oratio amplitudinem quandam exhibeat, si cum Hispaniensium acrimonia comparaveris. Quod momentum gravissimum a Seneca patre in litteras Romanas inlatum inde a fine saeculi a. Chr. n. primi per centum fere annos in dictione Romana dominatur.

Is autem, qui inter auctores argenteae latinitatis principem tenet locum, huius ipsius Senecae filius est, L. Annaeus Seneca, quo nemo fere scriptorum Romanorum maiorem stili splendorem adsecutus est. Patris enim vestigiis insistens flumen verborum et volubilitatem, quam Ciceroniana oratio adfectaverat, distinctis et interpunctis intervallis ita inhibuit, ut singulis colis morae atque respirationes intercederent, et quo magis singula cola coartabantur, eo magis clausula concisorum et initium emicabat, cum praesertim numeri oratorii et verborum collocationis maximam rationem haberet. Sonum itaque et ictum quendam orationis adsecutus est, cum plerumque ne particulas quidem, ex quibus, quo modo singula concisa inter se iungerentur, appareret, insereret. Sed non solum brevitati sententiarum homo Cordubensis operam dabat, verum etiam, quoniam et ipse poeta erat, poetico solutae orationis colori, quo in genere maxime audacissimas translationes usurpat. Quantum id dicendi genus, quod

L. Annaeus Seneca excolebat, habuerit momentum, inde elucet, quod non solum aequalium eius, verum etiam historicorum Romanorum praeclarissimi, Cornelii Taciti aures ita adfecit, ut is in eloquendo Senecae stilo accederet.[1]) Quid vero Senecae debeat Tacitus, in hoc opusculo demonstrare mihi est propositum.

L. Annaeus Seneca ut iis temporibus, quibus Nero imperabat, non solum in rebus publicis, verum etiam in litteris primas ageret partes, ideo ei contigit, quia Agrippina ob claritudinem studiorum eius illi simul cum Burro Neronem filium educandum tradidit, ad cuius ingenium regendum tantum valuit Senecae auctoritas, ut exuto erga matrem obsequio totum se illi permitteret. Unde factum est, ut per initia Neroniani imperii gubernaculum rei publicae Seneca fere solus teneret. Aeque tamen ac fortasse multo plus quam in rebus publicis Senecae ingenium in philosophia versabatur. Quamquam enim doctrinam philosophiae, quoniam Graecis philosophis fontibus ita usus est, ut novi fere nihil adderet, non promovit, tamen in operibus eius, quae quidem ad philosophiam pertinent, tam multa insunt praeclare praecepta, ut vel inter adversarios eius numquam defuerint, qui ei palmam concederent. In ima enim pectoris humani descendit rimaturque impulsus actionum inprimis potentium, quorum animos explorandi et vitia aperiendi, cum in aula imperatoria primum teneret locum, occasio illi certe numquam defuit, ut merito tamquam egregius laudetur vitiorum insectator. Hinc factum est, ut etiam Tacitus, cuius praeclaram artem non solum enarrandi, verum etiam philosophandi mirari solemus, magna ex parte e Senecae ingenio pendeat. Tacitus enim, sicut iam ante eum Sallustius, id genus historiae conscribendae, quod pragmaticum vocare consuevimus, professus est, ut non modo casus eventusque rerum, qui plerumque fortuiti sunt, sed ratio etiam causaeque noscantur (Hist. I 4). Huius artis ediscendae causa Senecae operibus ad philosophiam pertinentibus usus est fontibus, quippe quae largam materiam eius inprimis philosophiae partis, quae in noscendis animi adfectibus versatur, illi suppeditarent iisdemque temporibus essent composita, quorum in Annalibus quidem Tacitus enarrat historiam. Ita autem rem gessit, ut, quo magis enarrationis augeret

[1]) In his adumbrandis secutus quodam modo sum doctrinam, quam Guilelmus Studemund in scholis Vratislaviensibus multo copiosius exposuit.

effectum, eo diligentius lumina ingenii Annaeani conquireret et libris suis insereret historicis secundum Quintiliani (I. O. X 1. 131) praeceptum: „multa enim probanda in eo (scil. Seneca), multa etiam admiranda sunt, eligere modo curae sit, quod utinam ipse fecisset: digna enim fuit illa natura, quae meliora vellet: quod voluit, effecit."

Quantum laudis Tacitus tribuerit Senecae, quantum virtutes eius miratus sit, ex Annalibus Taciti haud difficile est intellectu. Nam verborum alias parcissimus in morte Senecae enarranda diu versatur et accuratissime novissimos sermones atque extrema deficientis momenta describit effingitque animis legentium imaginem sapientis viri, qui sapientiam non solum praeceperit, sed moriendo etiam confirmaverit. Duobus locis ipsum dicentem facit, et oratione directa (Ann. XIV 53 et 54) et oratione indirecta (Ann. XV 62, 63, 64); singulis deinde locis summam viri admirationem profitetur, e quibus praecipui sunt hi:

Ann. XIII 3. 6[1]): quamquam oratio a Seneca composita multum cultus praeferret, ut fuit illi viro ingenium amoenum et temporis eius auribus adcommodatum.

Ann. XII 8. 7: at Agrippina, ne malis tantum facinoribus notesceret, veniam exilii pro Annaeo Seneca, simul praeturam impetrat, laetum in publicum rata ob claritudinem studiorum eius, utque Domitii pueritia tali magistro adolesceret et consiliis eiusdem ad spem dominationis uterentur, . . .

Ann. XIII 2. 1: Ibaturque in caedes, nisi Afranius Burrus et Annaeus Seneca obviam issent. hi rectores imperatoriae iuventae et, rarum in societate potentiae, concordes, diversa arte ex aequo pollebant, Burrus militaribus curis et severitate morum, Seneca praeceptis eloquentiae et comitate honesta, iuvantes in vicem, quo facilius lubricam principis aetatem, si virtutem aspernaretur, voluptatibus concessis retinerent.

Ann. XIII 6. 11: Burrum tamen et Senecam multarum rerum experientia cognitos; et imperatori quantum ad robur deesse, cum octavo decumo aetatis anno Cn. Pompeius, nono decumo Caesar Octavianus civilia bella sustinuerint?

Ann. XIII 11. 6: clementiam suam obstringens crebris ora-

[1]) Extremus numerus locorum Tacitinorum significat versum capitis in editione Halmiana quarta.

tionibus, quas Seneca, testificando quam honesta praeciperet, vel iactandi ingenii, voce principis vulgabat.

Ann. XV 23. 17: secutam dehinc vocem Caesaris ferunt, qua reconciliatum se Thraseae apud Senecam iactaverit, ac Senecam Caesari gratulatum: unde gloria egregiis viris et pericula gliscebant.

Ann. XV 65. 1: Fama fuit Subrium Flavum cum centurionibus occulto consilio, neque tamen ignorante Seneca, destinavisse, ut post occisum opera Pisonis Neronem Piso quoque interficeretur traderetarque imperium Senecae, quasi insontibus claritudine virtutum ad summum fastigium delecto.

Adeo autem Tacitus studio Senecae librorum sese dedit, ut non solum philosophiam, verum etiam sermonem suum ad illius speciem atque exemplar formaret. Atque ut inter philosophos expressit Senecam, ita inter historicos maxime Sallustium[1]), minore ex parte Livium[2]), cui dictioni flosculos quosdam orationis e Vergilii[3]) operibus haustos inseruit. Tota igitur quaestio de Tacito Senecae philosophi imitatore in duas discedit partes: priore parte quaerendum, quomodo Tacitus Senecae philosophiam in usum suum converterit eiusque praecepta philosophiae expresserit; altera parte, quibus locis Senecae dictionem imitatus sit.

[1]) conf. G. Schoenfeld: De Taciti studiis Sallustianis; Lipsiae 1884.

[2]) conf. Guil. Heraeus: Vindiciae Livianae part. 1. progr. gymn. Hanoviensis 1889, p. 3 sqq.

[3]) conf. H. Schmaus: Tacitus ein Nachahmer Vergils; Bamberg 1887.

## Pars prior.

### De Senecae philosophia a Tacito expressa.

Professus est Seneca philosophiam Stoicorum, attamen non ita, ut ad illorum doctrinam prorsus se accommodaret, immo Stoicos duces philosophiae, non dominos eligendo aliquando doctrinae eorum etiam adversatur nec raro Epicuri praecepta laudat. Nam ubicumque vel longius progressum se ad perfectiorem doctrinam pervenisse vel alios philosophos veriora censere persuasum habebat, Stoicorum partibus desertis adversarius fiebat, unde fluctuatio doctrinae eius inter sectas contrarias explicatur (conf. de const. sap. II 2: *Stoici nostri;* de vita beata III 2: aliorum quidem opiniones praeteribo (nam et enumerare illas longum est et coarguere), nostram accipe. nostram autem cum dico, non alligo me ad unum aliquem ex Stoicis proceribus: est et mihi censendi ius; itaque aliquem sequar, aliquem iubebo sententiam dividere, fortasse et post omnes citatus nihil inprobabo ex iis, quae priores decreverint, et dicam: „hoc amplius censeo;" de otio I 4 et 5; III 1; de tranq. an. I 10; Ep. 13. 4; 33. 11; 45. 4; 57. 7; 80. 1; 113. 1, 6, 23; 117. 2, 6). — Nullam autem philosophiae partem Seneca aeque sectabatur ac moralem, quippe quam maxime utilem iudicaret ad recte beateque vivendum, unde multo saepius salutaria praecipit quam perscrutatur obscura et turpissimum esse dicit (Ep. 24. 15), quod Stoicis obici soleat, verba eos philosophiae, non opera tractare; nam facere docet philosophia, non dicere (Ep. 20. 2). Ex hac morali philosophiae parte praecipue Senecae ingenium cognoscere licet, quippe cui egregia indoles insit vitia hominum investigandi moresque eorum emendandi, ut morum vitiorumque publicorum et scriptor verissimus et castigator acerrimus, si Lactantii verbis uti licet, existat. Hac autem arte, quae inter tempora corruptissima eo magis inclaruit, quo minor fuit numerus bonorum, Seneca Taciti

animum sibi conciliavit, cui admiratio meliorum temporum inerat et odium acerrimum adversus saeculum, quo vitia pro virtutibus erant et virtutes ipsae perniciem adferebant, cuius miseriae clarum nobis exemplum et a Seneca et a Tacito ingeritur Iulius Graecinus, Agricolae[1]) pater. Attamen Tacitus ad certam philosophiae sectam sese non applicavit, quoniam non philosophi munus, sed rerum scriptoris profitetur, ita autem philosophatur, ut, si accuratius in hanc rem inquisiveris, dubium esse non possit, quin Senecae de philosophia libros non solum studiose legerit, sed etiam ex praeceptis sapientiae, quae in illis insunt, contemplationes suas ad philosophiam pertinentes effinxerit,[2]) quod e duobus momentis intellegere licet. Nam Tacitus philosophus cum quae ipse de philosophiae quaestionibus sensit, prorsus ad Annaeanum iudicium accommodavit, tum philosophiam Senecae ad historiam conscribendam adhibuit, ut in tota qua narrare solet ratione philosophia Annaeana interluceat. Itaque rem ita instituamus, ut primum quomodo Tacitus suam ipsius de philosophiae quaestionibus sententiam ad Annaeanam direxerit, deinde quomodo Senecae philosophia rerum gestarum enarrationem imbuerit, doceamus.

## I.

### Taciti de communibus philosophiae quaestionibus iudicium quomodo a Seneca pendeat.

Ac primum quidem de natura et cultu deorum Tacitus quamquam pro sua parte certum iudicium non profitetur, tamen

---

[1]) S. de benef. II 21. 5: Si exemplo magni animi opus est, utamur Graecini Iulii, viri egregii, quem C. Caesar occidit ob hoc unum, quod melior vir erat, quam esse quemquam tyranno expedit (conf. Ep. 29. 6). — T. Agr. 4. 3: pater illi (sc. Agricolae) Iulius Graecinus senatorii ordinis, studio eloquentiae sapientiaeque notus, iisque ipsis virtutibus iram Gai Caesaris meritus: namque M. Silanum accusare iussus et, quia abnuerat, interfectus est. — conf. etiam T. Agr. 17. 8: Iulius Frontinus, vir magnus, quantum licebat.

[2]) Carolus Hoffmeister (Die Weltanschauung des Tacitus, Essen 1831, p. 212 sqq.) prorsus negat Tacitum pendere a Seneca ac vix probari posse dicit Tacitum operibus Senecae ad philosophiam pertinentibus animum advertisse. Contra F. C. Schlosser (Weltgeschichte für das deutsche Volk, ed. Kriegk, Frankfurt a. M. 1846 IV p. 336—341) Tacitum Senecae philosophiam et stilum in usum suum convertisse suo iure contendit. conf. etiam L. v. Ranke. Weltgeschichte, III 1, p. 268.

Iudaeorum et Germanorum religionibus, quae cum Romana prorsus pugnabant, multa vera inesse censere videtur: horum autem populorum religiones eaedem erant, quae per ipsa Senecae opera multis tum Romae erant commendatae, ut verisimile fiat Tacitum non solum Iudaeorum et Germanorum exposuisse deorum cultum, verum etiam suam ipsius professum esse religionem.

T. Hist. II 78. 12: est Iudaeam inter Suriamque Carmelus: ita vocant montem *deum*que. *nec simulacrum deo aut templum* (sic tradidere maiores): ara tantum et *reverentia*. Hist. V 5. 17: Aegyptii *pleraque animalia effigiesque compositas venerantur,* Iudaei *mente sola unumque numen intellegunt:* profanos qui *deum imagines mortalibus materiis in species hominum effingant;* summum illud et aeternum neque imitabile neque interiturum. igitur *nulla simulacra* urbibus suis, nedum templis sistunt; non regibus haec adulatio, non Caesaribus honor. Germ. 9. 6: ceterum *nec cohibere parietibus deos neque in ullam humani oris speciem adsimulare* ex magnitudine caelestium arbitrantur: *lucos ac nemora* consecrant *deorum*que *nominibus appellant secretum illud, quod sola reverentia vident.*

Augustin. de civ. dei VI 10 (Seneca III p. 424. 31 Haase): nam in eo libro, quem contra superstitiones condidit (sc. Seneca), multo copiosius ac vehementius reprehendit ipse civilem istam et urbanam theologiam, quam Varro theatricam atque fabulosam. cum enim de *simulacris* ageret: „sacros, inquit, *immortales,* inviolabiles *in materia vilissima* atque immobili dedicant. *habitus illis hominum ferarumque et piscium,* quidam vero mixto sexu diversis corporibus induunt: *numina* vocant, quae si spiritu accepto subito occurrerent, monstra haberentur.“ Lactant. instit. II 2, 14 (Seneca III p. 443. 120 Haase): Recte igitur Seneca in libris moralibus: „*Simulacra,* inquit, *deorum venerantur.* illis supplicant genu posito, illa adorant, illis per totum adsident diem aut adstant, illis stipem iaciunt, victimas caedunt: et cum haec tantopere suspiciant, fabros, qui illa fecere, contemnunt.“ Ibid. II 4. 13, 14 et VI 25. 3 (p. 443 sq.): Quanto melius Seneca et verius! „Vultisne vos, inquit, *deum cogitare* magnum et placidum et maiestate leni verendum, amicum et semper in proximo, non immolationibus et sanguine multo colendum (quae enim ex trucidatione immerentium voluptas est?) sed *mente* pura, bono honestoque proposito. *non templa illi* congestis in altitudinem saxis *exstruenda*

*sunt:* in suo cuique consecrandus est pectore.“ S. de benef. I 6. 3: Non est beneficium ipsum, quod numeratur aut traditur, sicut ne in victimis quidem, licet opimae sint auroque praefulgeant, *deorum* est honor sed in recta ac pia voluntate venerantium. Ep. 31. 11: finges autem (sc. *deum*) non auro vel argento: non potest ex hac *materia imago dei* exprimi similis. Ep. 115. 5. Ep. 41. 1 sqq.: Non sunt ad caelum elevandae manus nec exorandus aedituus, ut nos ad aurem *simulacri,* quasi magis exaudiri possimus, admittat: prope est a te *deus,* tecum est, *intus* est. ... sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum observator, [et] custos. ... Si tibi occurrerit vetustis arboribus et solitam altitudinem egressis frequens *lucus* et conspectum caeli ramorum aliorum alios protegentium umbra submovens: illa proceritas silvae et *secretum loci* et admiratio umbrae in aperto tam densae atque continuae *fidem tibi numinis facit.* — conf. Plin. n. h. XII 3: Haec fuere numinum templa, priscoque ritu simplicia rura etiam nunc deo praecellentem arborem dicant. nec magis auro fulgentia atque ebore simulacra quam lucos et in iis silentia ipsa adoramus.

T. Germ. 34. 11: sanctiusque ac reverentius visum de actis *deorum credere* quam scire.

S. Ep. 95. 50: Primus est *deorum* cultus *deos credere.* (conf. Ep. 102. 2).

Qualem virum sapientem Tacitus animo sibi effinxerit, ex libello, qui de vita et moribus Iulii Agricolae inscribitur, facile est ad deprehendendum. Imaginem enim huius viri Annaeanis depinxit coloribus, ita ut ea, quae Seneca sapienti viro facienda praeceperit, haec Agricolam fecisse Tacitus tradat. Ex eodem libello cognoscimus Tacitum ea, quae de animarum aeternitate et mortuorum cultu senserit, ex Annaeana doctrina hausisse.

S. Ep. 14. 7: Itaque sapiens numquam potentium *iras provocabit.* immo declinabit, non aliter quam in navigando procellam.

T. Agric. 42. 15: Domitiani vero natura praeceps in *iram,* et quo obscurior, eo inrevocabilior, moderatione tamen prudentiaque Agricolae leniebatur, quia non contumacia neque inani iactatione libertatis famam fatumque *provocabat.*

T. Agric. 44. 6: et ipse quidem, *quamquam medio in spatio integrae aetatis ereptus, quantum ad gloriam, longissimum aevum peregit.* quippe et *vera bona*, quae in *virtutibus* sita sunt, impleverat.

S. Ep. 98. 9: De his loquitur bonis, ad quae concurritur: nam illud *verum bonum* non moritur, certum est sempiternumque, sapientia et *virtus:* hoc unum contingit immortale mortalibus. Ep. 66. 30: Quisquis haec inparia iudicat, ab ipsis *virtutibus* avertit oculos et exteriora circumspicit: *bona vera* idem pendent, idem patent. Ep. 32. 5: Opto tibi tui facultatem, ut vagis cogitationibus agitata mens tandem resistat et certa sit, ut placeat sibi et intellectis *veris bonis,* quae, simul intellecta sunt, possidentur, *aetatis adiectione non egeat.* Ille demum necessitates supergressus est et exauctoratus ac liber, qui vivit vita peracta. Ep. 78. 27: Rursus si mors accedit et vocat, licet inmatura sit, licet *mediam* praecidat *aetatem,* perceptus *longissime* fructus est. ad Polyb. de consol. II 6: Eriperes spiritum? quantulum nocuisses! *longissimum illi ingeni aevum fama promisit.* de const. sap. V 5 et VI 1; ad Helv. de consol. V 6; IX 2; Ep. 23. 6; 73. 8; 74. 16; 124. 13; 99. 31.

T. Agric. 45. 13: Tu vero felix, Agricola, non vitae tantum claritate, sed etiam *opportunitate mortis.* ut perhibent qui interfuerunt novissimis sermonibus tuis, *constans et libens fatum excepisti,* tamquam pro virili portione innocentiam principi donares.

S. ad Marc. de consol. XX 4: Cogita, quantum boni *opportuna mors* habeat, quam multis diutius vixisse nocuerit. Ep. 76. 23: Virum bonum concedas necesse est summae pietatis erga deos esse. itaque quicquid illi accidit, aequo animo sustinebit. sciet enim id accidisse lege divina, qua universa procedunt. quod si est, unum illi bonum erit, quod honestum. in hoc enim positum est et parere dis nec excandescere ad subita nec deplorare sortem suam, sed *patienter excipere fatum* et facere imperata. Ep. 61. 3: qui *imperia libens excipit,* partem acerbissimam servitutis effugit, facere quod nolit. non qui iussus aliquid facit, miser est, sed qui invitus facit. Ep. 94. 7: *omnia fortiter excipienda,* quae nobis mundi necessitas imperat. Ep. 96. 2: in omnibus, quae adversa videntur et dura, sic formatus sum: non pareo deo, sed adsentior. ex animo illum, non quia necesse est, sequor. nihil umquam mihi incidet, *quod tristis excipiam,* quod malo voltu. Ep. 98. 3:

Malus omnia in malum vertit, etiam quae cum specie optimi venerant: rectus atque integer corrigit prava fortunae et dura atque aspera ferendi scientia mollit idemque et secunda grate *excipit* modesteque et *adversa constanter* ac fortiter. Ep. 120. 12: numquam vir ille perfectus adeptusque virtutem fortunae maledixit. *numquam accidentia tristis excepit.*

T. Agric. 46. 1: *Si quis* piorum manibus *locus, si,* ut *sapientibus* placet, non cum *corpore* extinguuntur magnae *animae, placide quiescas,* nosque domum tuam ab infirmo desiderio et muliebribus lamentis ad *contemplationem virtutum tuarum* voces, quas neque lugeri neque plangi fas est. admiratione te potius et immortabilibus laudibus et, si natura suppeditet, *similitudine colamus:* is verus honos, ea coniunctissimi cuiusque pietas. id filiae quoque uxorique praeceperim, sic patris, sic mariti *memoriam* venerari, ut *omnia facta dictaque eius* secum revolvant, formamque ac figuram animi magis quam corporis complectantur, non quia intercedendum putem imaginibus quae *marmore* aut aere finguntur, sed, ut voltus hominum, ita simulacra voltus imbecilla ac mortalia sunt, *forma mentis aeterna,* quam tenere et exprimere non per alienam materiam et artem, sed tuis ipse moribus possis. quidquid ex Agricola amavimus, quidquid mirati sumus, manet mansurumque est in animis hominum, in aeternitate temporum, in fama rerum; nam *multos veterum* velut inglorios et ignobilis oblivio obruit: *Agricola* posteritati narratus et traditus superstes erit.

S. Ep. 63. 16: Cogitemus ergo, Lucili carissime, cito nos eo perventuros, quo illum pervenisse maeremus. et fortasse, *si* modo vera *sapientium* fama est recipitque nos *locus aliquis,* quem putamus perisse, praemissus est. Ep. 65. 20: Ego ista non quaeram? ... quae *sedes* expectet *animam* solutam legibus servitutis humanae? Ep. 76. 25: *si* modo solutae *corporibus animae* manent, felicior illis status restat quam est, dum versantur in corpore. Ep. 102. 2: iuvabat de *aeternitate animarum* quaerere, immo mehercules credere. Ep. 117. 6: cum *animarum aeternitatem* disserimus. ad Polyb. de consol. IX 8: Fruitur nunc aperto et libero caelo, ex humili atque depresso in eum emicuit *locum, quisquis ille est, qui* solutas vinculis *animas* beato recipit sinu. Ep. 57. 7—9. — ad Marc. de consol. XXIV 4 sq.: *Harum contem-*

*platione virtutum* filium gere quasi in sinu! ... imago duntaxat fili tui periit et effigies non simillima; *ipse quidem aeternus* meliorisque nunc status est. ... nititur illo, unde demissus est: ibi illum *aeterna requies* manet. ib. XIX 6. — Ep. 95. 50: satis illos *coluit,* quisquis *imitatus est.* -- ad Polyb. de consol. XVIII 2: Fratris quoque tui produc *memoriam* aliquo scriptorum monimento tuorum; hoc enim unum est in rebus humanis opus, cui nulla tempestas noceat, quod nulla consumat vetustas. cetera, quae per constructionem lapidum et *marmoreas* moles aut terrenos tumulos in magnam eductos altitudinem constant, non propagant longam diem, quippe et ipsa intereuntia; *inmortalis est ingeni memoria:* hanc tu fratri tuo largire, in hac eum conloca; melius illum duraturo semper consecrabis ingenio quam irrito dolore lugebis. ... 7 sq.: Effice, ut frequenter fratris tui *memoriam* tibi velis occurrere, ut illum et sermonibus celebres et adsidua recordatione repraesentes tibi, quod ita demum consequi poteris, si tibi *memoriam* eius iucundam magis quam flebilem feceris; naturale est enim, ut semper animus ab eo refugiat, ad quod cum tristitia revertitur. cogita modestiam eius, cogita in rebus agendis sollertiam, in exequendis industriam, in promissis constantiam; *omnia dicta eius ac facta* et aliis expone et tibimet ipse conmemora; qualis fuerit, cogita, qualisque sperari potuerit: quid enim de illo non tuto sponderi fratre posset? Ep. 99. 23: Ceterum frequenter de illo loquere et *memoriam* eius, quantum potes, *celebra* etc. ad Marc. de consol. III 2; V 2: Cum secessimus et in unum convenimus, *facta eius dictaque* quanto meruit suspectu *celebramus.* — Fragmentum libri Senecae deperditi „de matrimonio“ apud Hieronym. adversus Iouinian. lib. I p. 192 (Seneca III p. 433. 79 Haase): notior est marito suo Tanaquil. *illum* inter *multa* regum nomina iam abscondit antiquitas: *hanc* rara inter feminas virtus altius saeculorum omnium memoriae quam ut excidere possit, infixit.[1])

In omnibus autem et dictis et factis virtus non gloriae et ambitionis causa, verum propter ipsam expetenda est: ipsa enim sui pretium est.

[1]) conf. T. Ann. XV 63. 4 (in Senecae oratione ad Paulinam uxorem): in *contemplatione* vitae per *virtutem* actae desiderium mariti solaciis honestis toleraret.

T. Agric. 1. 7: celeberrimus quisque ingenio ad prodendam virtutis memoriam *sine gratia aut ambitione bonae tantum conscientiae pretio* ducebatur. Ann. II 22. 4: de se nihil addidit (sc. Germanicus), metu invidiae an ratus *conscientiam facti satis esse.*

S. de clem. I 1. 1: Quamvis enim recte factorum verus fructus sit fecisse, nec ullum virtutum pretium dignum illis extra ipsas sit, iuvat inspicere et circumire *bonam conscientiam.* Ep. 81. 19 sq.: virtutum omnium pretium in ipsis est. non enim exercentur ad praemium: recte facti fecisse merces est. ... nemo mihi videtur pluris aestimare virtutem, nemo illi magis esse devotus quam qui boni viri famam perdidit, ne *conscientiam* perderet. de vita beata IX 4: Itaque erras, cum interrogas, quid sit illud, propter quod virtutem petam: quaeris enim aliquid supra summum. interrogas, quid petam ex virtute? ipsam; nihil enim habet melius, est ipsa pretium sui. de tranq. an. III 4: quantum gratuito bonum sit *bona conscientia.* de benef. VI 42. 2: Male agit, qui *famae, non conscientiae,* gratus est; ib. IV 12. 4; de vita beata XX 4: Nihil *opinionis* causa, omnia *conscientiae* faciam. Ep. 23. 6 sq.: veri boni aviditas tuta est. quid sit istud, interrogas, aut unde subeat? dicam: ex *bona conscientia.* Ep. 113. 32: qui virtutem suam publicari vult, non virtuti laborat, sed *gloriae;* de benef. IV 21. 6; nat. quaest. IV praef. 15; de moribus 134.

Illud etiam apud utrumque, et Senecam et Tacitum, invenitur honesto homini non adeo vitam amandam esse, ut non mortem praeferat, si rerum condicio ea sit, ut melioris status spes sit ablata.

T. Ann. II 63. 13: et Maroboduus quidem Ravennae habitus, si quando insolescerent Suebi, quasi rediturus in regnum ostentabatur: sed non excessit Italia per duodeviginti annos consenuitque multum imminuta claritate *ob nimiam vivendi cupidinem.* Ann. IV 50. 5: e ducibus Dinis ... ponenda arma, unum adflictis id remedium disserebat, primusque se cum coniuge et liberis victori permisit: secuti aetate aut sexu inbecilli et quibus maior *vitae* quam gloriae *cupido.* Ann. XVI 16. 6: neque aliam defensionem ab iis quibus ista noscentur exegerim, quam ne oderim tam *segniter* pereuntes. (Ann. XIV 58. 11: effugeret segnem mortem, sontium suffugium.)

S. Ep. 101. 13: Optat ultima malorum et, quae pati gravissimum est, extendi ac sustineri cupit: qua mercede? scilicet *vitae longioris*. quid autem huius vivere est? diu mori. ... 15: Excutienda *vitae cupido* est discendumque nihil interesse, quando patiaris, quod quandoque patiendum est. Ep. 58. 32: de isto feremus sententiam, an oporteat fastidire senectutis extrema et finem non opperiri, sed manu facere. prope est a timente, qui fatum *segnis* exspectat. ... 34: at si inutile ministeriis corpus est, quidni oporteat educere animum laborantem? ... paucos longissima senectus ad mortem sine iniuria pertulit, multis iners vita sine usu sui iacuit. Ep. 4. 5: Hoc cotidie meditare, ut possis aequo animo vitam relinquere, quam multi sic conplectuntur et tenent, quomodo qui aqua torrente rapiuntur, spinas et aspera. de prov. VI 7—9; de ira III 15. 4; de tranq. an. XVI 1—3; Ep. 12. 10; 17. 9; 65. 22; 70. 5; 77; 98. 16; 117. 21; 120. 14.

Gravissimam illam movens quaestionem, utrum f a t o an l i b e r a h o m i n u m v o l u n t a t e r e s g e r a n t u r, quamquam Tacitus dubitat, utri opinioni accedat, tamen ei, qui totam doctrinam, quae in Tacitinis libris inest, recte consideraverit, dubium non erit, quin re vera libertatem humanae voluntatis profiteatur. Eodem modo, dum considerat, utrum f a t o e t n e c e s s i t a t e i m m u t a b i l i a n f o r t e h o m i n u m r e s r e g a n t u r, suum in medio relinquit iudicium et oppositis Epicureorum et Stoicorum opinionibus inter se contrariis communem hominum opinionem, qui nascentibus futura denuntiari credunt, ita addit, ut suam ipsius sententiam aperte pronuntiet. Taciti autem sententia cum Annaeana comparata ita ad illam accedit, ut Tacitum opinionem suam ad Annaeanam prorsus accommodasse pro certo sit.

T. Ann. IV 20. 12: unde dubitare cogor, *fato et sorte nascendi,* ut cetera, ita principum inclinatio in hos, offensio in illos, *an sit aliquid in nostris consiliis* liceatque inter abruptam contumaciam et deforme obsequium pergere iter ambitione ac periculis vacuum.

S. nat. quaest. II 38. 3: Ista nobis opponi solent, ut probetur *nil voluntati nostrae relictum* et omne ius *fato* traditum. cum de ista re agetur[1]), dicam, quemadmodum *manente fato ali-*

[1]) Quoniam expositio huius rei apud Senecam in libris naturalium quaestionum non invenitur, conieci compositum esse a Seneca librum nunc de-

*quid sit in hominis arbitrio.* Ep. 16. 4—6: Dicet aliquis: „quid mihi prodest philosophia, si *fatum* est? quid prodest, si deus rector est? quid prodest, si *casus* imperat? nam et *mutari certa non possunt* et nihil praeparari potest adversus incerta, sed aut *consilium meum* occupavit deus decrevitque quid facerem, aut *consilio meo* nil fortuna permittit." quicquid est ex his, Lucili, vel si omnia haec sunt, philosophandum est: sive nos *inexorabili lege fata* constringunt, sive arbiter deus universi cuncta disponit, sive *casus* res humanas sine ordine inpellit et iactat, philosophia nos tueri debet. haec adhortabitur, ut deo libenter pareamus, fortunae contumaciter. haec docebit, ut deum sequaris, feras casum. sed non est nunc in hanc disputationem transeundum, *quid sit iuris nostri,* si providentia in imperio est, aut si *fatorum series* inligatos trahit, aut si repentina ac subita dominantur: illo nunc revertor, ut etc. — de ira II 22. 1: Sed haec ad liberos nostros pertinent; in nobis quidem *sors nascendi* et educatio nec vitii locum nec iam praecepti habet: sequentia ordinanda sunt; Ep. 79. 12: cum receperit (animus noster) locum, quem occupavit *sorte nascendi*; de otio IV 1; Ep. 11. 6: condicio nascendi.

T. Ann. VI 22. 1: Sed mihi haec ac talia audienti in incerto iudicium est, *fato* ne res mortalium *et necessitate immutabili* an forte volvantur (1). quippe sapientissimos veterum quique sectam eorum aemulantur diversos reperias, ac multis insitam opinionem non initia nostri, non finem, *non denique homines dis curae* (2); ideo creberrime tristia in bonos, laeta apud deteriores esse. contra alii fatum quidem congruere rebus putant, sed non e vagis stellis, verum apud principia et nexus naturalium causarum (3); ac tamen electionem vitae nobis relinquunt, quam ubi elegeris, certum imminentium ordinem. *neque mala vel bona quae vulgus putet:* multos, qui conflictari adversis videantur, beatos, at *plerosque quamquam magnas per opes miserrimos* (4), si illi gravem fortunam constanter tolerent, hi prospera inconsulte utantur. ceterum plurimis mortalium non eximitur *quin primo cuiusque ortu ventura destinentur* (5), sed quaedam secus quam dicta sint cadere, fallaciis ignara dicentium: ita corrumpi fidem

perditum, qui inscribebatur „de fato." quae coniectura magis commendabitur, si conparaveris nat. quaest. I 1. 4: Erit aliud istius rei tempus; quem locum infra laudavi.

artis, cuius clara documenta et antiqua aetas et nostra tulerit. (conf. Curt. V 11. 10.)

1. S. ad Helv. de consol. VIII 3: Id actum est, mihi crede, ab illo, quisquis formator universi fuit, sive ille deus est potens omnium, sive incorporalis ratio ingentium operum artifex, sive divinus spiritus per omnia, maxima ac minima, aequali intentione diffusus, sive *fatum et immutabilis causarum inter se cohaerentium series:* id, inquam, actum est, ut in alienum arbitrium nisi vilissima quaeque non caderent. nat. quaest. II 35. 1 sq.: „Quid ergo? expiationes procurationesque quo pertinent, si *inmutabilia* sunt *fata*?“ ... *fata* inrevocabiliter ius suum peragunt nec ulla commoventur prece. ... *ordinem fati rerum aeterna series rotat,* cuius haec prima lex est: stare decreto. — 36: Quid enim intellegis *fatum*? existimo *necessitatem* rerum omnium actionumque, quam nulla vis rumpat. Ep. 77. 12: (*fata*) rata et fixa sunt et magna atque aeterna *necessitate* ducuntur. ... *series invicta et nulla mutabilis ope* inligavit ac trahit cuncta. Ep. 88. 15: Agit illa *continuus ordo fatorum et inevitabilis cursus.* ad Polyb. de consol. IV 1: Diutius accusare *fata* possumus, *mutare non possumus:* stant dura et inexorabilia. Ep. 101. 7: stat quidem terminus nobis, ubi illum *inexorabilis fatorum necessitas* fixit, sed nemo scit nostrum, quam prope versetur terminus. ad Marc. de consol. VI 2; de rem. fort. IV 1.

2. S. de benef. IV 19. 1 sq.: *Deos* nemo sanus timet; furor est enim metuere salutaria, nec quisquam amat, quos timet. Tu denique, *Epicure, deum* inermem facis, omnia illi tela, omnem detraxisti potentiam et, ne cuiquam metuendus esset, proiecisti illum extra mundum. ... in medio intervallo huius et alterius caeli desertus sine animali, sine homine, sine re ruinas mundorum supra se circaque se cadentium evitat non exaudiens vota *nec nostri curiosus.* de benef. VI 23. 3 sq.: In prima autem illa constitutione, cum universa disponerent (scil. *di*), etiam *nostra* viderunt rationemque *hominis* habuerunt; ... et quamquam maius illis propositum sit maiorque actus sui fructus quam servare mortalia, tamen in *nostras* quoque utilitates a principio rerum praemissa mens est et is ordo mundo datus, ut adpareat *curam nostri non inter ultima habitam.* de benef. VII 31. 3: Alius illis (sc. *dis*) obicit *neglegentiam nostri,* alius iniquitatem; alius illos extra mundum suum proicit et ignavos hebetesque sine luce, sine ullo opere destituit.

nat. quaest. I 1. 3: Vidimus circa divi Augusti excessum simile prodigium. vidimus eo tempore, quo de Seiano actum est. nec Germanici mors sine denuntiatione tali fuit. dices mihi: „ergo tu in tantis erroribus es, ut existimes *deos* mortium signa praemittere et quicquam in terris esse tam magnum, quod perire mundus sciat?" erit aliud istius rei tempus. videbimus an *rerum omnium certus ordo* ducatur et alia aliis ita inplexa sint, ut quod antecedit, aut causa sit sequentium aut signum. videbimus an *dis humana curae sint*, an series ipsa, quid factura sit, certis rerum notis nuntiet. Ep. 95. 50: Primus est deorum cultus *deos credere*. ... scire illos esse, ... qui humani generis tutelam gerunt *interdum curiosi singulorum*. Ep. 110. 2.

3. S. Ep. 117. 19: de *deorum* natura quaeramus, de siderum alimento, de his *tam variis stellarum discursibus:* an ad illarum motus nostra moveantur, ... an et haec, quae fortuita dicuntur, *certa lege constricta sint* nihilque in hoc mundo repentinum aut expers ordinis volutetur. nat. quaest. II 32. 1 et 4.

4. S. de prov. V 1: Hoc est propositum deo, quod sapienti viro, ostendere haec, quae *vulgus* appetit, quae reformidat, *nec bona esse nec mala*. Ep. 94. 7: efficias oportet, ut sciat pecuniam *nec bonum nec malum esse*. ostendas illi *miserrimos divites*. Ep. 45. 9: hoc nos doce, beatum non eum esse, quem *volgus* adpellat, ad quem pecunia magna confluxit, sed illum, cui bonum omne in animo est. Ep. 94. 60: Non est, quod invideas istis, quos magnos felicesque *populus* vocat. 73 sq.: ostendat ex constitutione *volgi* beatos in illo invidioso fastigio suo trementes et adtonitos longeque aliam de se opinionem habentes quam ab aliis habetur. ... nam quasi ista inter se contraria sint, bona fortuna et mens bona, ita melius in malis sapimus: secunda rectum auferunt. Ep. 98. 1: cetera, quorum admiratio est *volgo*, in diem bona sunt. 13: rursus ista, quae ut speciosa et felicia trahunt *volgum*, a multis et saepe contempta sunt. Ep. 66. 31; 74. 13.

5. S. de prov. V 6 sq.: Nihil cogor, nihil patior invitus, nec servio deo sed assentior, eo quidem magis, quod scio omnia certa et in aeternum dicta lege decurrere. fata nos ducunt et, quantum cuique temporis restat, *prima nascentium hora disposuit*. ... olim constitutum est, quid gaudeas, quid fleas. ad Marc. de consol. X 5: Si mortuum tibi filium doles, *eius temporis*, *quo natus est*, crimen est; mors enim illi denuntiata *nascenti* est; in hanc

legem natus est, hoc illum fatum ab utero statim prosequebatur. ib. XXI 6: Solvitur quod cuique promissum est; eunt via sua fata nec adiciunt quicquam nec ex promisso semel demunt; frustra vota ac studia sunt: habebit quisque quantum illi *dies primus* adscripsit. nat. quaest. VII 28. 1: illa, quae Chaldaei canunt, quid stella *nascentibus* triste laetumve constituat. de rem. fort. II 2: *nascenti* mihi protinus natura posuit hunc terminum.

Restat, ut quid Seneca et Tacitus de optima reipublicae forma censuerint, conferamus. Tacitus quod libera res publica, quam per se perfectissimam civitatis formam agnoscit, periit, cum reliquis illorum temporum viris honestis queritur, attamen adeo civitatis mores corruptos esse adeoque sui temporis homines degenerasse sibi persuasum habebat, ut principatum tamquam unam labantis imperii salutem aspiceret. Eodem modo quo Seneca, quem principatum comprobasse vix opus est commemorare, cives cum corpore, principem cum animo, quo corpus regitur, comparat.

T. Hist. I 16. 1: Si inmensum *imperii corpus* stare ac librari sine rectore posset, dignus eram a quo res publica inciperet: nunc eo necessitatis iam pridem ventum est, ut nec mea senectus conferre plus populo Romano possit quam bonum successorem, nec tua plus iuventa quam bonum principem.

S. de clem. I 4. 3: Ideo principes regesque et quocumque alio nomine sunt tutores status publici non est mirum amari ultra privatas etiam necessitudines; nam si sanis hominibus publica privatis potiora sunt, sequitur, ut is quoque carior sit, in quem se res publica convertit. olim enim ita se induit *rei publicae* Caesar, ut seduci alterum non posset sine utriusque pernicie; nam et illi viribus opus est et huic capite. de clem. II 2. 1: Tradetur ista animi tui mansuetudo diffundeturque paulatim per omne *imperii corpus*. de ira III 18. 2.

T. Ann. I 12. 9: non idcirco interrogatum ait, ut divideret quae separari nequirent, sed ut sua confessione argueretur (sc. Caesar), unum esse *rei publicae corpus* atque *unius animo regendum*.

S. de clem. I 3. 4 sq.: Non est hic sine ratione populis urbibusque consensus sic protegendi amandique regis et se suaque

iactandi, quandocumque desideravit imperantis salus; nec haec vilitas sui est aut dementia, pro uno capite tot milia excipere ferrum ac multis mortibus *unam animam* redimere, nonnumquam senis et invalidi. quemadmodum totum *corpus animo* deservit . . . sic haec inmensa multitudo *unius animae* circumdata illius spiritu *regitur*, illius ratione flectitur pressura se ac fractura viribus suis, nisi consilio sustineretur. de clem. I 5. 1: Nam si, quod adhuc conligit, tu *animus rei publicae* tuae es, illa *corpus* tuum, vides, ut puto, quam necessaria sit clementia. (conf. etiam T. Ann. I 9. 15 et S. de benef. V 16. 4 extr., deinde T. Ann. IV 33. 1 et Laert. Diog. VII 131.)

Satis iam demonstrasse mihi videor Tacitum, etiamsi minime Stoicum appellare eum liceat, tamen philosophiam Senecae, quem eundem non adeo Stoicae sectae sese applicuisse diximus, ut non etiam aliis philosophis ius concederet, in usum suum convertisse, ut, cum Senecae presserit vestigia, non inepte videatur Tacitus appellari posse philosophus Annaeanus. Sectae autem Stoicorum multum tribuisse Tacitum inde conici potest, quod Hist. IV 5 Helvidii Prisci, Stoici cuiusdam, vitam et studia ita enarrat, ut summam illi concedat laudem. Simul Stoicorom doctrinam breviter ita exponit, ut Senecam secutus esse videatur.

T. Hist. IV 5. 8: doctores sapientiae secutus est (sc. Helvidius Priscus), qui *sola bona quae honesta, mala tantum quae turpia, potentiam nobilitatem ceteraque extra animum*[1]) *neque bonis neque malis adnumerant.*

S. Ep. 94. 8: cum virtutem unicum *bonum* hominis adamaverit, turpitudinem *solum malum* fugerit, reliqua omnia, divitias, honores, bonam valitudinem, vires, imperia scierit esse mediam partem, *nec bonis adnumerandam nec malis*. de benef. VII 2. 2: Sciat *nec malum* esse ullum *nisi turpe nec bonum nisi honestum.* Ep. 71. 4: summum *bonum* est, *quod honestum* est. et quod magis admireris: *unum bonum est, quod honestum est: cetera* falsa et adulterina bona sunt. Ep. 71. 5: Hoc liqueat, nihil esse *bonum* nisi *honestum*; Ep. 71. 7, 19; 74. 1, 10; 76. 6, 7, 23, 24, 26; 85. 17, 18; 90. 35; 120. 3. — Ep. 66. 35: ratio ergo arbitra est

[1]) Ex exemplis a me propositis elucet falso sic explicare Heraeum Taciti verba: was sonst noch dem inneren Geistesleben nicht angehört; immo extra animum idem valet ac praeter animum.

*bonorum ac malorum:* aliena et externa·pro vilibus habet et ea, quae *neque bona* sunt *neque mala,* accessiones minimas ac levissimas iudicat. omne enim illi bonum in *animo* est. Ep. 76. 17: Si omne in *animo* bonum est, quicquid illum confirmat, extollit, amplificat, bonum est. ibid. 76. 18 sq.; 76. 21: Sequitur, ut, quae ab inconsultis saepe contemnuntur, a sapientibus semper, ea *nec bona* sint *nec mala.* unum ergo bonum ipsa virtus est. Ep. 95. 35: sciant omnia praeter virtutem mutare nomen, modo *mala* fieri, modo *bona.* 43: Eadem aut *turpia* sunt aut *honesta*: refert, quare aut quemadmodum fiant. de benef. I 6. 2; Ep. 98. 2: errant enim, Lucili, qui aut *boni* aliquid nobis aut *mali* iudicant tribuere fortunam: materiam dat *bonorum ac malorum* et initia rerum apud nos in malum bonumve exiturarum. valentior enim omni fortuna *animus* est. Ep. 99. 12. — Ep. 117. 9: id autem medium atque indifferens vocamus, quod tam *malo* contingere quam *bono* possit, tamquam pecunia, forma, *nobilitas.* ad Polyb. de consol. IX 5: Omnia ista bona, quae nos speciosa sed fallaci voluptate delectant, pecunia, dignitas, *potentia* aliaque complura ... cum labore possidentur. Ep. 118. 11; 31. 3, 5; 82. 13, 14; 87. 25; 95. 59.

## II.

## Philosophiam Annaeanam quomodo Tacitus ad historiam conscribendam applicuerit.

Quoniam adhuc rem ita tractavimus, ut Tacitum ea, quae ipse in rebus ad philosophiam pertinentibus senserit, e Senecae doctrina mutuatum esse doceremus, transeamus nunc eo, ut, quomodo philosophiam Senecae ad historiam conscribendam transtulerit, videamus. Adeo enim Senecae praecepta philosophiae veritati respondent, ut Tacitus, ubicumque illa historia confirmata intellexerat, iis uteretur, quibus historiam secundum eam quam profitetur rerum scribendarum rationem adornaret. Nec solum quid homines egerint quidque effectum sit, explicare studet, verum etiam, quibus causis et animorum motibus perducti homines ad res agendas accesserint. Quoniam enim multa in rebus humanis prima specie aliter apparent atque sunt, vel praecipuum munus rerum scriptoris esse censuit intima animorum recludere, tollere velamenta, veritatem patefacere. Uberrimam autem huius psychologiae materiam Senecae opera ad philosophiam pertinentia

ei largiebantur, qua tamen non caeca cupiditate usus est, immo Senecae doctrinam adeo penitus hauserat veritatemque introspexerat, ut optimus Senecae interpres existat Tacitus. Paene omnia autem huius generis, quae in operibus eius inveniantur, Tacitum a Seneca didicisse, etsi exemplis probari non potest, quoniam magna pars librorum Senecae ad philosophiam pertinentium non ad nostram pervenit aetatem, tamen pro certo erit sumendum: admireris tantum licet interpretis artem, qua Senecae philosophiam in historiam transtulit. Iam ea, quae diximus, confirmemus exemplis, quae, quo magis sint perspicua, in tria a nobis digerentur genera.

## A.

### Rerum enarratio a Tacito Annaeanis depicta coloribus.

T. Agr. 16. 19: discordia laboratum, cum adsuetus *expeditionibus miles otio lasciviret.*

S. Ep. 56. 9; Magni imperatores, cum male parere *militem* vident, aliquo labore conpescunt et *expeditionibus* detinent: numquam vacat *lascivire* districtis nihilque tam certum est quam *otii* vitia negotio discuti.[1])

T. Agric. 42. 3: accessere quidam cogitationum principis periti, qui iturusne esset in provinciam ultro Agricolam interrogarent. ac primo occultius quietem et otium laudare, mox operam suam in adprobanda excusatione offerre, postremo non iam obscuri suadentes simul terrentesque pertraxere ad Domitianum. qui paratus simulatione, in *adrogantiam* compositus, et audiit preces excusantis et, cum adnuisset, *agi sibi gratias passus est,* nec erubuit *beneficii invidia.*

S. de benef. IV 17. 2 sq.: Quis est, qui non beneficus videri velit, qui non inter scelera et iniurias opinionem bonitatis adfectet, qui non ipsis, quae inpotentissime fecit, speciem aliquam induat recti velitque etiam iis videri beneficium dedisse, quos laesit? *Gratias* itaque *agi sibi* ab iis, quos adflixere, *patiuntur* bonosque se ac liberales fingunt, quia praestare non possunt; quod non facerent, nisi illos honesti et per se expetendi amor

[1]) Haud scio an haec similitudo recedat ad Sallustium utriusque auctorem.

cogeret moribus suis opinionem contrariam quaerere et nequitiam abdere, cuius fructus concupiscitur, ipsa vero odio pudorique est; nec quisquam tantum a naturae lege descivit et hominem exuit, ut animi causa malus sit. de benef. II 6. 2: Quam dulce, quam pretiosum est, si *gratias sibi agi* non *est passus,* qui dedit, si dedisse se, dum dat, oblitus est! de benef. II 11. 7: Nihil aeque in beneficio dando vitandum est quam superbia. quid opus *adrogantia* vultus, quid tumore verborum? ipsa res te extollet. detrahenda est inanis iactatio; res loquentur nobis tacentibus. non tantum ingratum sed *invisum est beneficium superbe datum.*

T. Agric. 45. 9: praecipua sub Domitiano miseriarum pars erat videre et aspici, cum suspiria nostra subscriberentur, cum denotandis tot hominum palloribus sufficeret saevus ille voltus et *rubor*, *quo se contra pudorem muniebat.*

S. Ep. 11. 3: Inter haec esse et *ruborem* scio, qui gravissimis quoque viris subitus adfunditur. . . . *quidam numquam magis, quam cum erubuerint, timendi sunt, quasi omnem verecundiam effuderint.*

T. Germ. 19. 3: paucissima in tam numerosa gente adulteria ... publicatae enim *pudicitiae* nulla venia: non forma, non aetate, *non opibus maritum invenerit. nemo enim illic vitia ridet nec corrumpere et corrumpi saeculum vocatur.* ... sic *unum accipiunt maritum* quo modo unum corpus unamque vitam, *ne ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tamquam maritum, sed tamquam matrimonium ament.* (conf. Germ. 17. 13.)

S. Ep. 39. 6: serviunt itaque voluptatibus, non fruuntur, et mala sua, quod malorum ultimum est, et amant: tunc autem est consummata infelicitas, ubi turpia non solum delectant, sed etiam placent, et *desinit esse remedio locus, ubi quae fuerant vitia, more sunt.* de benef. III 16. 1: pudorem enim rei tollet multitudo peccantium, et *desinit esse probri loco commune maledictum.* numquid iam ulla repudio erubescit, postquam inlustres quaedam ac nobiles feminae non consulum numero sed *maritorum* annos suos conputant et exeunt matrimonii causa, nubunt repudii? *tamdiu istuc timebatur, quamdiu rarum erat* e. q. s. Hieronymus adver. Iovinian. lib. I p. 188: (Seneca III p. 432. 72 et 74 Haase

Marcia, Catonis filia minor, cum quaereretur ab ea, cur post amissum *maritum* denuo non nuberet, respondit non se *invenire virum,* qui se magis vellet quam *sua.* quo dicto ostendit *divitias* magis in uxoribus eligi solere quam *pudicitiam* et multos non oculis sed digitis uxores ducere: optima sane res, quam avaritia conciliat. ... *magis enim se unicis viris applicant feminae, et nihil aliud nosse magnum artioris indulgentiae vinculum est.* Ibid. p. 191 (Seneca III p. 434. 84 sq. Haase): unde et Sextius in sententiis: „adulter est, inquit, in suam uxorem amator ardentior." in aliena quippe uxore omnis amor turpis est, in sua nimius. sapiens vir iudicio debet *amare* coniugem, non affectu. reget impetus voluptatis nec praeceps feretur in coitum: *nihil est foedius quam uxorem amare quasi adulteram.* certe qui dicunt se causa reipublicae et generis humani uxoribus iungi et liberos tollere, imitentur saltem pecudes et postquam uxorum venter intumuerit, non perdant filios, *nec amatores uxoribus se exhibeant sed maritos.*

T. Germ. 27. 1: *Funerum* nulla *ambitio:* id solum observatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur. struem *rogi* nec vestibus nec odoribus cumulant: sua cuique arma, quorundam igni et equus adicitur. *sepulcrum* caespes erigit: monumentorum arduum et operosum honorem ut gravem defunctis aspernantur. lamenta ac *lacrimas* cito, dolorem et tristitiam tarde ponunt. *feminis lugere honestum est, viris meminisse.*[1]) — Ann. II 71. 13: non hoc praecipuum amicorum munus est, prosequi *defunctum* ignavo questu, sed quae voluerit *meminisse,* quae mandaverit exsequi.

S. de brev. vitae XX 5: nemo in conspicuo mortem habet, nemo non procul spes intendit, quidam vero disponunt etiam illa, quae ultra vitam sunt, magnas moles *sepulcrorum* et operum publicorum dedicationes et ad *rogum* munera et *ambitiosas* exequias. at me hercules istorum *funera,* tamquam minimum vixerint, ad faces et cereos ducenda sunt. — Ep. 63. 13: Annum *feminis* ad *lugendum* constituere maiores, non ut tam diu *lugerent,* sed ne diutius: *viris* nullum legitimum tempus *est,* quia nullum *honestum.*

---

[1]) Multo pulchrius ornatiusque T. eandem sententiam repetit Agric. 46. 3: nosque domum tuam ab infirmo desiderio et muliebribus lamentis ad contemplationem virtutum tuarum voces, quas neque lugeri neque plangi fas est. — Meminisse enim est illa contemplatio virtutum.

Ep. 99. 24: Oblivisci quidem suorum ac memoriam cum corporibus efferre et effusissime *flere*, *meminisse* parcissime, inhumani animi est. ... hoc prudentem virum non decet: *meminisse* perseveret, *lugere* desinat. Ep. 99. 2: hi, qui sibi *lugere* sumpserunt, protinus castigentur et discant quasdam etiam *lacrimarum* ineptias esse. ad Marc. de consol. III 2; Ep. 99. 23; ad Helv. de consol. XVI 1.

T. Hist. I 3. 1: Non tamen adeo virtutum sterile saeculum, ut non et bona exempla prodiderit.

S. de tranq. a. IV 8: numquam enim usque eo interclusa sunt omnia, ut nulli actioni locus honestae sit.

S. de ira III 39. 1—3: Videamus, quomodo alienam iram leniamus. ... Primam iram non audebimus oratione mulcere: surda est et amens; dabimus illi spatium. remedia in remissionibus prosunt; nec oculos tumentis temptamus vim rigentem movendo incitaturi, nec cetera vitia, dum fervent: initia morborum quies curat. „Quantulum", inquis, „prodest remedium tuum, si sua sponte desinentem iram placat!" Primum, ut citius desinat, efficit; deinde custodit, ne reccidat; ipsum quoque impetum, quem non audet lenire, *fallet:* removebit omnia ultionis instrumenta, *simulabit iram,* ut tamquam adiutor et doloris *comes plus auctoritatis in consiliis habeat,* moras nectet et, dum *maiorem poenam* quaerit, *praesentem* differet.

T. Hist. I 45. 5: nec aspernabatur singulos Otho, avidum et minacem militum animum voce voltuque temperans. Marium Celsum, consulem designatum et Galbae usque in extremas res amicum fidumque, ad supplicium expostulabant, industriae eius innocentiaeque quasi malis artibus infensi. caedis et praedarum initium et optimo cuique perniciem quaeri apparebat, sed Othoni nondum *auctoritas* inerat ad prohibendum scelus: iubere iam poterat. ita *simulatione irae* vinciri iussum et *maiores poenas* daturum adfirmans *praesenti* exitio subtraxit.

T. Hist. II 18. 5: sed indomitus miles et belli ignarus correptis signis vexillisque ruere et retinenti duci tela intentare, spretis centurionibus tribunisque: quin prodi Othonem et accitum Caecinam clamitabant. fit temeritatis alienae *comes* Spurinna,

primo coactus, mox velle *simulans*, *quo plus auctoritatis inesset consiliis*, si seditio mitesceret.

T. Hist. I 58. 3: saevitiam militum plerosque ad poenam exposcentium saepius adprobat (sc. Vitellius), raro *simulatione* vinculorum *frustratur*. Pompeius Propinquus procurator Belgicae statim interfectus; Iulium Burdonem Germanicae classis praefectum astu subtraxit. exarserat in eum *iracundia* exercitus, tamquam crimen ac mox insidias Fonteio Capitoni struxisset. grata erat memoria Capitonis, et apud saevientes occidere palam, ignoscere non nisi *fallendo* licebat: ita in custodia habitus et post victoriam demum, sedatis iam militum odiis, dimissus est.

T. Hist. I 71. 1: Otho interim contra spem omnium non deliciis neque desidia torpescere: dilatae voluptates, dissimulata luxuria et cuncta ad decorem imperii composita; eoque plus formidinis adferebant falsae virtutes et *vitia reditura*.

S. Ep. 25. 3: nec ullum tempus adgrediendi fuit melius quam hoc, dum interquiescit, dum emendato similis est. aliis haec intermissio eius inposuit: mihi verba non dat. exspecto cum magno faenore *vitia reditura*, quae nunc scio cessare, non deesse. de tranq. an. I 1: quaedam (*vitia*) non continua sed ex intervallis *redeuntia*.

T. Hist. III 49. 2: Primus Antonius nequaquam pari innocentia post Cremonam agebat, satis factum bello ratus et cetera ex facili, seu *felicitas* in tali ingenio *avaritiam* superbiam *ceteraque occulta mala patefecit*.

S. Ep. 42. 3: Multorum, quia inbecilla sunt, *latent vitia*, non minus ausura, cum illis vires suae placuerint, quam illa, quae iam *felicitas aperuit*. instrumenta illis explicandae nequitiae desunt. Ep. 56. 10: Et *avaritiam* itaque et ambitionem *et cetera mala* mentis humanae tunc perniciosissima scias esse, cum simulata sanitate subsidunt.

T. Hist. III 56. 11: nam cum transgredi Appenninum integro exercitus sui robore et fessos hieme atque inopia hostes adgredi in aperto foret, dum dispergit (sc. Vitellius) vires, acerrimum militem et usque in extrema obstinatum trucidandum capiendumque tradidit, peritissimis centurionum dissentientibus et, si con-

sulerentur, *vera dicturis.* arcuere eos intimi *amicorum* Vitellii, *ita formatis principis auribus, ut aspere quae utilia, nec quicquam nisi iucundum et laesurum acciperet.*

S. de benef. VI 30. 3—6: omnia sane excluserit opulenta felicitas, monstrabo tibi, cuius rei inopia laborent magna fastigia, quid omnia possidentibus desit: scilicet ille, qui *verum dicat* et hominem inter mentientes stupentem *ipsaque consuetudine pro rectis blanda audiendi ad ignorantiam veri perductum* vindicet a consensu concentuque falsorum. non vides, quemadmodum illos in praeceps agat extincta libertas et fides in obsequium servile submissa? dum nemo ex animi sui sententia suadet dissuadetque, sed adulandi certamen est et unum *amicorum* omnium officium, una contentio, quis blandissime fallat, ignoravere vires suas, ... multorum sanguinem hauserunt fusuri novissime suum, ... nec intellexerunt in illa scaena vanis et cito diffluentibus bonis refulgente ex eo tempore ipsos nihil non adversi expectare debuisse, ex quo *nihil veri audire* potuerunt.

T. Hist. IV 47. 4: abrogati inde, legem ferente Domitiano, consulatus quos Vitellius dederat, funusque censorium Flavio Sabino ductum, magna documenta *instabilis fortunae summaque et ima miscentis.*

S. nat. quaest. III praef. 7 sq.: Quanto satius est ... docere eos, qui sua permisere *fortunae, nihil stabile* ab illa datum fuisse, eius omnia aura fluere mobilius? nescit enim quiescere, gaudet laetis tristia substituere, utique *miscere.* itaque secundis nemo confidat, adversis nemo deficiat: alternae sunt vices rerum. quid exsultas? haec, quibus veheris ad *summum,* nescis ubi te relictura sint: habebunt suum, non tuum finem. quid iaces? ad *imum* delatus es: nunc locus est resurgendi. in melius adversa, in deterius optata flectuntur. Ep. 44. 4: Omnia ista longa varietas *miscuit* et sursum deorsum *fortuna* versavit. de brev. vitae XVII 4: Maxima quaeque bona sollicita sunt, nec ulli *fortunae* minus bene quam optimae creditur. ... omne enim quod *fortuito* obvenit *instabile* est, quoque altius surrexit, opportunius est in occasum. Ep. 91. 15: sciat nihil inausum esse *fortunae.* ... sed si haec *summos imosque* necessitas adligat, in gratiam cum fato revertere. nat. quaest. IV praef. 22: ex quo liquere mortalibus

posset, quam velox foret ad *imum* lapsus ex *summo,* quamque diversa via magnam potentiam *fortuna* destrueret. (conf. Hor. carm. I 34. 12: Valet ima summis mutare.)

T. Hist. IV 63. 1: Civilis et Classicus rebus secundis sublati, an coloniam Agrippinensem diripiendam exercitibus suis permitterent, dubitavere. saevitia ingenii et cupidine praedae ad excidium civitatis trahebantur: obstabat ratio belli et novum imperium inchoantibus utilis *clementiae fama*; Civilem etiam beneficii memoria flexit. Ann. IV 31. 2: C. Cominium equitem Romanum ... Caesar precibus fratris ... concessit. quo magis mirum habebatur gnarum meliorum, et quae *fama clementiam* sequeretur, tristiora malle. Hist. II 63. 10: cunctantem super tanta re Flavium Sabinum Triaria L. Vitellii uxor, ultra feminam ferox, terruit, ne e periculo principis *famam clementiae* adfectaret. Sabinus suopte ingenio mitis, ubi formido incessisset, facilis mutatu et in alieno discrimine sibi pavens, ne adlevasse videretur, inpulit ruentem. Ann. XIV 23. 1: At Corbulo post deleta Artaxata utendum recenti terrore ratus ad occupanda Tigranocerta, quibus excisis metum hostium intenderet vel, si pepercisset, *clementiae famam* adipisceretur, illuc pergit.

S. de ira II 34. 2: Faciet nos mitiores, si cogitaverimus, quid aliquando nobis profuerit ille, cui irascimur, et meritis offensa redimetur. illud quoque occurrat, quantum nobis commendationis allatura sit *clementiae fama,* quam multos venia amicos utiles fecerit.

T. Hist. IV 80. 10: neque ipse deerat adrogantia vocare offensas, *nimius commemorandis quae meruisset.*

S. de benef. II 10. 4: Quidni ego illi non sim indicaturus me dedisse, cum inter prima praecepta ac maxime necessaria sit, ne umquam exprobrem, immo ne admoneam quidem? haec enim beneficii inter duos lex est: alter statim oblivisci debet dati, alter accepti numquam. 11. 1: Lacerat animum et premit *frequens meritorum commemoratio.*

T. Hist. V 4. 11: conf. Senecam apud Augustin. de civ. dei VI 11 (Seneca III p. 427. 41 Haase).

T. Ann. I 13. 17: in Haterium statim invectus est; Scaurum, cui inplacabilius irascebatur, silentio tramisit.

S. de morib. 52 (Seneca III p. 464 Haase): Priora sunt tecta odia quam aperta. itaque te minus loquax inimicus offendit quam tacitus.

T. Ann. I 33. 1: Interea Germanico per Gallias, ut diximus, census accipienti excessisse Augustum adfertur. neptem eius Agrippinam in matrimonio pluresque ex ea liberos habebat, ipse Druso fratre Tiberii genitus, Augustae nepos, set anxius occultis in se patrui aviaeque *odiis, quorum causae acriores, quia iniquae.*

S. de ira III 29. 2: quamvis vana nos concitaverint, perseveramus, ne videamur coepisse sine *causa,* et, quod iniquissimum est, *pertinaciores nos facit iniquitas irae;* retinemus enim illam et *augemus,* quasi argumentum sit iuste irascentis *graviter irasci.*

T. Ann. III 26. 1: *Vetustissimi mortalium,* nulla adhuc mala libidine, sine probro, scelere eoque sine poena aut coercitionibus agebant. neque praemiis opus erat, cum honesta *suopte ingenio* peterentur; *et ubi nihil contra morem cuperent,* nihil per metum vetabantur. *at postquam* exui aequalitas et pro modestia ac pudore ambitio et vis incedebat, provenere *dominationes* multosque apud populos aeternum mansere. quidam statim, aut postquam *regum* pertaesum, *leges maluerunt.* hae primo rudibus hominum animis *simplices* erant; maximeque fama celebravit Cretensium, quas Minos, Spartanorum, quas *Lycurgus,* ac mox *Atheniensibus* quaesitiores iam et plures *Solo* perscripsit. nobis Romulus, ut libitum, imperitaverat: ... sed praecipuus Servius Tullius sanctor *legum* fuit, quis etiam *reges obtemperarent.*

S. Ep. 90. 4—7: Sed *primi mortalium* quique ex his geniti naturam inconrupti sequebantur, eundem habebant et ducem et legem, conmissi melioris arbitrio. ... *animo* itaque rector eligebatur ideoque summa felicitas erat gentium, in quibus non poterat potentior esse nisi melior. tantum enim quantum vult potest, qui se nisi quod debet, non putat posse. illo ergo saeculo, quod aureum perhibent, penes sapientes fuisse regnum Posidonius iudicat. ... officium erat imperare, non regnum. nemo quantum posset, adversus eos experiebatur, per quos coeperat posse, *nec erat cuiquam aut animus in iniuriam aut causa,* cum bene imperanti bene

pareretur nihilque rex maius minari male parentibus posset, quam ut abirent e regno. *sed postquam* subrepentibus vitiis in *tyrannidem* regna conversa sunt, opus esse coepit *legibus*, quas et ipsas inter initia tulere sapientes: *Solon*, qui *Athenas* aequo iure fundavit, inter septem aevi sapientia notos. *Lycurgum* si eadem aetas tulisset, sacro illi numero accessisset octavus.... Hactenus Posidonio adsentior. — Ep. 95. 14: poterant vitiis *simplicibus* obstare remedia *simplicia*. — Conf. fragmenta, quae solent L. Annaeo Senecae tribui, attamen ad historias patris referenda videntur, apud Lactant. instit. VII 15. 14 (Seneca III p. 437): at vero Tarquinio regnante cum iam quasi adulta esse coepisset, servitium non tulisse et reiecto superbae dominationis iugo *maluisse legibus obtemperare* quam *regibus*. (conf. O. Rossbach: De Senecae philosophi librorum recensione et emendatione, Vratislaviae 1888 p. 164).

Unde verisimile fit Tacitum non e superiore L. Annaei Senecae loco pendere, sed utrumque e Senecae patris historiis nunc deperditis hausisse.

T. Ann. IV 36. 12: quem odium publicum *tutiorem* faciebat.
S. Ep. 96. 5: *tuti* contumeliae causa.

T. Ann. VI 6. 5: adeo *facinora* atque flagitia sua ipsi quoque in *supplicium verterant*.... quippe Tiberium non *fortuna*, non *solitudines* protegebant quin *tormenta* pectoris suasque ipse *poenas* fateretur.

S. Ep. 97. 13—16: „Ideo non prodest *latere* peccantibus, quia *latendi* etiamsi felicitatem habent, fiduciam non habent." ita est, tuta scelera esse possunt, secura non possunt. ... quia prima illa et maxima peccantium est *poena*, peccasse nec ullum scelus, licet illud *fortuna* exornet muneribus suis, licet tueatur ac vindicet, inpunitum est, quoniam sceleris in scelere *supplicium* est. ... hic consentiamus (sc. Epicuro) mala *facinora* conscientia flagellari et plurimum illi *tormentorum* esse eo, quod perpetua illam sollicitudo urget ac verberat. ... multos *fortuna* liberat *poena*, metu neminem. ... ideo numquam fides *latendi* fit etiam *latentibus*, quia coarguit illos conscientia et ipsos sibi ostendit. proprium autem est nocentium trepidare. male de nobis actum erat, quod multa scelera legem et vindicem effugiunt et scripta *supplicia*, nisi illa naturalia et gravia de praesentibus solverent

et in locum patientiae timor cederet. Ep. 87. 24: atqui maximum scelerum *supplicium* in ipsis est. Ep. 43. 4: Quid autem prodest *recondere se* et oculos hominum auresque vitare? bona conscientia turbam advocat, mala etiam in *solitudine* anxia atque sollicita est. Ep. 24. 16: ipsae voluptates in *tormenta vertuntur*. de moribus 64 (Seneca III p. 464 Haase): nequitia ipsa sui *poena* est. Ep. 42. 2: nec ulla maior *poena* nequitiae est quam quod sibi ac suis displicet. Ep. 83. 27; 81. 22; 87. 22: dat enim lucrum, sed cum metu, sollicitudine, *tormentis* et animi et corporis.

T. Ann. VI 10. 5: Vescularius Flaccus ac Iulius Marinus ad mortem aguntur, e vetustissimis familiarum, Rhodum secuti et apud Capreas individui, Vescularius insidiarum in Libonem internuntius; Marino participe Seianus Curtium Atticum oppresserat. quo laetius acceptum *sua exempla in consultores recidisse.*

S. Ep. 81. 19: quod bonum exemplum circuitu ad facientem revertitur, sicut *mala exempla recidunt in auctores* nec ulla miseratio contingit iis, qui patiuntur iniurias, quas posse fieri faciendo docuerunt. Ep. 7. 5: Age, ne hoc quidem intellegitis, *mala exempla in eos redundare, qui faciunt?* — Conf. Sall. hist. I 48 (51), 1: Maxime vellem prava incepta consultoribus noxae esse; hist. fr. inc. 89 (57): talia incepta, ni in consultorem vortissent, rei publicae pestem factura.[1]) Curt. X 1. 6: laeti recidisse iram in irae ministros. — Vocabulum *consultor* apud Senecam non legitur.

T. Ann. VI 19. 5: *inritatus*que *suppliciis* cunctos, qui carcere attinebantur accusati societatis cum Seiano, necari iubet (sc. Tiberius).

S. de tranq. an. V 1: Mille trecentos cives, optimum quemque, *occiderant* (sc. triginta tyranni) nec finem ideo faciebant, sed *inritabat se* ipsa saevitia.

T. Ann. XI 26. 1: Iam Messalina facilitate adulteriorum in *fastidium* versa ad *incognitas* libidines profluebat. ... 13: nomen tamen matrimonii concupivit ob magnitudinem *infamiae, cuius apud prodigos novissima voluptas est.*

[1]) conf. G. Schoenfeld: De Tac. stud. Sall. p. 27.

S. Ep. 122. 18: Causa tamen praecipua mihi videtur huius morbi vitae communis *fastidium*. ... *nolunt solita peccare, quibus peccandi praemium infamia est.*

T. Ann. XIV 10. 1: Sed a Caesare perfecto demum *scelere* magnitudo eius intellecta est. reliquo noctis modo *per silentium defixus*, saepius *pavore exsurgens* et mentis inops *lucem opperiebatur tamquam exitium allaturam*. ... ipse diversa simulatione maestus et *quasi incolumitati suae infensus* ac morti parentis inlacrimans.

S. de clem. I 13. 3: O miserabilem illum, sibi certe! nam ceteris misereri eius nefas est, ... qui, ubi circumspexit, quaeque fecit, quaeque facturus est, et conscientiam suam plenam *sceleribus* ac tormentis adaperuit, *saepe mortem timet, saepius optat, invisior sibi quam servientibus*. Ep. 105. 7 sq.: Securitatis magna portio est nihil iniqui facere: confusam vitam et perturbatam inpotentes agunt. tantum metuunt, quantum nocent nec ullo tempore vacant. trepidant enim, cum fecerunt. *haerent:* conscientia aliud agere non patitur ac subinde respondere ad se cogit. dat poenas quisquis exspectat: *quisquis* autem *meruit, exspectat*. tutum aliqua res in mala conscientia praestat, nulla securum: putat enim se, etiamsi non deprenditur, posse deprendi. et *inter somnos movetur* et, quotiens alicuius scelus loquitur, de suo cogitat: non satis illi obliteratum videtur, non satis tectum.

T. Ann. XIV 40. 8: Marcellus Asinio Pollione proavo clarus neque morum spernendus habebatur, nisi quod *paupertatem praecipuum malorum credebat*.

S. de benef. I 9. 5: *paupertatem* alienam contemnere, *suam magis quam ullum aliud vereri malum*. Ep. 80. 5: Libera te primum metu mortis: illa nobis iugum inponit. deinde *metu paupertatis*. si vis scire, quam nihil in illa *mali* sit, conpara inter se pauperum et divitum voltus: saepius pauper et fidelius ridet. Ep. 123. 16: *paupertas* nulli *malum* est nisi repugnanti.

T. Ann. XIV 39. 14: is non inritato hoste neque lacessitus honestum pacis *nomen* segni otio *imposuit*. (conf. etiam Ann. XI 21. 1.)

S. Ep. 92. 25: vitiis nostris *nomen* virtutis *inponimus*. de brev. vitae XII 9: Non est ergo hic otiosus, aliud illi *nomen inponas:* aeger est, immo mortuus est; ille otiosus est, cui otii sui et sensus est.

T. Ann. XIV 56. 14: Seneca, qui finis omnium *cum dominante* sermonum, *grates agit.*

S. de ira II 33. 2: Notissima vox est eius, qui *in cultu regum* consenuerat: cum illum quidam interrogaret, quomodo rarissimam rem *in aula* consecutus esset, senectutem: „iniurias", inquit, „accipiendo et *gratias agendo.*" saepe adeo iniuriam vindicare non expedit, ut ne fateri quidem expediat.

T. Ann. XVI 16. 10: *detur hoc inlustrium virorum posteritati, ut quo modo* exsequiis a promisca sepultura separantur, *ita* in traditione supremorum accipiant habeantque propriam memoriam.

S. de benef. IV 30. 1: Aliquando daturum me etiam indignis quaedam non negaverim in honorem aliorum, sicut in petendis honoribus quosdam turpissimos nobilitas industriis sed novis praetulit non sine ratione; sacra est magnarum virtutum memoria, et esse bonos plures iuvat, si gratia bonorum non cum ipsis cadit. — 4. *Hic egregiis maioribus ortus est:* qualiscumque est, sub umbra suorum lateat. *ut* loca sordida repercussu solis inlustrantur, *ita* inertes maiorum suorum luce resplendeant. 31. 1: Excusare hoc loco tibi, mi Liberalis, deos volo. interdum enim solemus dicere: „Quid sibi voluit providentia, quae Arrhidaeum regno inposuit?" *Illi putas hoc datum? patri eius datum est et fratri.* „Quare C. Caesarem orbi terrarum praefecit, hominem sanguinis humani avidissimum ...?" Quid ergo? *tu hoc illi datum* putas? *datum est patri eius Germanico, datum avo proavoque* et ante hos aliis non minus claris viris, etiam si privati paresque aliis vitam exegerunt.

## B.

### Orationes Tacitinae sententiis e Seneca petitis exornatae.

T. Hist. I 30. 1 (in Pisonis oratione): Nihil adrogabo mihi nobilitatis aut modestiae; neque enim relatu *virtutum* in comparatione Othonis opus est. *vitia,* quibus solis gloriatur, evertere im-

perium, etiam cum amicum imperatoris ageret. habitune et incessu an illo muliebri ornatu mereretur imperium? *falluntur quibus luxuria specie liberalitatis inponit*[1]): *perdere iste sciet, donare nesciet.* (Ann. XV 48. 4: is (sc. C. Piso) Calpurnio genere ortus ac multas insignesque familias paterna nobilitate complexus, claro apud volgum rumore erat *per virtutem aut species virtutibus similes.* Hist. I 52. 6: nec consularis legati mensura, sed in maius omnia accipiebantur. et ut Vitellius apud severos humilis, ita comitatem bonitatemque faventes vocabant, quod *sine modo, sine iudicio donaret sua, largiretur aliena;* simul aviditate imperi dandi *ipsa vitia pro virtutibus interpretabantur.*)

S. Ep. 120.8 sq.: Haec et eiusmodi facta imaginem nobis ostendere *virtutis.* adiciam, quod mirum fortasse videatur: mala interdum *speciem honesti* obtulere et optimum ex contrario nituit. sunt enim, ut scis, *virtutibus vitia* confinia, et perditis quoque ac turpibus recti *similitudo* est. *sic mentitur prodigus liberalem, cum plurimum intersit, utrum quis dare sciat an servare nesciat. multi,* inquam, *sunt,* Lucili, *qui non donant, sed proiciunt:* non voco ego liberalem pecuniae suae iratum. imitatur neglegentia facilitatem, temeritas fortitudinem. haec nos *similitudo* coegit adtendere et distinguere *specie* quidem vicina, re autem plurimum inter se dissidentia. de vita beata XXIV 1: Errat, si quis existimat facilem rem esse *donare:* plurimum ista res habet difficultatis, si modo *consilio tribuitur,* non *casu et impetu spargitur.* Ep. 45. 7: Adulatio quam *similis* est amicitiae! non imitatur tantum illam, sed vincit et praeterit. apertis ac propitiis auribus recipitur et in praecordia ima descendit, eo ipso gratiosa, quo laedit: doce quemadmodum hanc *similitudinem* possim dinoscere. venit ad me pro amico blandus inimicus. *vitia* nobis sub *virtutum* nomine obrepunt. temeritas sub titulo fortitudinis latet. moderatio vocatur ignavia. pro cauto timidus accipitur: in his magno periculo erramus. his certas notas inprime. de clem. I 3. 1: nam cum sint *vitia* quaedam *virtutes* imitantia, non possunt secerni, nisi iis signa, quibus dinoscantur, inpresseris. Ep. 95. 65: ait utilem futuram et descriptionem cuiusque *virtutis:* hanc Posidonius ethologiam vocat, quidam characterismon adpellant, signa cuiusque

[1]) Tacitum expressit Plinius Ep. II 6. 7: ne tibi, optimae indolis iuveni, quorundam in mensa luxuria specie frugalitatis imponat.

*virtutis* ac *vitii* et notas reddentem, quibus inter se *similia* discriminentur. (conf. Iuvenal. XIV 110: fallit enim vitium specie virtutis et umbra). — Ep. 120. 5: aliqua benigna facta, aliqua humana, aliqua fortia nos obstupefecerant: haec coepimus tamquam perfecta mirari. suberant illis multa *vitia*, quae *species* conspicui alicuius facti fulgorque celabat: haec dissimulavimus. natura iubet augere laudanda. nemo non gloriam ultra verum tulit: ex his ergo *speciem* ingentis boni traximus.

T. Hist. II 46. 9: is (sc. Plotius Firmus) praetorii praefectus identidem orabat, ne fidissimum exercitum, ne optime meritos milites desereret: *maiore animo tolerari adversa quam relinqui*; fortes et strenuos etiam contra fortunam insistere spei, timidos et ignavos ad desperationem formidine properare. (Ann. V 8. 10: at Pomponius multa morum elegantia et ingenio inlustri, dum *adversam fortunam aequus tolerat*, Tiberio superstes fuit.)

S. nat. quaest. III praef. 12 sq.: Quid est praecipuum? posse *laeto animo adversa tolerare.* quicquid acciderit, sic ferre, quasi volueris tibi accidere.... flere, queri, gemere *desciscere* est. quid est praecipuum? *animus contra calamitates fortis et contumax.* ad Polyb. de consol. XVI 2: Tulit hoc tamen tam triste vulnus *eadem magnitudine animi* M. Antonius, *qua omnia alia adversa toleraverat.*

T. Hist. IV 17. 22 (in Civilis oratione): nuper certe caeso Quintilio Varo pulsam e Germania servitutem, nec Vitellium principem, sed Caesarem Augustum bello provocatum. libertatem natura etiam *mutis animalibus* datam, *virtutem proprium hominum bonum.*

S. Ep. 76.9 sq.: In *homine* optimum quid est? ratio: hac antecedit *animalia,* deos sequitur. ratio ergo perfecta *proprium bonum* est, cetera illi cum *animalibus* satisque communia sunt.... habet inpetum ac motum voluntarium: et bestiae et vermes. ... Quid in *homine proprium?* ratio.... haec ratio perfecta *virtus* vocatur eademque honestum est. id itaque unum *bonum* est in *homine,* quod unum *hominis* est. de ira I 3. 6 sq.: *Muta animalia* humanis affectibus carent, habent autem similes illis quosdam inpulsus: alioquin, si amor in illis esset et odium, esset amicitia et simul-

tas, dissensio et concordia; quorum aliqua in illis quoque extant vestigia, ceterum *humanorum* pectorum *propria bona* malaque sunt. nulli nisi *homini* concessa prudentia est, providentia, diligentia, cogitatio, nec tantum *virtutibus humanis animalia* sed etiam vitiis prohibita sunt. Ep. 76. 15 sq.: bonus autem est (sc. *homo*), si ratio explicita et recta est et ad naturae suae voluntatem adcommodata. haec vocatur *virtus*, hoc est honestum et *unicum hominis bonum*. Ep. 94. 8: cum *virtutem unicum bonum hominis* adamaverit. Ep. 123. 16: Nemo est casu bonus. discenda *virtus* est. voluptas humilis res et pusilla est et in nullo habenda pretio, communis cum *mutis animalibus*.

T. Ann. IV 34. 27 (in Cremutii Cordi oratione): namque spreta exolescunt: si irascare, *adgnita* videntur.

S. de const. sap. XIV 3: non vindicavit iniuriam (sc. Cato), ne remisit quidem, sed factam negavit; maiore animo non *agnovit* quam ignovisset. de ira II 32. 2 sq.: Melius putavit non *agnoscere* quam vindicare. ... magni animi est iniurias despicere.

T. Ann. IV 40. 3 (in Tiberii oratione): *ceteris mortalibus* in eo stare consilia, quid sibi conducere putent; *principum* diversam esse sortem, quibus praecipua rerum ad *famam* derigenda. Ann. IV 38. 19: cetera *principibus* statim adesse: unum insatiabiliter parandum, prosperam sui memoriam; nam contemptu *famae* contemni virtutes.

S. de clem. I 15. 5: *quilibet nostrum* debuisset adversus opiniones malignas satis fiduciae habere in bona conscientia, *principes* multa debent etiam *famae* dare. de clem. I 8. 1: Alia condicio est eorum, qui in turba, quam non excedunt, latent, quorum et virtutes, ut adpareant, diu luctantur et vitia tenebras habent; vestra facta dictaque rumor excipit, et ideo nullis magis curandum est, qualem *famam* habeant, quam qui, qualemcumque meruerint, magnam habituri sunt. ad Marc. de consol. IV 3: dedisti operam, ne quid esset, quod in te quisquam reprenderet; nec id in maioribus modo observasti, sed in minimis, ne quid faceres, cui *famam*, liberrimam *principum* iudicem, velles ignoscere.

T. Ann. XII 20. 8: quin arriperet oblata et servaret exulem, cui inopi quanto *longiorem vitam*, tanto plus *supplicii* fore.

S. Ep. 101. 12 sq.: Quod miserrimum erat, si incidisset, optatu et tamquam *vita* petitur *supplicii* mora. ... est tanti volnus suum premere et patibulo pendere districtum, dum differat id, quod est in malis optimum, *supplicii* finem? ... optat ultima malorum et, quae pati gravissimum est, extendi ac sustineri cupit: qua mercede? scilicet *vitae longioris*. quid autem huius vivere est? diu mori. ad Polyb. de consol. IX 6: Si velis credere altius veritatem intuentibus, omnis *vita supplicium* est.... in hoc tam procelloso et ad omnes tempestates exposito mari navigantibus nullus portus nisi mortis est. conf. de benef. II 5. 3.

T. Ann. XIII 27. 6: si separarentur *libertini*, manifestam fore penuriam *ingenuorum*. non frustra maiores, cum dignitatem ordinum dividerent, libertatem in communi posuisse. quin et manu mittendi duas species institutas, ut relinqueretur paenitentiae aut novo *beneficio locus*. quos vindicta patronus non liberaverit velut vinclo servitutis attineri. dispiceret quisque merita tardeque concederet quod datum non adimeretur. haec sententia valuit.

S. de vita beata XXIV 2 sq.: „Quid? tu" inquis „recepturus donas?" Immo non perditurus: eo loco sit donatio, unde repet non debeat, reddi possit; beneficium conlocetur quemadmodum thensaurus alte obrutus, quem non eruas, nisi fuerit necesse quid? domus ipsa divitis viri quantam habet bene faciendi materiam! quis enim liberalitatem tantum ad togatos vocat? hominibus prodesse natura me iubet: servi liberine sint hi, *ingenui* an *libertini*, iustae libertatis an inter amicos datae, quid refert? ubicumque homo est, ibi *benefici locus* est.

T. Ann. XV 21. 9 (in oratione Paeti Thrascae): *plura saepe peccantur, dum demeremur quam dum offendimus*. quaedam immo virtutes *odio* sunt, severitas obstinata, invictus adversum gratiam animus.

S. de benef. II 24. 1: Alii pessime loquuntur de optime meritis. *tutius est quosdam offendere quam demeruisse;* argumentum enim nihil debentium *odio* quaerunt. de benef. III 1. 1: adeoque in contrarium itur, ut quosdam habeamus infestissimos non post beneficia tantum sed propter beneficia. de benef. I 14. 1—5.

T. Ann. XV 59. 9: multa *experiendo* confieri, quae *segnibus ardua* videantur.

S. Ep. 50. 9: quemadmodum virtutes receptae exire non possunt facilisque earum tutela est, ita initium ad illas eundi *arduum,* quia hoc primum *inbecillae mentis atque aegrae* est, formidare *inexperta.*

Denique videamus, quatenus orationes, quas Tacitus Senecam habentem facit, operibus Senecae ad philosophiam pertinentibus respondeant.

T. Ann. XIV 53. 5: medio temporis tantum honorum atque opum in me cumulasti, ut nihil *felicitati* meae desit nisi *moderatio* eius.

S. Ep. 39. 4: Magni animi est magna contemnere ac mediocria malle quam nimia. ... idem animis quoque evenit, quos *inmoderata felicitas* rumpit. de prov. IV 10: Cum omnia, quae excesserunt modum, noceant, perniciosissima *felicitatis intemperantia* est. Ep. 74. 11: natat omne consilium nec inplere nos ulla *felicitas* potest.

T. Ann. XIV 53. 13: studia, ut sic dixerim, in *umbra* educata.

S. Ep. 36. 1: qui illum obiurgant, quod *umbram* et otium petierit.

T. Ann. XIV 53. 20: *ubi est animus ille modicis contentus?*

S. ad Helv. de consol. XV 1: *Ubi est ille,* quo viso tristem voltum relaxavi...? nat. quaest. I prolog. 11: sursum ingentia spatia sunt, in quorum possessionem *animus* admittitur, et ita, si secum minimum ex corpore tulit, si sordidum omne detersit et expeditus levisque ac *contentus modico* emicuit.

T. Ann. XIV 54. 6: in hoc *itinere vitae.*

S. de benef. III 31. 5: cursum ad rectum *iter vitae* derexisse; Ep. 44. 7: per insidiosum *iter vitae.*

T. Ann. XIV 54. 14: hoc quoque in tuam gloriam cedet, eos *ad summa vexisse* qui et modica tolerarent.

S. nat. quaest. III praef. 8: Quid exsultas? haec, quibus *veheris ad summum,* nescis ubi te relictura sint: habebunt suum, non tuum finem.

T. Ann. XV 62. 2: conversus ad amicos (sc. Seneca), quando *meritis* eorum *referre gratiam* prohiberetur, quod unum iam et tamen pulcherrimum habeat, *imaginem vitae suae* relinquere testa-

tur, cuius si *memores* essent, bonarum artium famam fructum constantis *amicitiae* laturos.

S. Ep. 81. 31: in tanta iudiciorum diversitate *referendam bene merentibus gratiam* omnes tibi uno, quod aiunt, ore adfirmabunt. — de benef. VII 27. 1: Si tibi *vitae nostrae* vera *imag* succurret ad Marc. de consol. II 5: Nullam habere *imaginem* fili carissimi voluit, nullam sibi de illo fieri mentionem. — fragm. II libri „quomodo amicitia continenda sit“ ('Breslauer Philol. Abhandl.' vol. II 3 p. XXVIII sq.; Seneca III p. 435 Haase): fugientem *memoriam* reducamus; utamur, ut in prima parte dicebam, animi velocitate, neminem a nobis *amicum* abesse patiamur, in animum subinde nostrum revertantur; futura nobis promittamus, praeterita repetamus: „sic ille manus, sic ora ferebat.“ *imago* effingatur animo notabilis et e vivo petita, non evanida et muta. „sic ille manus, sic ora ferebat:“ adiciamus illi, quae magis ad rem pertinent: sic loquebatur, sic hortabatur, sic deterrebat, sic erat in dando consilio expeditus, in accipiendo facilis, in mutando non pertinax; sic solebat beneficia libenter dare, patienter perdere; sic properabat benignitas eius, sic irascebatur, eo vultu ab amico vincebatur, quo solent vincere; ceteras virtutes pererremus, in harum usu tractatuque versemur.

T. Ann. XV 62. 8: rogitans ubi praecepta sapientiae, ubi tot per annos *meditata ratio adversum imminentia?*

S. nat. quaest. VI 32. 12: Hoc adfigamus animo, hoc nobis subinde dicamus: „moriendum est. quando, quid tua? mors naturae lex est, mors tributum officiumque mortalium malorumque omnium remedium est: optavit illam quisquis timet.“ Omnibus omissis hoc unum, Lucili, *meditare,* ne mortis nomen reformides effice illam tibi cogitatione multa familiarem, ut, si ita tulerit possis illi et obviam exire. Ep. 4. 5: Hoc cotidie *meditare,* ut possis aequo animo vitam relinquere. Ep. 23. 4: *meditari* dolorum patientiam. Ep. 26. 8: „*Meditare* mortem, vel, si commodius sit, transire ad divos;“ 10: „*Meditare* mortem.“ qui hoc dicit, *meditari libertatem* iubet. de prov. VI 7: adtendite modo et videbitis, quam brevis ad *libertatem* et quam expedita ducat via. (conf. T. Ann. XV 64. 17: libare se (sc. Senecam) liquorem illum Iovi *liberatori*; Ann. XVI 35. 6: „libamus“, inquit (sc. Thrasea), „Iovi *liberatori.*“) Ep. 36. 8: Quid huic ergo *meditandum est?* quod *adversus* omnia tela, quod *adversus* omne hostium genus

bene facit, mortem contemnere. Ep. 113. 27: Doce me ... nullum animal felix esse sine fortitudine, nisi contra fortuita convaluit et omnes casus, antequam exciperet, *meditando* praedomuit.

T. Ann. XV 63. 4: in *contemplatione* vitae per *virtutem* actae *desiderium* mariti *solaciis honestis* toleraret.

S. ad Marc. de consol. XXIV 4: Harum *contemplatione virtutum* filium gere quasi in sinu! Ep. 40. 1: imagines nobis amicorum absentium iucundae sunt, quae memoriam renovant et *desiderium* absentiae falso atque inani *solacio* levant. Ep. 78. 3: in remedium cedunt *honesta solacia*: et quicquid animum erexit, etiam corpori prodest.

T. Ann. XV 61. 5: nec sibi promptum in *adulationes* ingenium. idque nulli magis gnarum quam Neroni, qui saepius *libertatem* Senecae quam *servitium* expertus esset.

S. de clem. II 2. 2: Diutius me inmorari huic patere voci, non ut *blandum* auribus tuis (nec enim hic mihi mos est; maluerim *veris offendere* quam *placere adulando).*

C.

**Praecepta philosophiae Annaena a Tacito usurpata.**

T. Agr. 3. 6: natura tamen *infirmitatis* humanae *tardiora* sunt remedia quam *mala;* et *ut corpora nostra lente* augescunt, cito extinguuntur, *sic* ingenia studiaque oppresseris facilius quam revocaveris.

S. Ep. 91. 6: Quicquid longa series multis laboribus, multa deum indulgentia struxit, id unus dies spargit ac dissipat: longam moram dedit *malis* properantibus, qui diem dixit: hora momentumque temporis evertendis imperiis sufficit. esset aliquod *inbecillitatis* nostrae solacium rerumque nostrarum, si tam *tarde* perirent cuncta quam fiunt: nunc incrementa *lente* exeunt, festinatur in damnum. — Etiam corporum nostrorum comparationem habet S. nat. quaest. VI 3. 1: quibusdam vitiis, *ut corpora nostra,* turbantur (sc. caelum et terra); nat. quaest. III 15. 4: *ut in nostris corporibus, ita* in illa (sc. natura) saepe humores vitia concipiunt; nat. quaest. III 15.1 et 5; 30. 4; V 4. 2; VI 14. 2.

T. Agric. 3. 9: subit quippe etiam ipsius inertiae *dulcedo,* et invisa primo desidia postremo *amatur.*

S. de prov. IV 15: Nihil miserum est, quod in naturam consuetudo perduxit; paulatim enim *voluptati sunt,* quae necessitate

coeperunt. de tranq. an. I 3: Sic ego vereor, ne consuetudo, quae rebus adfert constantiam, hoc vitium mihi altius figat; tam malorum quam bonorum longa conversatio *amorem* induit.

T. Agric. 42. 14: proprium humani ingenii est *odisse quem laeseris.*

S. de ira II 33. 1: Hoc habent pessimum animi magna fortuna insolentes: *quos laeserunt, et oderunt.* — Eadem qua T. dicendi forma usus est S. de ira III 29. 1: Turpe *est odisse, quem* laudes.

T. Agric. 42. 18: *sciant,* quibus moris est inlicita mirari, posse *etiam* sub malis principibus magnos viros esse.

S. de tranq. an. V 3: ut *scias et* in adflicta re publica esse occasionem sapienti viro ad se proferendum.

T. Hist. IV 3. 7: tanto *proclivius* est *iniuriae quam beneficio vicem exsolvere,* quia *gratia oneri, ultio in quaestu habetur.*

S. de benef. I 1. 8: *cum ita natura conparatum sit, ut altius iniuriae quam merita descendant* et illa cito defluant, has tenax memoria custodiat, quid expectat, qui offendit, dum obligat? Ep. 81. 15: in hac conparatione *beneficii* et *iniuriae* vir bonus iudicabit quidem quod erit aequissimum, sed *beneficio* favebit: in hanc erit partem *proclivior.* ... 17: errat enim, si quis *beneficium* accipit libentius quam reddit. quanto hilarior est, qui solvit quam qui mutuatur, tanto debet laetior esse, qui se maximo aere alieno accepti *beneficii exonerat,* quam qui cum maxime obligatur. ... 23: quid autem eo miserius, *cui beneficia excidunt, haerent iniuriae?* de benef. I 3. 1: Is perdit *beneficia,* qui cito se perdidisse credit; at qui instat et *onerat* priora sequentibus, etiam ex duro et inmemori pectore *gratiam* extundit. de benef. IV 40. 2: utique cum quidam recipere *beneficium iniuriam* iudicent et *beneficia* subinde aliis *beneficiis onerent.* de moribus 128 (Seneca III p. 467 Haase): Multi sunt obligandi, pauci offendendi. nam memoria *beneficiorum* fragilis est, *iniuriarum* tenax. de benef. VI 5. 1: Dedisti *beneficium, iniuriam* postea fecisti; et *beneficio gratia* debebatur et *iniuriae ultio.* Ep. 81. 7: „Hoc certe, inquis, iustitiae convenit, suum cuique reddere, *beneficio gratiam, iniuriae talionem* aut certe malam *gratiam.*“

T. Ann. III 55. 18: nisi forte *rebus cunctis* inest *quidam velut orbis*, ut quem ad modum *temporum vices*, ita morum *vertantur*.

S. Ep. 36. 11: Sed postea diligentius docebo omnia, quae videntur perire, mutari. aequo animo debet rediturus exire. observa *orbem rerum* in se remeantium: videbis nihil in hoc mundo exstingui, sed vicibus descendere ac surgere: aestas abiit, sed alter illam annus adducet. hiems cecidit, referent illam sui menses. solem nox obruit, sed ipsam statim dies abiget. Ep. 24. 26: nullius rei finis est, sed in *orbem* nexa sunt *omnia:* fugiunt ac sequuntur. diem nox premit, dies noctem, aestas in autumnum desinit, autumno hiems instat, quae vere conpescitur: *omnia* [sic] transeunt ut revertantur. Ep. 71. 13. sq.: Certis eunt *cuncta* temporibus: nasci debent, crescere, exstingui. ... quicquid est, non erit: nec peribit, sed resolvetur. nobis solvi perire est. proxima enim intuemur: ad ulteriora non prospicit mens hebes et quae se corpori addixit: alioquin fortius finem sui suorumque pateretur, si speraret, [ut] omnia illa, sic vitam mortemque *per vices ire* et conposita dissolvi, dissoluta conponi, in hoc opere aeternam artem *cuncta* temperantis dei verti. Ep. 108. 19 sq.: at Pythagoras omnium inter omnia cognationem esse dicebat et animorum commercium in alias atque alias formas transeuntium. ... videbimus, per quas *temporum vices* et quando pererratis pluribus domiciliis in hominem revertatur. ... non credis nihil perire in hoc mundo, sed mutare regionem? nec tantum caelestia per certos circuitus *verti*, sed animalia quoque *per vices ire* et animos per *orbem* agi? (conf. de benef. V 8. 4—6; Ep. 119. 8; de rem. fort. II 5; Herodot. I 207.)

T. Ann. IV 3. 10: hanc ut amore incensus adulterio pellexit, et postquam primi flagitii potitus est (*neque femina amissa pudicitia alia abnuerit*), ad coniugii spem, consortium regni et necem mariti impulit.

Hieronymus adv. Iovinian. lib. I p. 192 (Seneca III p. 432, 78 Haase): Doctissimi viri vox est, *pudicitiam* inprimis esse retinendam, *qua amissa omnis virtus ruit:* in hac muliebrium virtutum principatus est. haec pauperem commendat, divitem extollit, deformen redimit, exornat pulchram. S. Ep. 88. 8: doce me, quid sit *pudicitia* et quantum in ea bonum, in corpore an in animo posita sit.

Referuntur Hieronymi verba supra a me laudata inter fragmenta Senecae libri nunc deperditi, qui inscribebatur „de matrimonio“, quoniam Hieronymus ipse dicit se auctore usum esse Seneca; conf. adv. Iovinian. lib. I p. 191 (Seneca III p. 433. 81 Haase): Scripserunt Aristoteles Plutarchus et noster Seneca de matrimonio libros, ex quibus et superiora nonnulla sunt et ista, quae subicimus. — Non nimis autem Hieronymum Senecae verba immutasse inde elucet, quod dictio, qua Hieronymus hoc loco utitur, quibusdam locis proxime accedit ad eam dictionem, quam Seneca in libris ad nostram usque memoriam servatis usurpat conf. e. g: Hieronym.: haec (sc. pudicitia) pauperem commendat divitem extollit, *deformem redimit*, exornat pulchram. S. nat quaest. I 17. 4: formosus, ut vitaret infamiam, *deformis*, u sciret *redimendum esse* virtutibus quicquid corpori deesset. — Hieronym.: *bene meretur* de maioribus, quorum sanguinem furtiv sobole non vitiat, *bene de liberis, quibus* nec de matre erubescendum nec de patre dubitandum est. S. de clem. I 13. 5: *ben se meriturum de liberis* suis quisque non dubitat, *quibus* tal saeculum ostenderit. — Hieronym.: bene inprimis de se, quam contumelia externi corporis *vindicat*. S. ad Polyb. de consol XII 1: *ab* hac te infamia *vindica*. — Hieronym.: hanc rara inter feminas virtus *altius* saeculorum omnium memoriae *quam ut excidere possit, infixit*. S. Ep. 75. 7: quando, quae didiceris, *adfige* tibi ita, *ut excidere non possint*?

Itaque, quoniam constare videtur Hieronymum fere ad verbum secutum esse Senecae librum de matrimonio deperditum alium eiusdem Hieronymi locum cum loco quodam Tacitino conferre non sane audacius videatur.

T. Agric. 6. 2: Domitiam Decidianam, splendidis natalibu ortam, sibi iunxit; idque matrimonium ad maiora nitenti decus ac robur fuit. vixeruntque mira concordia, per mutuam caritatem et in vicem se anteponendo, nisi quod *in bona uxore tanto maior laus, quanto in mala plus culpae est.* Agric. 9. 23: consul *egregiae tum spei* filiam iuveni mihi despondit.

Hieronym. adv. Iovinian. lib. I p. 191 (Seneca III p. 428 45 Haase): et quomodo divitiae et honores et corporum sanitates et cetera, quae indifferentia nominamus, nec *bona* nec *mala* sunt sed velut in meditullio posita usu et eventu *vel bona ve*

*mala fiunt*, ita *et uxores sitas in bonorum malorumque confinio.* grave autem esse viro sapienti venire in dubium, utrum *bonam* an *malam* ducturus sit. S. de benef. IV 33. 2: Omne hac via procedit officium: sic serimus, sic navigamus, sic militamus, *sic uxores ducimus,* sic liberos tollimus; cum omnium horum incertus sit eventus, ad ea accedimus, *de quibus bene sperandum esse credidimus.* quis enim pollicetur serenti proventum, naviganti portum, militanti victoriam, *marito pudicam uxorem,* patri pios liberos? sequimur, qua ratio, non qua veritas traxit. de rem. fort. XVI 1: „*uxorem bonam* amisi.“ utrum inveneras *bonam,* an *feceras?* ... si *feceras,* bene spera: res periit, salvus est artifex.

T. Ann. IV 18. 10: destrui per haec fortunam suam Caesar *inparemque tanto merito* rebatur. nam *beneficia eo usque laeta sunt, dum videntur exsolvi posse: ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur.*

S. Ep. 81. 32: Eo perductus est furor, ut periculosissima res sit *beneficia* in aliquem *magna* conferre: nam quia putat turpe non reddere, non vult esse, cui reddat. tibi habe, quod accepisti: non repeto, non exigo. profuisse tutum sit. nullum est *odium* perniciosius quam e *beneficii* violati pudore. Ep. 19. 11: Nullum habet maius malum occupatus homo et bonis suis obsessus, quam quod amicos sibi putat, quibus ipse non est, quod *beneficia* sua efficacia iudicat ad conciliandos amicos, *cum quidam, quo plus debent, magis oderint:* leve aes alienum debitorem facit, grave *inimicum.* de benef. IV 40. 1 sq.: Animum praestare gratum debeo, ceterum aliquando me referre *gratiam* non patitur mea infelicitas, aliquando felicitas eius, cui debeo. quid enim regi, quid pauper diviti reddam, utique *cum quidam recipere beneficium iniuriam iudicent* et beneficia subinde aliis beneficiis onerent? quid amplius in horum persona possum quam velle? nec enim ideo *beneficium* novum reicere debeo, quia nondum prius reddidi. accipiam tam libenter, quam dabitur, et praebebo me amico meo exercendae bonitatis suae capacem materiam; *qui nova accipere non vult, acceptis offenditur.* de benef. I 3. 1: Is perdit *beneficia,* qui cito se perdidisse credit; at qui instat et onerat priora sequentibus, etiam ex duro et inmemori pectore gratiam extundit. non audebit adversus multa oculos

adtollere; quocumque se converterit memoriam suam fugiens, ibi te videat; *beneficiis* illum tuis cinge.

T. Ann. V 2. 9: dicax idem et Tiberium *acerbis facetiis* inridere solitus, quarum *apud praepotentes in longum memoria est.* Ann. XV 68. 14: saepe *asperis facetiis* inlusus, quae ubi multum ex vero traxere, *acrem sui memoriam relinquunt.*

S. de clem. I 10. 3: *contumelias* quoque suas, *quae acerbiores principibus solent esse* quam iniuriae, nulla crudelitate exsequebatur (sc. Augustus).

## Pars altera.

### De Tacito sermonis Annaeani imitatore.

Seneca quidem id stili genus, quod partim a patre adoptaverat, partim ipse excoluerat, eiusque proprietatem supra (p. 2) adumbravimus, usque ad vitae exitum in omnibus, quos soluta oratione scripsit, libris (nam cum his solis mihi res est) servavit. Eius autem sermonis, quo Tacitus in variis operibus usus est, non solum discrimina agnoscuntur, verum etiam progressus. Etenim in dialogo de oratoribus, quem sub Domitiani imperio composuit, quamquam eam dictionem, quam Quintilianus commendaverat, id est Ciceronianum dicendi genus, sequitur atque propter oratoriam opusculi materiam Ciceronis de eloquentia librorum imitationem adfectat, tamen vestigia quaedam Annaeanae dictionis quamvis levia ibi quoque exstant. Maximum autem momentum Senecae et philosophia et sermo in media stili Tacitini aetate habuit, quibus temporibus Germaniam, Agricolam, Historiarum libros composuit. Extrema denique aetate, qua Annalium libros confecit, tam artificiosa placuit Tacito dictio, ut, quamvis Seneca ad Tacitum valere minime desierit, tamen ad suam proprietatem stilum Tacitinum pervenisse tuo iure dixeris.

Vestigia Annaeanae dictionis in dialogo de oratoribus latentia indagavit Lud. Kleiber: Quid Tacitus in dialogo prioribus scriptoribus debeat, Halis Saxonum 1883, p. 73—80, falsus autem est, quod Tacitum 'stare a partibus adversariorum Senecae' et 'orationem Taciti in commune frustra cum Seneca comparari' statuit. Nam quo tempore Tacitus dialogum composuit, potuit ille quidem id stili genus, quo in prioribus libris historici argumenti utitur, usurpare, sed non usurpavit oratoria opusculi abductus materia. Et profecto si quis orationem alterius quasi speciem intuens imitatur, non tam forma dictionis ducitur quam materia, quae tractatur. Sic Tacitus in dialogo, ut oratorem se exhibeat, summi oratoris Ciceronis orationem sequitur, in libris historici argu-

menti Sallustium et Livium, in rebus ad philosophiam pertinentibus Senecam philosophum. Nec Senecae oratio prorsus a Ciceroniana, quam Tacitus in dialogo adfectat, abhorret, immo flumen quidem Ciceronianae dictionis Seneca cohibuit, sed in singulis dictionibus prope ad Ciceronem accedit. Stili igitur genera non adeo inter se discrepant, ut non multa paria etiam in sermonis proprietatibus inter se contrariis inveniantur. Neque igitur mirum, quod in dialogo vestigia Annaeanae dictionis exstant, sed latent magis quam patent nec quicquam probant nisi Tacito, cum dialogum componeret, Senecae de philosophia libros cognitos fuisse. In enumerandis quidem exemplis Kleiber longius quam licet mihi videtur progressus esse; omissis eis quae ille laudavit exemplis, ut Tacitum in dialogo a Seneca pendere doceret, pauca infra addo, quae alicuius momenti esse mihi videntur.

In libris Taciti res gestas enarrantibus stili fundamentum efficitur dictione Sallustiana et Liviana, ita tamen, ut misceatur cum Senecae dictione. Hanc autem non eodem modo quo Sallustianam imitatur, quam plerumque ad litteram sequitur, immo verbosiorem formam dicendi, quae Senecae in deliciis erat, saepe coartat atque concidit; hoc enim vel maxime Senecae et Taciti dictiones inter se differunt, quod Seneca fere ingenti copia verborum utitur, minima Tacitus, ut innumerabilia verba apud Senecam legantur, quibus Tacitus abstinuit, contra eorum verborum numerus, quae Tacitus in usum suum converterit, sed quae apud Senecam non legantur, sit minimus. Neque illam verborum collocationem, qua Seneca uti solebat, ut ea vox, in qua summa sententiae vis posita esset, principem locum teneret vel quaesita ratione singulae orationis partes inter se opponerentur, Tacitus respuit. In laudandis autem exemplis eum Taciti operum ordinem, quo singula composuit, sequor; neque certa imitationis exempla a fortuito consensu anxie separanda esse arbitratus sum.

## Dialogus.

T. Dial. 5. 20: *nam si ad utilitatem* vitae *omnia* consilia *factaque* nostra dirigenda sunt, quid est tutius quam eam exercere artem, qua semper armatus praesidium *amicis* ... feras, ipse securus etc. ... ?

S. de clem. I 3. 2: Nullam ex omnibus virtutibus homini magis convenire, cum sit nulla humanior, constet necesse est

non solum inter nos, qui hominem sociale animal, communi bono genitum, videri volumus, sed etiam inter illos, qui hominem voluptati donant, quorum *omnia* dicta *factaque ad utilitates* suas spectant; *nam si* quietem petit et otium, hanc virtutem naturae suae nanctus est, quae pacem amat et manus retinet. Ep. 48. 2: Iterum ego tamquam Epicureus loquor? mihi vero idem expedit, quod tibi: aut non sum *amicus,* nisi, quicquid agitur ad te pertinens, meum est. consortium rerum omnium inter nos facit amicitia. ... nec potest quisquam beate degere, qui se tantum intuetur, qui *omnia ad utilitates* suas convertit: alteri vivas oportet, si vis tibi vivere. (conf. Ep. 71. 3; 95. 45.)

T. Dial. 6. 5: *videre plenam* semper et *frequentem* domum suam *concursu* splendidissimorum hominum.

S. de ira II 8. 1: cum *videris* forum multitudine refertum et saepta *concursu* omnis *frequentiae plena.*

T. Dial. 10. 1: Ne *opinio quidem et fama,* cui soli serviunt et quod unum esse pretium omnis laboris sui fatentur, aeque poetas quam oratores *sequitur.*

S. de benef. VI 43. 3: *Opinionem quidem et famam* eo loco habeamus, tamquam non ducere sed *sequi* debeat.

T. Dial. 13. 24: quandoque enim *fatalis* et meus *dies veniet.*

S. nat. quaest. III 27. 1: cum *fatalis dies* diluvii *venerit.*

T. Dial. 16. 25: quod *spatium* temporis (sc. quadringentorum annorum) *si ad* infirmitatem corporum nostrorum *referas,* fortasse *longum* videatur; *si ad naturam* saeculorum ac respectum *inmensi* huius *aevi,* perquam *breve* et in proximo *est.*

S. Ep. 77. 20: Nulla vita *est* non *brevis.* nam *si ad naturam* rerum respexeris, etiam Nestoris et Statiliae *brevis est,* quae inscribi monumento suo iussit annis se nonaginta novem vixisse. ad Marc. de consol. XXI 2 sq.: Omnia humana *brevia* et caduca sunt et infiniti temporis nullam partem occupantia. terram hanc cum urbibus populisque et fluminibus et ambitu maris puncti loco ponimus *ad* universa *referentes:* minorem portionem aetas nostra quam puncti habet, si omni tempori comparetur, cuius maior est mensura quam mundi. ... licet mihi vivaces et in memoriam traditae senectutis viros nomines centenosdenosque percenseas annos: cum ad omne tempus dimiseris animum, nulla erit illa *brevissimi longissimique aevi* differentia, si inspecto quanto quis

vixerit *spatio* conparaveris quanto non vixerit. Ep. 74. 10: mal de providentia iudicat, quia ... quicquid nobis dedit, *breve es* et exiguum, si conparas mundi totius *aevo*. Ep. 99. 10 et 31.

T. Dial. 18. 16: nec statim deterius esse quod diversum est, vitio autem malignitatis humanae vetera semper *in laude* *praesentia* in fastidio esse.

S. ad Marc. de consol. XVI 9: Est quidem haec natur mortalium, ut nihil magis placeat quam quod amissum est: ini quiores sumus adversus relicta ereptorum desiderio. de bene VI 32. 4: Regalis ingenii mos est in *praesentium* contumelia amissa *laudare.*

T. Dial. 20. 12: iam vero iuvenes et in ipsa studiorum in cude positi, qui profectus sui causa oratores sectantur, no solum *audire,* sed etiam *referre domum aliquid* inlustre et dignu memoria volunt. conf. Dial. 22. 15.

S. Ep. 108. 4: Qui ad philosophum venit, cotidie *aliqui* secum boni *ferat:* aut sanior *domum* redeat aut sanabilior. .. 6. Quidam veniunt, ut *audiant.*

T. Dial. 22. 15: *velut in* rudi *aedificio.*

S. Ep. 30. 2: *tamquam in* putri *aedificio.*

T. Dial. 22. 17: ego autem oratorem, sicut locupletem lautum patrem familiae, non eo tantum volo tecto *tegi* quod i brem ac ventum *arceat,* sed etiam quod visum et oculos *delect* non ea solum instrui *supellectile* quae *necessariis usibus* suffici sed sit in apparatu eius et *aurum* et gemmae.

S. Ep. 8. 5: vestis *arceat* frigus, domus munimentum sit a versus infesta corporis. ... scitote tam bene hominem culn quam *auro tegi.* Ep. 88. 36: „At enim *delectat* artium notit multarum.“ tantum itaque ex illis retineamus, quantum *n* *cessarium* est. an tu existimas reprehendendum, qui supervac *usibus* conparat et pretiosarum rerum pompam in domo explica non putas eum, qui occupatus est in supervacua litterarum *s* *pellectile?* Ep. 90. 15; 110. 12.

T. Dial. 25. 7: dum modo *in confesso sit*; ib. 27. 3: qu apud me quidem *in confesso est.*

S. de brev. vit. II 4: quorum *in confesso* mala *sunt;* de ben III 11. 2: horum *in confesso* merita *sunt;* de benef. V 17.

Illud *in confesso est;* nat. qu. II 21. 1: a confessis transeamus ad dubia. quid *in confessis est?*; ib. 22. 3: quorum ingens *in confesso* potentia *est.*

T. Dial. 28. 10 sqq. conf. S. Ep. 94. 54 et 55.

T. Dial. 31. 4: ut iis artibus pectus implerent, in quibus de *bonis ac malis,* de *honesto et turpi,* de *iusto et iniusto* disputatur.

S. Ep. 95. 58: *bona et mala, honesta et turpia, iusta et iniusta,* pia et inpia, virtutes ususque virtutum ...: haec omnia aestimatorem desiderant.

T. Dial. 31. 10: de quibus copiose et varie et ornate nemo dicere potest, nisi *qui cognovit* naturam humanam et *vim virtutum* pravitatemque vitiorum et habet intellectum eorum, quae nec in virtutibus nec in vitiis numerantur. ex his fontibus etiam illa profluunt, ut facilius iram iudicis vel instiget vel leniat, *qui scit, quid sit ira,* et promptius ad miserationem impellat, *qui scit, quid sit misericordia* et quibus animi motibus concitetur.

S. Ep. 95. 55: nil agemus, *si ignoramus, quid sit virtus.* Ep. 85. 28: Non dubitarent, quid conveniret forti viro, *si scirent, quid esset* fortitudo. ... scientia est distinguendi, quid sit malum et quid non sit. de ira I 4. 1: *Quid esset ira,* satis explicitum est; ib. 5. 1: *Quid esset ira,* quaesitum est. (Tractatio tamen huius rei apud Senecam periit.) — de clem. II 4. 4: Ad rem pertinet quaerere hoc loco, *quid sit misericordia.*

T. Dial. 32. 4: deinde ipsa *multarum artium scientia* etiam aliud agentes nos ornat. ... quem (sc. oratorem) non posse aliter existere nec extitisse umquam confirmo, nisi eum, qui tamquam *in aciem omnibus armis instructus,* sic in forum *omnibus* artibus *armatus exierit.* ... in paucissimos sensus et *angustas* sententias detrudunt eloquentiam velut *expulsam* regno suo, ut quae olim omnium artium domina pulcherrimo comitatu *pectora* implebat, nunc circumcisa et amputata, *sine apparatu, sine* honore, paene dixerim sine ingenuitate, *quasi* una ex sordidissimis *artificiis discatur.*

S. Ep. 88. 35 sq.: Haec tam multa, tam magna ut habere possint liberum hospitium, supervacua ex animo tollenda sunt. non dabit se in has *angustias* virtus: laxum spatium res magna desiderat. *expellantur* omnia. totum *pectus* illi vacet. „at enim delectat *artium notitia multarum.*“ tantum itaque ex illis reti-

neamus, quantum necessarium est. — Ep. 109. 8: numquid *i*
*structus omnibus* rebus agricola ab alio *instrui* quaerit? numqui
*armatus* miles quantum *in aciem exituro* satis est [uti], ampliu
*arma* desiderat? ergo nec sapiens. satis enim vitae *instructus*
satis *armatus* est. — Ep. 80. 3: tibi continget virtus *sine adpa*
*ratu, sine* inpensa. de const. sap. XV 5: Domus haec sapienti
*angusta, sine* cultu, *sine* strepitu, *sine apparatu,* nullis adservatu
ianitoribus. — Ep. 108. 36: qui philosophiam *velut* aliquod *arti*
*ficium* venale *didicerunt.* Ep. 16. 3: Non est philosophia popular
*artificium.* Ep. 88. 1: meritoria *artificia* sunt (sc. liberalia studia

T. Dial. 38. 18: longa temporum *quies et* continuum popu
*otium et* assidua senatus *tranquillitas.*

S. nat. quaest. I 2. 8: significatur *quies* aëris *et otium*
*tranquillitas.*

T. Dial. 39. 1: Parvum et ridiculum fortasse videatur *qu*
*dicturus sum,* dicam *tamen,* vel *ideo* ut ridear.

S. Ep. 63. 12: Scio pertritum iam hoc esse, *quod adiectur*
*sum,* non *ideo tamen* praetermittam, quia ab omnibus dictum es

T. Dial. 41. 3: *quis enim nos advocat nisi aut nocens* a
miser? ... atqui melius fuisset non queri quam vindicari. qu
si inveniretur aliqua civitas, in qua nemo peccaret, *supervacu*
esset *inter innocentes* orator *sicut inter sanos medicus. quo mo*
enim minimum *usus* minimumque profectus ars medentis hab
in iis gentibus, quae firmissima valetudine ac saluberrimis co
poribus utuntur, sic minor oratorum *honor* obscuriorque glor
*est* inter bonos mores et in obsequium regentis paratos. ... qu
(sc. opus est) invidiosis et excedentibus modum defensionibu
cum *clementia* cognoscentis *obviam periclitantibus eat?*

S. de clem. I 2 1: Esse autem aliquos scio, qui *clementia*
pessimum quemque putent sustinere, quoniam nisi post crim
*supervacua* est et sola haec virtus *inter innocentes* cessat. s
primum omnium, *sicut medicinae* apud aegros *usus,* etiam *ap*
*sanos honor est,* ita *clementiam,* quamvis *poena digni invoce*
etiam *innocentes* colunt. deinde habet haec in persona quoq
innocentium locum, quia interim fortuna pro culpa est; *nec inn*
*centiae tantum clementia succurrit, sed saepe virtuti,* quonia
quidem condicione temporum incidunt quaedam, quae possi
laudata puniri.

**Agricola.**

T. Agric. 2. 4: *monumenta clarissimorum ingeniorum;* Ann. XV 41. 7: *monumenta ingeniorum;* ib. IV 61. 4: *monumenta ingeni* eius.

S. ad Helv. de consol. I 2: *clarissimorum ingeniorum monumenta:* de benef. IV 28. 4: *monumenta ingeniorum.*

T. Agric. 3. 10: per quindecim annos, grande *mortalis aevi* spatium.

S. ad Marc. de consol. XXV 1: vitia situmque omnem *mortalis aevi* excutit; Ep. 102. 23: per has *mortalis aevi* moras.

T. Agr. 3. 13: pauci, ut ita dixerim, *non modo* aliorum *sed etiam nostri superstites* sumus.

S. de tranq. an. XI 12: Rex es: non ad Croesum te mittam, qui rogum suum et succendi vivus et extingui vidit, factus *non* regno *tantum sed etiam* morti suae *superstes;* Ep. 30. 5: vivere tamquam *superstes sibi.*

T. Agric. 4. 11: Massiliam ..., locum *Graeca* comitate et provinciali parsimonia *mixtum* ac bene compositum.

S. nat. quaest. II 50. 1: Attalus noster, vir egregius, qui Etruscorum disciplinam *Graeca* subtilitate *miscuerat.*

T. Agric. 4. 15: conf. S. ad Helv. de consol. XVII 4.

T. Agric. 5. 7: nihil adpetere in iactationem, nihil ob formidinem recusare simulque et *anxius* et *intentus* agere.

S. de brev. vit. II 1: quosdam torquet cupido militiae nunquam non aut alienis periculis *intentos* aut suis *anxios.*

T. Agric. 7. 17: maluit videri *invenisse bonos* quam *fecisse.*

S. de rem. fort. XVI 1: „uxorem *bonam* amisi.“ utrum *inveneras bonam,* an *feceras?* si *inveneras,* habere te posse ex hoc intellegas licet quod habuisti: si *feceras,* bene spera: res periit, salvus est artifex.

T. Agric. 15. 8: nihil iam cupiditati, nihil *libidini exceptum.*

S. de ira II 9. 3: raptus ac stupra et ne os quidem *libidini exceptum.*

T. Agric. 16. 12: missus igitur Petronius Turpilianus tamquam *exorabilior* et delictis hostium novus eoque paenitentiae mitior.

S. de clem. I 20. 2: poenam, si tuto poterit, donet, si minus, temperet longeque sit *in suis quam in alienis iniuriis exorabilior.* (conf. Taciti verba, quae praecedunt: ne quamquam egregius cetera adroganter in deditos et *ut suae cuiusque iniuriae ultor* durius consuleret.)

T. Agric. 29. 1: Initio aestatis Agricola domestico *vulnere ictus,* anno ante natum *filium amisit. quem casum* neque ut plerique fortium virorum ambitiose, neque per lamenta rursus ac maerorem *muliebriter tulit:* et in luctu bellum inter remedia erat. Agric. 7. 1: Sequens annus *gravi vulnere animum* domumque eius *adflixit.*

S. ad Polyb. de consol. XV 4: Gaius Caesar ... Lucium fratrem carissimum sibi ... *amisit* in apparatu Parthici belli et *graviore* multo *animi volnere* quam postea corporis *ictus est; quod* utrumque et piissime idem et fortissime *tulit.* ib. XVI 2: eo ipso tempore, quo M. Antonius civium suorum vitae sedebat mortisque arbiter, M. Antonii frater duci iubebatur ad supplicium. *tulit* hoc tamen tam triste *vulnus* eadem magnitudine animi M. Antonius, qua omnia alia adversa toleraverat, et hoc fuit eius lugere, viginti legionum sanguine fratri parentare. ad Helv. de consol. XIX 4: Carissimum virum *amiserat* ... in ipsa quidem navigatione; *tulit* tamen eodem tempore et luctum et metum. Ep. 78. 17 „Dolorem gravem sentio." quid ergo? non sentis, si illum *muliebriter tuleris?* de benef. V 19. 6: orbitatis *gravissimum vulnus* effugi. Ep. 74. 30: non *adfligitur* sapiens liberorum *amissione* non amicorum. eodem enim animo *fert* illorum mortem, quo suam exspectat. Ep. 99. 1: Epistulam, quam scripsi Marullo, cum *filium* parvulum *amisisset* et diceretur molliter *ferre,* misi tibi. .. *adflicto* enim et magnum *volnus* male *ferenti* paulisper cedendum est. de rem. fort. XIII 1: „*amisi* liberos." ... nemo extra *ictum* istius *vulneris* positus est.

T. Agric. 30. 17: raptores orbis, postquam cuncta vastantibus defuere *terrae,* iam et *mare scrutantur: si* locuples hostis *est avari, si* pauper, *ambitiosi,* quos *non* Oriens, *non* Occidens *satiaverit.* Germ. 45. 13: sed et *mare scrutantur.*

S. de clem. I 3. 5: cum ille (sc. animus) imperavit, *sive avarus* dominus *est, mare* lucri causa *scrutamur, sive ambitiosus* iam dudum dexteram flammis obicimus † aut voluntariam sub

siluimus. Ep. 89. 22: quorum profunda et *insatiabilis* gula hinc *maria scrutatur*, hinc *terras*. Ep. 119. 7: *scrutatur maria* ignota.

T. Agr. 33. 1: Excepere orationem alacres ... cantu *fremituque et clamoribus dissonis*. Hist. I 32. 2: *dissono clamore*.

S. de vita beata I 2: non ducem secuti sed *fremitum et clamorem dissonum*. Ep. 56. 3: „O te, inquis, ferreum aut surdum, cui mens inter tot *clamores* tam varios, tam *dissonos*, constat ...." at mehercules ego istum *fremitum* non magis curo quam fluctum aut deiectum aquae. Curt. V 12. 14: Varius ac dissonus clamor.

T. Agric. 35. 2: statimque *ad arma discursum*.

S. de ira III 2. 3: *ad arma* protinus ignesque *discursum est*. de brev. vit. III 1: *ad* lapides et *arma discurrunt*.

T. Agric. 39. 13: *optimum in praesentia* statuit reponere odium.

S. nat. quaest. II 36: cum sapiens quid sit *optimum in praesentia* sciat.

T. Agric. 41. 15: quibus sermonibus satis constat Domitiani quoque *aures verberatas*.

S. ad Marc. de consol. XIX 6: ne conviciis quidem ullis verecundae *aures verberantur*. Ep. 56. 4: hic (sc. crepitus) tantum *aures* inplet ac *verberat*.

T. Agric. 42. 15: Domitiani vero natura praeceps *in iram*.

S. de ira II 20. 1: natura quosdam proclives *in iram* facit. ib. 15. 1: fortia solidaque natura ingenia ... prona *in iram* sunt.

T. Agric. 42. 19: *posse etiam* sub malis principibus magnos viros esse.

S. de ira III 15. 2: *posse etiam* ex ingentibus malis nascentem iram abscondi. nat. quaest. II 55. 3: *posse etiam* aliquando hoc fieri.

T. Agric. 44. 17; S. de prov. V 8: *grande solacium*.

T. Agric. 44. 18: illud tempus, quo Domitianus non iam per intervalla ac spiramenta temporum, sed continuo et velut *uno ictu* rem publicam exhausit.

S. de ira III 19. 2: qui (sc. C. Caesar) optabat, ut populus Romanus unam cervicem haberet, ut scelera sua tot locis ac temporibus diducta in *unum ictum* et unum diem cogeret.

T. Agric. 46. 9: ut omnia facta dictaque eius *secum revolvant.*

S. Ep. 80. 3: Illud maxime *revolvo mecum.*

T. Agric. 46. 18: multos veterum velut inglorios et ignobilis *oblivio* obruit.

S. de benef. III 32. 5: quos iam consumpsisset *oblivio,* nisi illos filiorum gloria e tenebris eruisset. Ep. 21. 4: omnes illos ... *oblivio* alta subpressit.

### Germania.

T. Germ. 13. 14: in pace *decus,* in bello *praesidium* (Agr. 6. 3).

S. ad Marc. de consol. XVII 1: iuvenem, iam matri iam patri *praesidium* ac *decus,* amittere. de benef. III 33. 3: eximia pietas et virtus ipsi urbi nescio utrum maius *praesidium* adferens an *decus.* Hor. carm. I 1. 2: O et *praesidium* et dulce *decus* meum.

T. Germ. 17. 15; S. de brev. vit. I 1: *exceptis admodum paucis.*

T. Germ. 19. 16: plusque ibi *boni mores* valent quam alibi bonae *leges.*

S. Ep. 94. 37: *leges* quoque proficiunt ad *bonos mores,* utique si non tantum imperant, sed docent. ... itaque malis *moribus* uti videbis civitates usas malis *legibus.*

T. Germ. 22. 12: gens non astuta nec callida *aperit* adhuc secreta *pectoris* licentia ioci; ergo *detecta* et nuda omnium *mens.*

S. ad Marc. de consol. XXVI 4: Quid dicam ... nihil in obscuro, *detectas mentes* et *aperta praecordia* et in publico medioque vitam ...?

T. Germ. 27. 4: sepulcrum *caespes erigit.*

S. Ep. 8. 5: hanc (sc. domum) utrum *caespes erexerit,* an varius lapis ..., nihil interest.

T. Germ. 27. 9: *Haec in commune de* omnium Germanorum origine ac moribus accepimus.

S. nat. quaest. VII 16. 2: *Haec in commune de* tota natione.

T. Germ. 28. 7: manet adhuc Boihaemi nomen significatque loci veterem memoriam quamvis *mutatis cultoribus.*

S. ad Helv. de consol. VII 8: Haec ipsa insula saepe iam *cultores mutavit.*

T. Germ. 30. 10: quodque *rarissimum* nec nisi Romanae disciplinae *concessum,* plus reponere in duce quam in exercitu.

S. de clem. I 1. 5: *Rarissimam* laudem et nulli adhuc principum *concessam* concupisti, innocentiam.

T. Germ. 34. 8: sive adiit Hercules, seu quidquid ubique magnificum est, in claritatem eius referre *consensimus*.

S. de otio VII 2: ille tertius, de quo male existimare *consensimus*.

T. Germ. 37. 10: medio *tam longi aevi* spatio.

S. de brev. vit. III 3: in *tam longo aevo*.

T. Germ. 46. 4: *sede ac domiciliis* ut Germani agunt.

S. de prov. IV 15: nulla illis (sc. Germanis) *domicilia* nullaeque *sedes* sunt.

### Historiae.

T. Hist. I 1. 3: dum res populi Romani memorabantur pari *eloquentia ac libertate*.

S. ad Marc. de consol. I 4: si illum (sc. Cremutium Cordum) ob duas res pulcherrimas in oblivionem coiectum, *eloquentiam et libertatem*, non eruisses.

T. Hist. I 3. 10: adprobatum est *non esse* curae deis securitatem nostram, *esse* ultionem.

S. Ep. 92. 15: aliquem in maximis et continuis doloribus *non esse* miserum, *esse* etiam beatum. conf. Ep. 32. 2; 37. 3; de ira II 5. 2; de benef. VII 25. 2; Ep. 67. 14; 94. 41.

T. Hist. I 15. 22: *fidem*, libertatem, amicitiam, praecipua *humani* animi *bona*.

S. Ep. 88. 29: *fides* sanctissimum *humani* pectoris *bonum* est.

T. Hist. I 16. 1: *Si* inmensum imperii corpus *stare* ac librari *sine* rectore *posset*.

S. de prov. I 2: ostendere non *sine* aliquo custode tantum opus *stare*. Ep. 41. 5: *non potest* res tanta *sine* adminiculo numinis *stare*.

T. Hist. I 18. 17; S. ad Helv. de consol. XVII 3: *antiquus rigor*.

T. Hist. I 24. 8: adeo *animosus corruptor*.

S. de benef. VII 11. 1: quam pusillo *animo* illum aut honorare voluit aut *conrumpere*!

T. Hist. I 29. 1: *fatigabat* alieni iam imperii *deos*.

S. Ep. 31. 5: per maxima acto viro turpe est etiamnunc *deos fatigare*.

T. Hist. I 30. 1: neque enim relatu *virtutum* in comparatione Othonis opus est. *vitia,* quibus solis *gloriatur,* evertere imperium.

S. Ep. 28. 10: Quidam *vitiis gloriantur.* tu existimas aliquid de remedio cogitare, qui mala sua *virtutum* loco numerant?; de vita beata XII 5: laudant enim ea, quibus erubescebant, et *vitio gloriantur.* Ep. 87. 23.

T. Hist. I 52. 20: *panderet* modo *sinum* et venienti *Fortunae* occurreret.

S. Ep. 74. 6: ad haec, quae a *Fortuna* sparguntur, *sinum expandit* et sollicitus missilia eius [ex]spectat. de benef. IV 24. 2: soluto ad illam (sc. virtutem) *sinu* veniendum est. de rem. fort. X 5.

T. Hist. I 86. 9: subita inundatione Tiberis, qui inmenso auctu ... non modo *iacentia* et plana urbis *loca,* sed *secura* eius modi casuum implevit.

S. nat. quaest. VI 1. 2: hic fuit motus ..., qui Campaniam numquam *securam* huius mali ... magna strage vastavit. — Ep. 51. 1: cum plurima *loca* evomant ignem, non tantum edita ..., sed etiam *iacentia.*

T. Hist. II 7. 3: nec referre, Vitellium an Othonem *superstitem fortuna* faceret.

S. Ep. 70. 18: omnes, quos amabamus, *superstites fortuna* servavit.

T. Hist. II 8. 3: ceterorum casus conatusque *in contextu operis* dicemus.

S. de prov. I 1: hoc commodius *in contextu operis* redderetur. Ep. 106. 2: veniebat in *contextum operis* mei. nat. quaest. VI 1. 3: propositi *operis contextus* exigit.

T. Hist. II 46. 1: *nequaquam trepidus* et *consilii certus.*

S. Ep. 116. 1: ut eadem illa *intrepidus* facias, ut *certiore consilio.* de brev. vit. III 3: quando *certus consilii* fueris, ... quando tibi usus tui fuerit, ... quando animus *intrepidus.* Ep. 45. 9: *certus* iudicii, inconcussus, *intrepidus.*

T. Hist. II 48. 7: pecunias *distribuit* parce nec ut periturus. mox Salvium Cocceianum ... *ultro solatus est.*

S. Ep. 77. 8: minutas itaque summulas *distribuit* flentibus servis et illos *ultro consolatus est.*

T. Hist. II 84. 9; ib. 99. 10; S. de ira I 16. 6; de vita beata XVI 3; ad Polyb. de consol. II 7; III 4; ad Helv. de consol. V 4; de benef. III 28. 3; VI 29. 1; nat. quaest. III 29. 9; V 18. 12; Ep. 66. 44: *indulgentia fortunae.*

T. Hist. III 2. 6: tanto *cupidius* insolitas *voluptates hausisse.*

S. de benef. VII 2. 2: *voluptas* ... quo *avidius hausta est,* citius in contrarium reccidens.

T. Hist. III 52. 5: erant inter duces qui *necterent moras.* Hist. IV 68. 17: *moras nectens.* Ann. XII 14. 3. XIII 44. 5: *nectere moras.*

S. de ira III 39. 3: *moras nectet.*

T. Hist. III 56. 17: *ita formatis* principis auribus, *ut* aspere quae utilia, nec quicquam nisi iucundum et laesurum acciperet.

S. de benef. IV 27. 3: hic vino, hic libidini deditus est aut, si nondum deditus, *ita formatus, ut* in hoc illum mores sui ferant. Ep. 65. 18.

T. Hist. III 71. 15: aedificia ... *in altum edita.* Ann. II 16. 4: silva, *editis in altum* ramis.

S. de clem. I 19. 6: instruere *in altum editas* arces.

T. Hist. III 77. 14: *in ore* eius *iugulatur.*

S. de benef. VII 19. 8: si *in ore* parentium liberos *iugulat.*

T. Hist. III 83. 16: malis publicis laeti: conf. S. Ep. 59. 3.

T. Hist. III 85. 1: *infestis mucronibus* coactum modo erigere os.

S. Ep. 82. 21: se *infestis* ingerere *mucronibus.*

T. Hist. IV 5. 7: quo firmior *adversus fortuita* rem publicam capesseret.

S. Ep. 65. 24: fortes simus *adversus fortuita;* Ep. 91. 9: consurgamus itaque *adversus fortuita.* Ep. 98. 3: nisi certus *adversus* incerta est. Ep. 113. 27: nisi contra *fortuita* convaluit. de vita beata IV 2: quem nec extollant *fortuita* nec frangant. Ep. 66. 6: quem nec adtollant *fortuita* nec deprimant.

T. Hist. IV 8. 11: *bonos* imperatores *voto expetere, qualescumque tolerare.*

S. de vita beata XXII 2: *malam* valetudinem *tolerabit, bonam optabit.*

T. Hist. IV 26. 3: Rhenus ... vix *navium patiens.*

S. de benef. VI 7. 3: nec fluminibus gratias agimus, quamvis aut magna *navigia patiantur.* Plin. Ep. V 6. 12: navium patiens.

T. Hist. IV. 69. 16: *obstruxitque* civitatis suae *aures.*

S. de benef. III 17. 2: cuius *aures* morbus *obstruxit.* Verg. Aen. IV 440: placidasque viri deus obstruit auris. Amm. Marc. XXVII 11. 6: aures obstructae.

T. Hist. IV 72. 13: *fixis in terram oculis.*

S. Ep. 11. 7: *figunt in terram oculos.*

T. Hist. IV 77. 10: *felici temeritate.*

S. de benef. I 13. 3. VII 3. 1: *felix temeritas.*

T. Hist. IV 77. 17: vos Gallici foederis oblitos *redisse in memoriam* Romani sacramenti.

S. de benef. V 23. 2: ut se *redisse in memoriam,* non reduci putet.

T. Hist. IV 81. 14: an talis caecitas ac debilitas *ope humana superabiles* forent.

S. nat. quaest. V 18. 6: incertam fortunam experimur, vim tempestatum nulla *ope humana superabilem.*

T. Hist. IV 81. 15: huic non exesam vim luminis et redituram, si pellerentur *obstantia.*

S. Ep. 94. 18: si quid obstat oculo et inpedit visum, debere removeri: . . . natura enim videmus, cui usum sui reddit qui removit *obstantia.*

T. Hist. IV 84. 22: quod *medeatur aegris corporibus.*

S. de const. sap. I 1: *aegris corporibus* . . . *medentur.*

T. Hist. V. 3. 13: Moyses coniectura herbidi soli largas *aquarum venas aperit.*

S. nat. quaest. VI 4. 1: cur . . . *aperiat* aliquando *aquarum* calentium *venas.* ib. III 7. 3: siccissimis locis putei in altum acti . . . inveniunt *aquarum* uberes *venas.* ib. 15. 5: in terra solutis ac patefactis *venis* rivus aut flumen effunditur. ib. 27. 1: an flumina tellus largius fundat *aperiat*que fontes novos. Ep. 89. 21.

T. Hist. V 6. 13: *lacus* . . . *sapore corruptior, gravitate odoris* accolis *pestifer,* neque vento inpellitur neque pisces . . . patitur. inertes undae *superiacta* ut solido ferunt; periti *imperitique nandi* perinde attolluntur. certo anni *bitumen* egerit.

S. nat. quaest. III 20. 1 sq.: „At quare aquis *sapor* varius?" quattuor ex causis: ... quarta ex vitio, quod saepe concipiunt *corruptae* per iniuriam. hae causae *saporem* dant aquis varium, ... hae *gravem* spiritum *odoremque pestiferum,* hae levitatem gravitatemque. ... interest, utrum loca sulphure an nitro an *bitumine* plena transierint. hac ratione *corruptae* cum vitae periculo bibuntur. ib. 25. 5: Quosdam *lacus* esse, qui *nandi inperitos* ferant, notum est: erat in Sicilia, est et adhuc in Syria stagnum, in quo natant lateres et mergi *proiecta* non possunt, licet graviora sint.

T. Hist. V 7. 4: cuncta *sponte* edita aut *manu* sata.

S. nat. quaest. VI 28. 1: tot venena nascuntur non *manu* sparsa, sed *sponte.*

T. Hist. V 9. 14: quem motum Caesaris *mors diremit.*

S. de ira III 42. 3: par acerrimum media *mors dirimet.*

T. Hist. V 15. 12: Civilis *instare fortunae.*

S. Ep. 22. 4: nulli necesse est felicitatem cursu sequi: est aliquid, etiamsi non repugnare, subsistere nec *instare fortunae* ferenti.

T. Hist. V 22. 4: *nox* atra *nubibus.*

S. nat. quaest. II 26. 7: ne *nox* quidem nisi obscura *nubibus.*

T. Hist. V 23. 16: crebris ... imbribus superfusus amnis ... insulam *in faciem stagni* opplevit.

S. nat. quaest. IV 2. 8: continuatis aquis *in faciem* lati ac turbidi maris *stagnat* (sc. Nilus).

## Annales.

T. Ann. I 4. 16: accedere *matrem muliebri inpotentia.* Ann. XII 57. 10: nec ille reticet, *inpotentiam muliebrem* nimiasque spes eius arguens. Ann. IV 57. 13: traditur etiam *matris inpotentia* extrusum.

S. ad Helv. de consol. XIV 2: viderint illae *matres,* quae potentiam liberorum *muliebri inpotentia* exercent, quae, quia feminis honores non licet gerere, per illos ambitiosae sunt. conf. Liv. XXXIV 2: domi victa libertas nostra *impotentia muliebri.*

T. Ann. I 11. 5: quam *subiectum fortunae* regendi cuncta onus.

S. Ep. 9. 15: incipit *fortunae* esse *subiectum.*

T. Ann. I 23. 3: singulorum *pedibus advolutus*. Ann. I 32. 7: Septimius cum perfugisset ad tribunal *pedibusque* Caecinae *advolveretur*.

S. de ira II 34. 4: quam saepe eius *pedibus advolutus est*. Curt. III 12. 17: advoluta est pedibus eius.

T. Ann. I 28. 21: *tarda sunt quae* in commune expostulantur: privatam gratiam *statim* mereare, *statim* recipias.

S. Ep. 121. 20: et *tardum* est et varium, quod usus docet: quicquid natura tradit, et aequale omnibus est et *statim*. ib. 7: *tarda* enim *sunt, quae* necessitate inpelluntur: agilitas sponte motis est.

T. Ann. I 29. 12: promptum *ad asperiora* ingenium Druso erat: vocatos Vibulenum et Percennium interfici iubet.

S. de clem. II 4. 3: possumus effugere cavillationem et ita finire, ut sit crudelitas inclinatio animi *ad asperiora*.

T. Ann. I 72. 6: tanto se magis *in lubrico* dictitans. Ann. VI 51. 7: maxime *in lubrico* egit accepta in matrimonium Iulia.

S. ad Marc. de consol. IX 2: nostras quoque opes aeque *in lubrico* positas. Ep. 71. 28: etiamnunc versatur *in lubrico* Ep. 75. 10: adhuc *in lubrico* stare. Ep. 84. 12: non in praerupto tantum illic stabis, sed *in lubrico*. de rem. fort. XVI 3 omnium quidem inperitorum animus, maxime tamen *in lubrico* muliebris est.

T. Ann. II 6. 15: servatque *nomen et* violentiam *cursus* (sc Rhenus.)

S. nat. quaest. III 26. 3: eadem (sc. flumina) ex intervallo revertuntur recipiuntque et *nomen et cursum*.

T. Ann. II 38. 25: avitae nobilitatis *etiam inter angustias* fortunae retinens.

S. de benef. I 9. 1: Vides, quomodo animus inveniat liberalitatis materiam *etiam inter angustias?*

T. Ann. II 72. 2: *saevienti fortunae submitteret animum*.

S. de benef. V 3. 2: et quisquis alius *saevientis fortunae* vi ac pondere obpressus non *submittit animum*. Ep. 66. 6: animus ... neutri se *fortunae submittens*. Ep. 92. 2: haec enim sola non *submittit animum*, stat contra *fortunam*. ad Marc. de consol. XVI 9: quam valde tibi *fortuna*, etiam cum *saeviret*, pepercerit. ad Polyb. de consol. XIII 4: per te habent ut *fortuna*

*saevientis* modum ita etc. ib. XV 1: ne hoc quidem *saeviens* reliquit *fortuna*. Sall. Cat. 10. 1: saevire fortuna ac miscere omnia coepit.

T. Ann. II 72. 6: *ingenti* luctu provinciae et *circumiacentium* populorum.

S. nat. quaest. IV 2. 5: cum *ingenti circumiacentium* regionum strepitu.

T. Ann. III 28. 1: Cn. Pompeius tertium consul corrigendis moribus delectus, set gravior *remediis quam* delicta *erant*.

S. de benef. V 16. 3: L. Sulla, qui patriam durioribus *remediis, quam* pericula *erant,* sanavit. conf. Ep. 105. 5: ne pluris *remedium quam* periculum constet.

T. Ann. III 31. 5: quasi *firmandae valetudini* in Campaniam concessit.

S. de ira I 6. 2: *valetudinem* tantum mutata vitae dispositione *firmare*.

T. Ann. III 37. 7: diem aedificationibus, noctem conviviis traheret, quam solus et nullis *voluptatibus avocatus* maestam *vigilantiam* et malas curas exerceret.

S. de prov. III 10: mero se licet sopiat et aquarum fragoribus *avocet* et mille *voluptatibus* mentem anxiam fallat: tam *vigilabit* in pluma, quam ille in cruce.

T. Ann. III 50. 10: *saepe audivi* principem nostrum *conquerentem*.

S. de benef. VI 12. 1: *saepe* te *conquerentem audio*.

T. Ann. III 53. 11: mihi autem neque honestum silere neque proloqui expeditum, quia non aedilis aut praetoris aut consulis partis sustineo. *maius* aliquid et excelsius a principe postulatur.

S. de brev. vit. XVIII 4: cogita non id egisse te ab aetate prima omni cultu studiorum liberalium, ut tibi multa milia frumenti bene committerentur; *maius* quiddam et altius de te promiseras.

T. Ann. IV 8. 25: *ita nati estis, ut* bona malaque vestra ad rem publicam pertineant.

S. Ep. 98. 13: *ita natus, ut* rempublicam deberet capessere.

T. Ann. IV 17. 5: adulatione, quae moribus corruptis peri anceps, si *nulla* et ubi *nimia* est.

S. Ep. 89. 3: idem enim vitii habet *nimia* quod *nulla* divis

T. Ann. IV 21. 16: *saxo* Seripho consenuit.

S. ad Helv. de consol. VI 5: Quid tam nudum inveniri p est, quid tam abruptum undique quam hoc *saxum?* ib. VII totiens huius aridi et spinosi *saxi* mutatus est populus.

T. Ann. IV 31. 7; S. ad Polyb. de consol. V 4: *adumbr laetitia.*

T. Ann. IV 35. 12: *vitam abstinentia finivit.*

S. Ep. 70. 9: *abstinentia finire vitam.*

T. Ann. V 10. 2: *acri magis quam* diuturno rumore.

S. de ira II 19. 4: *acres magis quam* graves sunt. nat. quae IV 4. 2: nimbi graves magis vastique quam pertinaces.

T. Ann. V 10. 10: *laetus praesentibus* et inanium spe.

S. Ep. 99. 5: qui tantum *praesentibus laetus* est.

T. Ann. V 11. 6: odia *in* perniciem *itura.*

S. de benef. I 12. 4: poma ... *itura in* fastidium. Ep. 1 4: voluptates *ituras in* dolorem conpescere. ad Marc. de con XI 3: corpus ... *iturum in* tabem.

T. Ann. VI 10. 6: Rhodum secuti et apud Capreas *indivi*

S. Ep. 67. 10: *individuus* ille comitatus virtutum. de p V 9. de otio V 6. Ep. 73. 8.

T. Ann. VI 26. 6: *aversatus sermonem.*

S. de const. sap. X 2: *sermonem* meum ... *aversatus es*

T. Ann. VI 33. 14: pulsoque *introrsus* freto brevia *lito nudantur.*

S. de prov. I 4: si quis observaverit *nudari litora* pelag se recedente ..., credet caeca quadam volutatione modo cont undas et *introrsum* agi, modo erumpere.

T. Ann. XI 15. 7: quod nunc segnius fieri publica *bonas artes* socordia.

S. Ep. 80. 2: cogito mecum, ... quanta sit *circa artes b* solitudo.

T. Ann. XI 18. 18: magnis delictis *inexorabilem* scias.

S. de clem. I 7. 1: *inexorabilia* peccatis atque erroribus nun

T. Ann. XI 20. 13: effodere rivos, quaeque *in aperto gravia*, humum infra moliri.

S. Ep. 57. 2: etiamsi locus haberet lucem, pulvis auferret, *in aperto* quoque res *gravis* et molesta.

T. Ann. XII 37. 9: supplicium mei *oblivio sequeretur.*

S. Ep. 76. 29: factum tuum matura *sequetur oblivio.*

T. Ann. XII 40. 22: haec ... *coniunxi*, ne divisa haud perinde ad memoriam sui *valerent.*

S. Ep. 94. 29: quaedam diversis locis iacent sparsa ... itaque in unum conferenda sunt et *iungenda,* ut plus *valeant.*

T. Ann. XII 44. 12: *vergentibus iam annis* suis. Ann. XIII 19. 9: *vergentem annis* dictitans. Ann. IV 41. 8: *vergente iam* senecta.

S. de clem. I 11. 1: Augustus senex aut *iam* in senectutem *annis vergentibus.*

T. Ann. XII 45. 10: nihil tam *ignarum barbaris* quam *machinamenta* et astus oppugnationum: at nobis ea pars militiae maxime gnara est.

S. de vita beata XXVI 3: sicut *barbari* plerumque inclusi, ut *ignari machinarum,* segnes laborem obsidentium spectant.

T. Ann. XII 65. 7: ita de se meritum Caesarem, ut *vitam* usui eius *inpenderet.*

S. de tranq. an. VII 1: Hominum utique dilectus habendus est: an digni sint, quibus partem *vitae* nostrae *inpendamus.* de ira I 5. 2: hic (sc. homo) aliorum commodis vel *inpendere se* paratus est.

T. Ann. XIII 17. 14: subtrahere oculis *acerba funera.*

S. de prov. V 9: „Quare tamen deus tam iniquus ... fuit, ut bonis viris paupertatem ... et *acerba funera* adscriberet?“ de ira III 25. 1: qui vidit *acerba funera* etiam ex regia duci. ad Marc. de consol. IV 2: in illo *acerbo* et defleto gentibus *funere.* ib. IX 2: tot *acerba funera.* ib. XVIII 9: nullum non *acerbum funus* est, quod parens sequitur. ad Polyb. de consol. XVII 4: *acerbissimi funeris* elevabat mala. Ep. 99. 18: nuntius *acerbi funeris.* Ep. 122. 10: quantulum enim a *funere* absunt et quidem *acerbo.* conf. ad Marc. de consol. XVI 4. de rem. fort. XIII 2.

T. Ann. XIII 32. 10. S. ad Marc. de consol. I 5: *continua tristit*

T. Ann. XIII 34. 8: quamvis per luxum avitas *opes diss passent.*

S. de brev. vit. I 4: amplae et regiae *opes,* ubi ad malum dominum pervenerunt, momento *dissipantur.*

T. Ann. XIII 47. 1: Hactenus Nero flagitiis et sceleribu *velamenta quaesivit.*

S. de vita beata XII 4: *quaerentes* libidinibus suis patrocinium aliquod ac *velamentum.* de ira II 13. 1: Non est quod patrc cinium nobis *quaeramus* et excusatam licentiam, ... cui enim tandem vitio advocatus defuit? de benef. VII 30. 2: ut ... pa trocinium sibi nostra infamia *quaerat.* Ep. 21. 9: qui *velamentu* ipsos vitiorum suorum habituros existimant. conf. S. Ep. 116. et S. apud Lactant. instit. III 15. 11—14. (Seneca III p. 42 18 Haase).

T. Ann. XIII 57. 6: salem provenire, non ut alias apud gent eluvie maris arescente unda, sed super ardentem arborum strue fusa ex *contrariis inter se elementis, igne atque aquis,* concretum

S. nat. quaest. VII 27. 4: Non vides, quam *contraria int se elementa* sint? gravia et levia sunt, frigida et calida, humi et sicca. de otio V 6: „illud ... scrutor, ... utrum *contraria int se elementa* sint, an non pugnent sed per diversa conspirent.“ n quaest. II 26. 2 sq.: quidam negaverunt in *ignem* quicquam pos mutari, priusquam mutatum esset in *aquam.* potest ergo nub salva, quam continet, *aqua ignem* parte aliqua sui reddere, saepe alia pars ligni ardet, alia sudat. nec hoc dico, non *co traria inter se* ista esse et alterum altero perimi, sed ubi vale tior ignis quam humor est, vincit.

T. Ann. XIV 9. 6: viam Miseni propter et *villam* Caesa dictatoris, quae *subiectos* sinus *editissima* prospectat.

S. Ep. 51. 11: C. Marius et Cn. Pompeius et Caesar e struxerunt quidem *villas* in regione Baiana, sed illas inposuer summis iugis montium. videbatur hoc magis militare, ex *ed* speculari late longeque *subiecta.*

T. Ann. XIV 11. 10: quod fortuitum fuisse, quis adeo *he* inveniretur *ut crederet?*

S. nat. quaest. II 42. 2: non existimo tam *hebetes* fuisse, *crederent.*

T. Ann. XIV 30. 4: *sublatis* ad *caelum manibus.*

S. de benef. IV 4. 2: *sublatis* in *caelum manibus.* nat. quaest. III praef. 14: puras *ad caelum manus extollere.*

T. Ann. XIV 37. 12: *vitam veneno finivit.*

S. ad Helv. de consol. X 9: *veneno vitam finivit.*

T. Ann. XIV 38. 16: adversa pravitati ipsius, prospera *ad fortunam referebat.*

S. Ep. 81. 25: Non vertit omnia in peius (sc. sapiens) nec quaerit, cui inputet casum, et peccata hominum *ad fortunam* potius *refert.*

T. Ann. XIV 60. 14: cui minor sapientia et ex *mediocritate fortunae* pauciora pericula sunt.

S. Ep. 105. 4: illud, ne timearis, praestabit tibi et *fortunae mediocritas* et ingenii lenitas.

T. Ann. XV 3. 10: *congestu harenae.*

S. de const. sap. XII 2: *harenae congestu.* Lucret. I 6: congestus arenae.

T. Ann. XV 21. 11: *invictus adversum* gratiam *animus.*

S. ad Helv. de consol. V 5: *adversus* utrumque statum *invictum animum* tenet exploratae iam firmitatis. nat. quaest. IV praef. 18: Adice nunc *invictum* muneribus *animum.* Sall. Iug. 43. 5: advorsum divitias invictum animum gerebat. Curt. X 1. 42: invictus quondam adversus libidinem animi.

T. Ann. XV 38. 9: impetu *pervagatum incendium.*

S. nat. quaest. II 14. 2: late *incendio pervagante.*

T. Ann. XV 45. 3: *in*que eam *praedam* etiam di *cessere.*

S. de const. sap. VI 1: patrimonium eius *in praedam cesserat.*

T. Ann. XV 46. 8: *quamvis saeviente pelago.*

S. Ep. 90. 7: *quamvis* acerrime *pelago saeviente.*

T. Ann. XV 48. 6: per virtutem aut species *virtutibus similes.*

S. Ep. 90. 46: omnibus his *virtutibus* habebat *similia* quaedam rudis vita.

T. Ann. XV 57. 11: clariore exemplo libertina mulier in tanta necessitate alienos ac prope *ignotos* protegendo, cum ingenui et viri et equites Romani senatoresque intacti tormentis *ca-*

*rissima* suorum quisque pignorum proderent. Ann. IV 64. 7: sine ambitione aut proximorum precibus *ignotos etiam* et ultro accitos munificentia iuverat.

S. de ira I 5. 2: homo in adiutorium mutuum genitus est, ira in exitium; hic congregari vult, illa discedere, hic prodesse, illa nocere, hic *etiam ignotis* succurrere, illa etiam *carissimos* petere.

T. Ann. XVI 13. 15: *aetate aut valetudine fessi.*

S. de ira III 9. 4: *valetudine aut aetate fessi.*

T. Ann. XVI 17. 17: quae tum promptissima *mortis via.*

S. Ep. 117. 23: omnia ista tam causae vivendi sunt quam *viae mortis.*

T. Ann. XVI 28. 5: Paconium Agrippinum, *paterni* in principes *odii heredem.*

S. de ira II 34. 3: nihil est iniquius quam aliquem *heredem paterni odii* fieri. — Eo inter se differunt hi loci, quod in Annaeano *odium* passivum habet sensum. conf. Corn. Nep. Hann. 1. 3: Hic autem (sc. Hannibal) velut hereditate relictum odium paternum erga Romanos sic conservavit, ut prius animam quam id deposuerit.

Iam ea, quae tota quaestione effecta sunt, breviter comprehendamus. Taciti ingenium, quale ex operibus ad nostram usque memoriam servatis intellegitur, tribus officiis continetur, oratoris, historici, philosophi. Quamquam proprium ac praecipuum munus profitetur historici, tamen illorum temporum more studiis, quae ad eloquentiam et ad philosophiam pertinent, non abstinuit: illorum habemus illustre documentum dialogum de oratoribus, horum eam philosophiae doctrinam, quae in historicis libris deprehenditur. Historicorum, quos imitaretur, Tacitus sibi elegit Sallustium et Livium, admixtis quibusdam flosculis e Vergilii carminibus, oratorum Ciceronem, philosophorum Senecam. Senecae autem imitatio ideo plurimum valet, quia Tacitus non tam merae dictionis quam philosophiae Annaeanae formam ita in usum suum convertit, ut non solum sensum, verum etiam stilum horum philosophiae praeceptorum imitando exprimeret: ubicumque igitur philosophatur Tacitus, ibi Senecam expressisse putandus est. Attamen meram Senecae dictionem non adeo aspernatus est, ut non multa, quae imitatione digna agnovisset, sibi imitanda eligeret. Si vestigia Senecae et philosophiae et

stili per singula Taciti opera sparsa comprehendimus, efficitur hoc: In dialogo, in quo studia oratoria posteritati Tacitus reliquit, ut se oratorem exhibeat, Ciceronem, eloquentiae principem, sequitur, ita tamen, ut levia vestigia eius dictionis, quae tum dominabatur, id est Annaeanae, deprehendantur. Deinde ad aliam conversus materiam ideoque ad aliam stili formam sese applicans prima historiae conscribendae artis exempla composuit libellos duos parvi ambitus, Agricolam et Germaniam, in quibus quantum Seneca ad Taciti ingenium habuerit momentum, aperte elucet. Nam in eis, quae Germanorum moribus ita attribuit Tacitus laudibusque extulit, ut ea imitatione digna Romanis commendaret, non pauca sunt, quae, etiamsi apud illos aliquamdiu versatus esset, cognita habere non potuit, ut illis locis Annaeana philosophia magis exornasse fictam Germanorum speciem quam comperta tradidisse videatur. Plurimum autem Senecae philosophia a Tacito usurpata est in componendo libello, qui Agricola inscribitur. Melius enim, si Senecae verbis uti licet, Tacitus socerum Agricolam defunctum duraturo semper ingenio se consecraturum esse ratus, quam si irrito dolore lugeret, memoriam eius scriptorum monumento produxit. Imaginem autem huius viri quasi speciem honesti et sapientis Romani ita effinxit, ut Senecae philosophia uteretur. Clara vero documenta eius artis, qua Tacitus philosophiam Senecae ad historiam conscribendam adhibuit, Historiarum quoque libri ferunt, quibus ea, quae ipse viderat, tempora descripsit. Denique in Annalium libris Taciti ingenium, quamquam a Senecae philosophia et stilo minime exsolutum, fastigium et quasi culmen assequitur.

# Appendix.

## Observationes de quibusdam locis Annaeanis criticae.

I. S. ad Marc. de consol. II 4: secundam orbitatem iudicans lacrimas *amittere*.

Koch et Gertz scribunt: *lacrimas amittere* cum editionibus antiquissimis; *lacrimas mittere* codex A, sed ante *m* supra versum una littera erasa, quae *a* fuisse potest. Contra Fickert et Haase suo iure ediderunt: *lacrimas mittere,* quod usui sermonis Annaeani non minus respondet quam *lacrimas emittere.* conf. Ep. 76. 20: inventus est, ... qui in funere liberorum *lacrimam* non *mitteret;* ubi codices omnes exhibent: *mitteret* praeter unum Guelferb. s. XV, in quo *emitteret* est, quod invenitur etiam de ira II 33. 4.

II. S. ad Marc. de consol. XXII 3: Itaque, si felicissimum est non nasci, proximum est, puto, *brevitate* defunctos cito in integrum restitui.

codd. A et F habent: *brevitate;* vg. *brevitate vitae.* Haase et Gertz scribunt: *brevi aetate.* Emendandum est: *brevi vita defunctos,* quod Gertz quoque commendavit nec tamen in textum recepit. conf. Ep. 99. 10: melius agi cum eo, qui *vita defungitur.* Ep. 120. 14: scit in hoc natum hominem, ut *vita defungeretur.*

III. S. ad Helv. de consol. XVI 2: a te plus exigit vita ab initio *fortior;* non potest muliebris excusatio contingere ei, a qua omnia muliebria vitia afuerunt.

Pro hac codicum editionumque lectione substituendum esse suspicor: ab initio *fortiore;* nam sententia haec est: a te plus exigit vita, quia ab initio fortior fuisti.

IV. S. de benef. II 6. 1: in telis eadem ferri vis est, sed infinitum interest, utrum *excusso* lacerto torqueantur an remissa manu effluant.

Contra codices et editiones, in quibus omnibus est: *excusso lacerto torqueantur*, corrigendum esse: *excussa lacerto torqueantur* iam Haase (Seneca III praef. p. XXV) perspexit. Opponuntur enim inter se *excussa lacerto* et *remissa* tela. — Conf. S. Ep. 108. 10 (quem locum iam Haase commemoravit): Eadem neglegentius audiuntur minusque percutiunt, quamdiu soluta oratione dicuntur: ubi accessere numeri et egregium sensum adstrinxere certi pedes, eadem illa sententia velut *lacerto excussa torquetur*. de prov. IV 13: ad *excutienda tela* militares *lacerti* valent. T. Hist. III 23. 4: ut *tela* vacuo atque aperto *excuterentur*. Ann. II 20. 10: *excutere tela*.

V. S. de benef. V 12. 3: prodesse autem nemo homini malo potest, ut dicitis *Stoici*.

Extremum vocabulum, quamquam tolerari vel excusari potest, siquidem Stoicorum mentio antea facta est nulla, tamen subditicium videtur; atque statim infra (4) dicit S: *ut dicitis*, non: *ut dicitis Stoici*; item de benef. V 15. 1 (secundum Gertzium, qui Mureti coniecturam in suum usum convertit; contra Haase cum codice Nazariano N edidit: *ut dicimus*); Ep. 92. 23; 113. 16. conf. etiam S. Ep. 14. 14: ad hos te [*Stoicos*] voco (secundum Haasium).

VI. S. nat. quaest. I prolog. 2: altera (sc. philosophiae pars) errores nostros discutit et lumen admovet, quo discernantur ambigua vitae: altera multo supra hanc, in qua volutamur, caliginem *excedit* et e tenebris ereptos perducit illo, unde lucet.

Pro *excedit* conicio scribendum esse: *escendit*, quamquam quod *excedere* apud Senecam cum casu accusativo, non cum praepositione *supra* coniungitur, id nescio an casui tribuendum sit. conf. S. de prov. V 10: Vide, quam alte *escendere* debeat virtus; ubi codex A exhibet: *excendere* (aut *extendere*), *escendere* Bongarsius ex uno D restituit. conf. ib. 11: placet, inquit, via: *escendo*; ubi cod. A[1] exhibet: *uia. ex||scendo* (aut *d'||scendo*); A[3] *via excendo*; Bongarsius: *via, escendo*. Conf. T. Agric. 42. 20: obsequiumque ac modestiam, si industria ac vigor adsint, eo laudis *escendere;* ubi quod traditum est *excedere*, id primus Lipsius emendavit.

VII. S. nat. quaest. II 54. 2: In ipso quoque aëre quicquid extenuatur, simul et siccatur et calefit. hoc quoque si inclusum est, aeque fugam quaerit et cum sono evadit ac modo *universam*

eruptionem facit eoque vehementius intonat, modo per partes et minutatim.

Eis, quae sequuntur, verbis: *per partes et minutatim* haec emendatio postulatur: *universum eruptionem facit.* conf. nat. quaest. I 12. 1: tunc solemus notare, quemadmodum luna soli se opponat et illum tanto maiorem subiecto corpore abscondat, modo *ex parte,* si ita contigit ut latus incurreret, modo *totum.*

VIII. S. nat. quaest. III praef. 9: *inveniri* non potest numerus, quam multa ab aliis fracta sint.

Codicum lectionem: *inveniri non potest numerus* receperunt Fickert et Haase; probabilius editores veteres, Muretus, Lipsius scribunt: *iniri non potest numerus.* conf. S. lud. XI 5: et ceteros, quorum *numerus iniri non potuit.* de benef. V 9. 3: *inire* beneficiorum suorum *non potest numerum.* T. Ann. II 83. 10: statuarum locorumve in quis coleretur haud facile quis *numerum inierit.* ib. XV 41. 1: Domuum et insularum et templorum, quae amissa sunt, *numerum inire* haud promptum fuerit.

IX. S. nat. quaest. III 1. 3: quaedam (sc. aquae) enim oculos, quaedam nervos iuvant, quaedam *veterata* et a medicis desperata vitia percurant.

Sicuti codicum pars (eaque melior, scilicet codex E et Parisini) *veterata* praebet, pars *inveterata,* ita inter editores Fickert et Haase scribunt: *veterata,* Lipsius rectius *inveterata,* nam *in* certe littera *m,* quae praecedit, absumptum est (item G. Mueller: de L. Annaei Senecae quaest. nat. Bonnae 1886, p. 30); conf. S. Ep. 85. 10: *vitia* mentis humanae *inveterata* et dura, quae morbos vocamus. Ep. 75. 11: morbi sunt *inveterata vitia* et dura. Ep. 63. 13: *inveteratus* (sc. dolor). Ep. 95. 34: mala *inveterata.*

X. S. nat. quaest. V 18. 16: Egregie Plato dicit, qui nobis circa exitum iam testium loco *dandus est.*

Falso Haase (Seneca III praef. p. XXVI) suspicatus est hunc locum sic redintegrandum esse: *testium loco laudandus est.* conf. S. Ep. 6. 3: Multos tibi *dabo,* qui etc. Ep. 37. 5: Neminem mihi *dabis,* qui etc. Ep. 47. 17: *dabo* consularem aniculae servientem, *dabo* ancillulae divitem, ostendam nobilissimos iuvenes mancipia pantomimorum. Ep. 63. 13: quam tamen mihi ex illis muliérculis *dabis* ...? Ep. 66. 47: *Dabo* apud Epicurum tibi etiamnunc simillimam huic nostrae divisionem. Ep. 71. 25: *Da* mihi adulescentem incorruptum. Ep. 82. 20: *do* tibi Fabios. Ep.

114. 12: *da* mihi, quemcumque vis, magni nominis virum. . . , multos tibi *dabo . . . dabo,* inquam etc.

XI. S. Ep. 17. 7: Perpessi sunt exercitus inopiam omnium rerum, vixerunt herbarum radicibus et dictu foedius tulerunt famem. haec omnia passi sunt pro regno (*quo magis mireris*) alieno.

Adrasteia nebst Eide als Schicksalsgottheiten glaubte O. Kern Jahrbuch d. arch. Instit. III S. 235 zu erkennen in den sogenannten Pharmakeutriai auf dem Kypseloskasten, welche Paus. V 18, 2 beschrieben sind: *Δύο δὲ ἄλλας γυναῖκας ἐς ὄλμους καθικνουμένας ὑπέροις, φάρμακα εἰδέναι σφᾶς νομίζουσιν, ἐπεὶ ἄλλως γε οὐδὲν ἐς αὐτάς ἐστιν ἐπίγραμμα.* Kern erinnert an Hermias zu Plato Phaedr. S. 148 (vgl. oben S. 74), wonach Adrasteia mit *χάλκεα ῥόπτρα* und *τύμπανα ἠχήεντα* ausgerüstet ist und erklärt die ersteren als eherne Keulen, die letzteren als Handpauken. Diese Gegenstände schwingen nach seiner Ansicht Adrasteia und Eide, Adrasteia zum Unheil, Eide zum Heil der Menschheit, mit ihnen bereiten und zerstören diese Göttinnen das Menschengeschick. Diese Ansicht hat Roscher im Philologus Neue Folge I S. 703 ff. als unhaltbar erwiesen. Denn erstens könnten die *χάλκεα ῥόπτρα* der Adrasteia unmöglich eherne Keulen oder Schlegel sein, weil sie Hermias ausdrücklich als musikalische Instrumente erkläre; zweitens sei es unwahrscheinlich, dass Adrasteia mit Mörserkeulen das verhältnismässig leichte und schwache Tympanon schlage; drittens liessen sich in den Darstellungen des Kypseloskastens wohl einzelne hesiodeische Einflüsse und Nachklänge nachweisen, nicht aber solche, welche dem Bereich der orphischen Poesie entstammten; endlich sei nach der orphischen Lehre nur Adrasteia, nicht auch Eide mit den genannten Instrumenten versehen. Hinzuzufügen ist, dass auch die Ansicht, Adrasteia

[1]) Nicht zutreffend ist Wieselers Ansicht, an eine Nymphe sei schon deshalb nicht zu denken, weil die bekannte Nähr- und Pflegenymphe, Amaltheia, bereits durch die Ziege vertreten ist. Nach Kallimachos nährt Amaltheia als Ziege den kleinen Zeus, während Adrasteia und Ide seine Wärterinnen sind.

sei in der Zeit, in der die Kypseloslade entstand, eine der Menschheit feindliche Göttin gewesen, sich nicht erweisen lässt. Dass Adrasteia im Gegenteil im allgemeinen als eine den Menschen wohlwollende Gottheit galt, glaube ich oben nachgewiesen zu haben. Roscher deutet die Pharmakeutrien a. a. O. mit mehr Wahrscheinlichkeit als die delphischen Moiren.

---

# Nachträge.

Zu S. 18, Anm. 1. Zu den Vasen, den Fund des Eies der Leda darstellend, ist neuerdings hinzugekommen die rotfigurige Schale freien Stils von Xenotimos in der Sammlung Branteghem, welche eine etwas abweichende Fassung der Sage voraussetzt. Vgl. Burlington Club, Catalogue of Greek ceramic art Taf. 10. In der Mitte des Bildes steht ein Altar, auf welchem sich rechts ein Adler, links ein Ei befindet. Die schräge Lage des letzteren beweist, dass es sich noch nicht in Ruhe befindet, sondern eben erst vom Adler auf den Altar gelegt worden ist. Rechts vom Altar steht der Inschrift nach *ΛΕΔΑ* in dorischem Chiton, mit der Geberde des Erstaunens von dem Ei zurücktretend, auf welches ihr Blick geheftet ist. Links befindet sich *ΤΕΥΔΑΡΕΩΣ* in der L. ein Scepter haltend, während die R. herabhängt. Auch in seiner Körperhaltung und Mienenspiel ist Erstaunen zu lesen. Hinter Tyndareos steht *ΚΛΥΤΑΙΜΕΣΤΡΑ* in ionischem Chiton. Ihre Körperhaltung ist ruhig. Der r. Arm ist im Ellbogen erhoben, das Haupt mit einem Stephanos geschmückt.

Zu S. 65. Herr Imhoof-Blumer hat mir noch nachträglich auf meine Bitte mit bekannter Freundlichkeit einen Abdruck der unter Caracalla geprägten Münze von Smyrna, Asklepios mit den beiden Nemeseis auf der ausgestreckten R. darstellend, übersandt. Hierdurch hat sich Mionnets Beschreibung (VI 1798) als richtig erwiesen. Asklepios ist durch den Schlangenstab, auf den er sich stützt, deutlich gekennzeichnet. Beide Nemeseis lüpfen mit ihren R. das Gewand; die rechts stehende hält in ihrer L. die Elle, die andere den nicht mehr deutlich erkenn-

aren Zaum. Die Unhaltbarkeit der Hypothese, dass sich die emeseis an Kybele anlehnen, beweist eine andere Münze des eptimius Severus von Smyrna. Die Vorderseite zeigt nach errn Imhoof-Blumers Angabe das Brustbild des Kaisers r., it der Aufschrift *ΑΥ. Κ. Λ. ΣΕΠ. ΣΕΟΥΗΡΟΣΠ.* Rs. *ΠΙ. ΣΤΡ. Κ. ΑΡΙΣΤΟ ΦΑΝ. ΣΜΥΡΝ ΑΙΩΝ.* Eine sitzende mazone mit entblösster r. Brust und einer Streitaxt in der L. ilt auf der ausgestreckten R. die beiden Nemeseis. Die Attriite sind dieselben, wie auf der vorhergenannten Münze, nur findet sich zu Füssen der rechts stehenden Nemesis noch das ad. Das Exemplar der Münze zeichnet sich durch vorzügliche chärfe aus.

Zu S. 92 ff. Über die Nemesis des Agorakritos s. jetzt ch Studniczka Kyrene, Leipzig 1890 S. 150 f., dessen Aushrungen ich mich übrigens nicht anschliessen kann.

Zu S. 97 f. Über Epochos s. O. Rossbach Griechische Anten des archäologischen Museums zu Breslau, Breslau 1889 17 Anm. 1.

Zu S. 105 bezw. S. 159. Eine interessante Verschmelzung r Nemesis mit Victoria findet sich auf einer unter M. Aures geprägten Münze von Stoboi in Makedonien. Vgl. (v. Sal-) Beschreib. d. antik. Münzen II Taf. VI n. 52 S. 127 n. 3. . Kopf des M. Aurelius mit Kranz. Rs. STOBENSI VMGS. mesis-Victoria l. schreitend, hält in der gesenkten R. die le und einen Kranz; doch es ist nicht mit Sicherheit zu bemmen, ob letzterer nicht im Felde liegt, ohne gehalten zu rden. Im l. Arm hält sie einen Palmenzweig, zu ihren Füen liegt das Rad. v. Sallet macht mit Recht darauf aufmerkn, dass es eine Denkmünze auf den Sieg M. Aurels über die rmanen ist, und dass gerade Stoboi deshalb dieses Bild auf nen Münzen führte, weil es in nächster Nähe des Kriegsauplatzes lag.

# Register.

# Druckfehler.

S. 9 Z. 11 v. o. lies Momos statt Themis.
S. 33 Z. 4 v. u. lies *καί μιν* statt *καὶ μιν*.
S. 52 Z. 9 v. u. lies *Ἐπιδρομή* statt *Ἐπιδομή*.
S. 65 Z. 14 v. u. lies 1798 statt 1778.
S. 126 Z. 2 v. u. lies Taf. statt Ta.
S. 146 Z. 5 v. o. ist „S. 431“ zu streichen.

# Erklärung der Tafel.

1) Nemesis und Athena. Münze v. Smyrna. Siehe S. 136.
2) Die beiden Nemeseis auf dem Greifenwagen. Münze v. Smyrna. Siehe S. 136.
3) Die beiden Nemeseis neben Alexander d. Gr. Münze v. Smyrna. Siehe S. 135.
4) Asklepios zwischen den Nemeseis. Münze v. Smyrna. Siehe S. 138.
5) Nemesis-Aequitas. Münze v. Perinthos. Siehe S. 159.
6) Nemesis. Münze v. Nikopolis-Seleukis. Siehe S. 151.
7) Die beiden Nemeseis. Münze v. Smyrna. Siehe S. 138.
8) Die beiden Nemeseis. Münze v. Smyrna. Siehe S. 138.
9) Nemesis. Münze v. Samos. Siehe S. 141.
10) Nemesis. Münze v. Prostanna. Siehe S. 151.
11) Nemesis. Münze v. Laodikeia. Siehe S. 147.

12) Nemesis. Münze v. Amblada. Siehe S. 151.
13) Die beiden Nemeseis. Münze v. Temnos. Siehe S. 142.
14) Nemesis. Münze v. Smyrna. Siehe S. 133.
15) Nemesis-Aequitas. Münze v. Markianopolis. Siehe S. 153.
16) Sitzende Frau mit dem Nemesisgest. Münze v. Chios-Erythrai. Siehe S. 142.
17) Nemesis. Münze v. Smyrna. Siehe S. 133.
18) Pax mit dem Nemesisgest. Golddenar des Vibius Varus. Siehe S. 105. Anm. 1.
19) Dass. Unter Claudius geprägt. Siehe S. 105. Anm. 1.
20) Nemesis. Münze v. Tripolis-Phrygien. Siehe S. 149.
21) Nemesis. Münze v. Smyrna. Siehe S. 133.
22) Nemesis. Münze v. Smyrna. Siehe S. 133.

23) Nemesis. Berliner Sardonyx. Siehe S. 161.
24) Nemesis. Wiener Jaspis. Siehe S. 161.
25) Pax mit dem Nemesisgest. Berliner Karneol. Siehe S. 172.
26) Psyche mit Eros spielend. Berliner Sardonyx. Siehe S. 168.
27) Nemesis. Sardonyx des British Museum. Siehe S. 162.
28) Nemesis. Berliner Sarder. Siehe S. 161.
29) Psyche. Berliner Achatonyx. Siehe S. 168.
30) Psyche. Wiener Sardonyx. Siehe S. 168.

31) Nemesis-Psyche. Berliner Smaragd-Plasma. Siehe S. 167.
32) Nemesis. Berliner Karneol. Siehe S. 161.
33) Nemesis-Fortuna. Berliner Smaragd-Plasma. Siehe S. 166.
34) Nemesis. Berliner Paste. Siehe S. 161.
35) Die beiden Nemeseis. Darüber Fortuna und Nike. Berliner Karneol. Siehe S. 165.
36) Nemesis und Nike. Berliner Karneol. Siehe S. 161.
37) Nemesis und ein Portraitkopf. Wiener Karneol. Siehe S. 162.
38) Die beiden Nemeseis. Wiener Jaspis. Siehe S. 165.
39) Nemesis-Hygieia. Vor ihr weibl. Figur mit Schwert und Rad. Berliner Jaspis. Siehe S. 167.
40) Nemesis-Hygieia auf dem Schlangenwagen. Jaspis des British Museum. Siehe S. 166.
41) Fortuna und Nike. Wiener Karneol. Siehe S. 171.
42) Psyche. Berliner Paste. Siehe S. 168.
43) Nemesis und eine davoneilende Figur mit dem Nemesisgest. Wiener Onyx. Siehe S. 163.
44) Pantheistische Artemis. Berliner Paste. Siehe S. 171.

Buchdruckerei Maretzke & Märtin, Trebnitz in Schles.

# BRESLAUER
# PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.

## FÜNFTER BAND.

### DRITTES HEFT.

---

## DE VETERUM ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΜΑΤΟΣ DOCTRINA

SCRIPSIT

MAXIMILIANUS CONSBRUCH
DR. PHIL.

ACCEDUNT COMMENTARII QUI CIRCUMFERUNTUR ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΜΑΤΟΣ HEPHAESTIONEI CUM SCHOLIIS EDITI.

BRESLAU.
VERLAG VON WILHELM KOEBNER.
1890.

# DE VETERUM
# ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΜΑΤΟΣ
# DOCTRINA

SCRIPSIT

MAXIMILIANUS CONSBRUCH

DR. PHIL.

ACCEDUNT COMMENTARII QUI CIRCUMFERUNTUR ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΜΑΤΟΣ HEPHAESTIONEI CUM SCHOLIIS EDITI.

VRATISLAVIAE
APUD GUILELMUM KOEBNER
1890.

MEMORIAE

GUILELMI STUDEMUND

S.

# Praefatio.

Commentatio quam nunc in lucem emitto originem duxit a quaestione ab ordine philosophorum Vratislaviensium ante hoc fere biennium in certamine proposita. Atque contigit mihi ut disputatio a me conscripta a. d. XI Kal. Apr. a. 1889 praemio ornaretur. Simul Guilelmus Studemund, vir mea laude maior, quem his litteris acerbissimo fato nuper ereptum lugemus, ultro benignissime concessit, ut ad novam commentariorum Hephaestioneorum scholiorumque editionem parandam eo quem collegerat apparatu critico uterer. Itaque quod in commentariorum editione scriptoris verba ad optimi codicis fidem recensere licuit atque etiam ad scholia emendanda nova subsidia accesserunt, hoc Guilelmo Studemund debetur. In ipsa commentatione primum id operam dedi, ut earum quae extant doctrinae περὶ ποιήματος enarrationum et verba constituerem et sententiam explicarem, tum ut quonam cognationis vinculo enarrationes illae coniunctae sint quibusque ab auctoribus repetendae enuclearem, denique ut demonstrarem, unde singulae doctrinae partes originem duxerint quibusque viis ac rationibus in unum coaluerint. Quo cognito longe aliter de universa hac doctrina iudicandum esse atque adhuc homines docti velut Westphalius Christius alii soliti sunt, facile cuivis apparebit: quamquam longius hanc rem persequi a proposito nostro abhorrebat.

# Cap. I. De Hephaestioneis qui circumferuntur περὶ ποίηματος commentariis.

## § 1.

### De libris manuscriptis quibus commentarii traditi sunt.

Emendationi enchiridii Hephaestionei scholiorumque ei appictorum fundamentum substruxit primus Thomas Gaisfordius enchiridii editionibus ab ipso curatis, quarum novissima Oxonii a. 1855 prodiit.[1]) Cuius subsidia critica quamquam non auxit Westphalius in editione, quam a. 1866 publici iuris fecit,[2]) nonnulla tamen de cognationis vinculis inter codices intercedentibus subtiliter observavit locisque haud paucis coniciendo rectam attulit medelam. Post eum sagacissime de permultis locis disseruit Iulius Caesar in duobus „emendationum Hephaestionearum“ libellis Marburgi a. 1869 editis. Sed his demum annis Guilelmus Hoerschelmann Galliae Brittanniaeque codicibus perlustratis in Mus. Rhen. XXXVI p. 260—301 pluribus nos docuit, quantum absit, ut Gaisfordii editione genuina enchiridii aut scholiorum forma repraesentetur. Idem a. 1882 scholia Hephaestionea altera quae dicuntur (nobis scholia β) primum integra edidit.[3])

---

[1]) De editionibus Florentina (a. 1526) et Turnebiana (Paris. 1553) infra dicam. Ioannes Cornelius de Pauw, qui anno 1726 Traiecti ad Rhenum enchiridium denuo edidit, in contextu verborum, ut ipsius verbis utar, editionem Turnebianam κατὰ πόδα secutus est, sed in animadversionibus quas addidit etsi multa perversissima, nonnulla tamen haud inutilia suppeditavit.

[2]) Scriptores metrici graeci ed. R. Westphal vol. I, Lips. 1866.

[3]) Scholia Hephaest. altera ed. Guil. Hoerschelmann, Dorpati 1882.

*H* cod. *H* = Harleianus 5618 musei Britannici; cf. Hoerschelmann MRh p. 278.

*N* cod. *N* = Norfolciensis bibl. reg. soc. Londin.

*Fl* *Fl.* = editio princeps quae Florentiae a. 1526 per heredes Philippi Juntae publici iuris facta est.

Quaeritur quae inter has classes singulosque codices ratio intercedat; quam quaestionem omni ex parte nondum possum absolvere. Unius enim codicis A accurata collatione uti mihi licet, quippe cuius codicis lectiones ab ipso excussas Studemundus benignissime mecum communicaverit. Ceterum si recesseris ab editione Turnebiana, quam Berolino hanc in urbem missam inspexi, in ipsius enchiridii verbis solo Gaisfordii apparatu nitor. Ac primum quidem pro fundamento recensionis sumpsit Gaisfordius classem Y, quam omnium esse deterrimam et Westphalius et Hoerschelmannus perspexerunt et ex eis quae infra allaturus sum etiam dilucidius apparebit. Tum collationes, quae illi praesto erant, non fuisse ea qua opus est diligentia descriptas et quivis facile intellegit et ex parte Hoerschelmannus ipsis codicibus inspectis affirmavit. Neque usus est Gaisfordius iis codicibus via ac ratione per totum enchiridium, sed passim hunc illum ita usurpavit, ut multis locis de nonnullorum codicum memoria prorsus incerti derelinquamur nihilque unquam de aliquo codice inde colligere liceat, quod Gaisfordius illius discrepantiam nullam adnotavit. Haec cum sit editionis Gaisfordianae condicio cumque spes sit fore ut Hoerschelmannus propediem accurate et plene nos de omnibus enchiridii codicibus edoceat, ea tantum de codicibus moneo quae necessaria sunt ad illas rationes defendendas, quas infra in commentariis edendis secutus sum.

Codices ad unum omnes originem duxerunt ex archetypo quodam hodie deperdito, qui ipse non solum iam multis locis verba gravissime corrupta praebebat, verum et lacunis laborabat et Byzantinorum additamentis inquinatus erat, id quod grammaticorum vel metricorum libri, dum frequenti usu in scholis inferioris aetatis tractantur, tantum non omnes passi sunt. Velut lacuna hiat et pag. V 17 de quo loco infra pluribus disputabitur, et p. 20, 2 G. (11, 2 W.),

ubi unum synizeseos genus una cum exemplo deperiisse sagacissime docuit Lud. Voltz De Helia Monacho, Isaaco Monacho, Ps.-Dracone (Argentor. 1886) p. 16.[1]) Contra Byzantini glossematis ratione conformata sunt p. 30, 4 sqq. G. (17, 5 sqq. W.) verba τοῦτ' ἔστι πρώτην, τρίτην, πέμπτην et τοῦτ' ἔστι δευτέραν, τετάρτην, ἕκτην[2]) quae cum non de certa quadam metri iambici magnitudine (μεγέθει), sed de universo genere agatur, parum apta videntur neque non respuuntur ceterorum metrorum descriptionibus comparatis. Carent his additamentis Choerobosci codices *KS*; vide Choerob. p. 68, 8 sqq.; in codice *U*, quem inspecto ipso Hephaestionis enchiridio scriptum esse suspicatus est Hoerschelmannus (An. var. I p. 95), priore loco leguntur verba τουτέστι πρώτην τρίτην καὶ πέμπτην, posteriore τουτέστι δευτέραν, quibus Hoerschelmannus addidit ⟨τετάρτην, ἕκτην⟩; sed p. 68, 18 in eodem sunt κατὰ δὲ τὰς ἀρτίους τουτέστι κατὰ δεύτερον καὶ τέταρτον. Ioannes Siceliota in rhet. gr. VI 164, 12 sqq. (Walz) Hephaestionis verba sic reddit: τὸ μὲν ἰαμβικὸν συνίσταται κατὰ μὲν τὰς περιττὰς χώρας, τουτέστι πρώτην, τρίτην καὶ πέμπτην, ἐκ σπονδείου, ἰάμβου, ἀναπαίστου, χορείου, ὅς ἐστι τρίβραχυς· κατὰ δὲ τὰς ἀρτίους, δευτέραν καὶ τετάρτην, ἰάμβου, ἀναπαίστου, χορείου. Quoniam ab ea, quae statim subicitur, metri trochaici descriptione aeque ex Hephaestionis enchiridio hausta, similes τῶν περιττῶν et ἀρτίων χωρῶν explanationes absunt, eas in metro iambico ab Ioanne Siceliota vel eo quem exscripsit additas esse negandum est. Immo videtur iam Ioannes Siceliota glossema illud apud Hephaestionem scriptum invenisse, sed quoniam quae de sexta sede praescribebantur nimis inepta videbantur, suo ipsius arbitrio ductus, id quod non raro fecit, correxisse.

Fidelissime communis archetypi imaginem expressit archetypi classis *X* librarius, qui sive propter inscitiam sive

---

[1]) Quam accurate archetypi imaginem expresserit cod. *A* inde perspicias, quod verba p. 20, 1 G. μακρὰν — μίαν 20, 3 G. in contextu omissa in margine addita sunt. Quod quomodo cum Choerobosci memoria p. 55, 7 sqq., de qua vide Voltzium l. c., reconciliandum sit apparet.

[2]) cf. schol. Heph. α in Studemundi An. var. I p. 137 ad p. 39, 13 et p. 40, 1, et ibid. Anonym. p. 242, 18 sqq.

Ergo hoc unum duobus illis locis efficitur plura inesse scholia in *c* et *P* quam in *A*, quorum de origine tum demum recte iudicabitur, cum quae omnino in *c* et *P* scripta sint scholia certiores facti erimus. Equidem codicum *cCP* memoriam ab apparatu critico commentariis subiecto removi excepta illa particula quae in *A* folio deperdito interiit.

Obiter moneo perperam codicis *C* memoriam amplexos esse Gaisfordium atque Westphalium p. 71, 18 G. (38, 12 W.) ὡς παρ' Ἀλκμᾶνι, cum in *APM* legatur ὥσπερ Ἀλκμᾶνι. Accedit quod p. 72, 1 (38, 16) in omnibus codicibus legitur Σαπφοῖ δὲ, excepto *D*, de quo vide Gaisfordium p. VII. Vocabulum ὥσπερ saepissime in enchiridio similem in modum usurpatur, atque casus dativus absolutus confirmatur verbis p. 54, 2 G. (29, 18 W.) γέγραπται δὲ καὶ Καλλιμάχῳ.[1])

Grammatici additamentum in *C* sunt verba μᾶλλον δὲ μακρᾶς p. 15, 2 G. (8, 19 W.), quae in *P* in margine exarata sunt.

Ea quam secundo loco posui codicum familia eo potissimum aliquem numerum obtinet, quod alteram scholiorum α recensionem continet, quae, quamquam etiam Manuelis Moschopuli doctrina inquinata est (p. 99, 30 W.)[2]), tamen eam quae in *AKQ* legitur scholiorum recensionem ambitu atque integritate superat. Etiamsi enim haud iniuria dubitaveris an ea scholia, quae recensionis *B* propria sunt intra ea capita, quibus etiam in *X* scholia adscripta sunt, a Byzantinis demum grammaticis originem duxerint, negari nequit in posteriore scholiorum parte, quae in *X* omnino omissa est, non pauca ad optimos esse revocanda fontes; cf. Hoerschelmann GA p. 597—599. Atque etiam in contextu verborum, cum huius classis archetypus codicis *A* quasi frater fuerit, sunt in *B* nonnulla, quae ex codicis *A* verbis coniectura derivari non potuerint, velut

p. 3, 6 G. (4, 2 W.) κατὰ πέντε τρόπους *MTu*, καὶ ἀεὶ ῥᾳδίως *A*, de quo loco vide Studemund l. c. p. 110.

---

[1]) cf. etiam Caesarem in emend. Heph. I p. XXIII.

[2]) cf. Westphal Metrik I² p. 137.

p. 42, 8 G. (23, 9 W.) ὅλα ᾄσματα *MTu*, ἄλλα ᾄσματα *A*.

p. 82, 10 G. (43, 11 W.) κυρίζειν *M*, κηρύξειν *A*; scribendum est cum *Tu* κυρίξειν; cf. Choerob. p. 84, 3.

Tamen de huius classis pretio non paulum detrahitur cum eo, quod *A* tam accurate archetypi imaginem expressit, ut in toto enchiridio vix plures quam tres illos locos supra exscriptos in solis libris *MTu* sine dubio recte traditos inveneris, quibus de coniectura non cogitaveris, tum eo, quod is qui classis *B* archetypum confecit, cum esset rei metricae satis peritus, non id egit, ut exemplum quod habuit quam accuratissime describeret, sed ut rei metricae sectatoribus enchiridium traderet quam posset facillime intellectu scriptum scholiisque quam commodissime instructum. Quapropter ut scholia nonnulla addidit, alia mutavit, sic etiam in contextu verborum non raro archetypi verba ad arbitrium detorsit. Pauca proferam exempla:

p. 8, 9 G. (5, 23 W.) ἴκου *MTu*, ἤ κου *A*.

p. 9, 1 G. (6, 3 W.) φησὶ γοῦν ὁ Σοφοκλῆς *MTu*, ὁ Σοφοκλῆς om. *A*.

p. 17, 7 G. (9, 14 W.) τρόπος κοινῆς συλλαβῆς *MTu*, κοινῆς συλλαβῆς om. *A*.

p. 31, 3 G. (17, 8 W.) τοῦτον δὲ τὸν ἀνάπαιστον *MTu*, τὸν ἀνάπαιστον om. *A*.

p. 57, 8 G. (31, 18 W.) Βάκχον *MTu*, Βράγχον *A*.

p. 74, 7 G. (39, 19 W.) προσελεξάμαν *M*, προσεδεξάμην *Tu*, ζαελεξάμαν *A*.

p. XXIX 18 — XXX 2 pro . . . παρὰ μὲν ⟨τοῖς⟩ κωμικοῖς καὶ τοῖς τραγικοῖς ἐστι πολλή, παρὰ δὲ τοῖς, λυρικοῖς σπανία· παρὰ Ἀλκμᾶνι γοῦν εὑρίσκεται, quod est in *A*, scripsit classis *B* auctor elegantiae studio nescio quo ductus παρὰ μὲν τοῖς κωμικοῖς καὶ τραγικοῖς πολλή, παρὰ δὲ τοῖς λυρικοῖς σπανία· καὶ παρὰ Ἀλκμᾶνι γοῦν εὑρίσκεται.

Eidem debetur p. 31, 6 G. (17, 12 W.) vocabulum ἐπιδέχεται in *M* repugnante usu Hephaestioneo scriptum pro δέχεται, quod est in *A*. Neque cum p. 88, 11 G. (48, 2 W.) in *A* insit Κρατῖνος, in *MTu* Κρατῖνος ἐν τοῖς τοιούτοις, Meinekius inde conicere debuit Κρατῖνος ἐν τοῖς Πλούτοις. Falso ex *MTu* in textum recepit Westphalius p. 10, 19 — 20 verba

ἐπειδὴ — καὶ πάλιν, de quo loco iam recte iudicavit Caesar l. c. I p. XII sq. Hoc unum addiderim, illum de quo agitur versum non secus atque qui p. 10, 15 praecedit ἢ οὐχ ἅλις κτλ. in scholiis β p. 22, 19 sqq. in ἐπῶν χωλῶν exemplis numerari atque hoc προκεφάλου, illud ἀκεφάλου.[1]) Notum igitur exemplum, in quo et ipso synizesis conspiciebatur, codicum *MTu* auctor inseruit, ut alterum quoque synizeseos genus duobus versibus Homericis comprobaret.

p. 19, 3 G. (10, 13 W.) in *A* est οἷον, in *MTu* ὡς τὸ; illud recepit Gaisfordius, hoc Westphalius. ὡς τὸ legitur praeterea in codicibus his locis

p. 32, 6 G. (17, 21 W.) ὡς *Tu*, ὡς τό *dett.*, om. *ACM*.

p. 34, 2 G. (18, 23 W.) ὡς τὸ om. *AP*, ὡς τό *rell.*

p. 34, 5 G. (19, 3 W.) ὡς τὸ om. *AP*, ὡς τὸ *rell.*

p. 50, 15 G. (27, 19 W.) ὡς τὸ om. *ATu*, ὡς τό *rell.*

Ergo in *A* ne semel quidem ὡς τό legitur. Itaque quae est „reliquorum codicum" apud Gaisfordium condicio, nostro iure ab Hephaestione haec verba pro οἷον usurpata esse negabimus.

p. 84, 7 G. (44, 24 W.) in *A* est οἷόν ἐστι τό, in *B* οἷόν ἐστι τὸ τοιοῦτον. Vocabulum τοιοῦτον in *B* grammatico debetur, etsi p. 68, 6 G. (36, 8 W.) in omnibus codicibus inest οἷά ἐστι τὰ τοιαῦτα Σαπφοῦς.

Paulo intricatior est quaestio de p. 33, 10—13 G. (18, 16—19 W.). Verba quae in *ACP* (et Choerobosci codd. *KS*[2]) p. 69, 16—21) leguntur aut lacunosa esse aut certe depravata quivis videt neque dubium est, quin sententia eius quod periit enuntiati, si modo periit, eadem fere fuerit atque illius, quod in codicibus familiarum *B* et *Y* inest. Sed dicendi genus suspicionem movet. Ac primum quidem vocabulum ὅτι p. 33, 10 G. (18, 16 W.) post ἢ p. 33, 8 G. (18, 14 W.) mirum est, tum locutionem, quae similis sit verbis μετὰ τῶν δισυλλάβων . . . δέχεται καὶ τρισυλλάβους, in enchiridio frustra quaeras, denique non mediocris offensio

[1]) cf. Anon. Ambros. in Studemundi An. var. I p. 213, 9 sqq. et 214, 6 sqq.; vide etiam Lud. Voltz in commentat. in honor. Guil. Studemund (Argentorati 1889) p. 80 et 85—88.

[2]) *U* ea de quibus agitur verba omittit p. 69, 19—21.

continetur verbis ἐπὶ τῶν παραληγόντων. Aut dicendum erat τοὺς παραλήγοντας (cf. 31, 8. 36, 2. 50, 6 G. = 17, 13. 20, 4. 27, 9 W.) aut ἐπὶ τῶν παραληγουσῶν sc. χωρῶν (cf. 31, 5. 40, 1. 3. 5. 53, 9. 67, 9. 71, 16 sq. alias G. = 17, 11. 21, 23. 22, 2. 4. 29, 10. 36, 2. 38, 9 sqq. W.; idem dicendi genus, verum praepositione κατά usurpata, occurrit 35, 5. 39, 13. 41, 1. 69, 2 sq. G. = 19, 24. 21, 20. 22, 16. 36, 20 W.). Sed ἐπὶ τῶν παραληγόντων sc. ποδῶν idoneo sensu caret. Ergo illud quod inest in *B* et *Y* enuntiatum a Byzantinis demum additum est. At quemadmodum locus sanandus sit, non facile est diiudicatu. Aut re vera in archetypo enuntiatum intercidit aut genuina verba fuerunt haec διαφέρει δὲ τοῦ ὀρθοῦ, ᾗ ἐκεῖνο μὲν τὸν τελευταῖον ἴαμβον ἔχει . . . τοῦτο δὲ ἢ σπονδεῖον ἢ τροχαῖον. τοὺς δὲ παραλήγοντας τὸ χωλὸν οὐ δέχεται τρισυλλάβους κτλ.

Tam foede igitur cum sint classis *B* libri interpolati, eorum lectiones in apparatu critico commentariis addito ibi tantum attuli, ubi perquam memorabiles esse videbantur. Totam seclusi alteram codicis *M* manum, quippe cuius lectiones ex codice nescio quo classis *Y* descriptae sint:[1]) qua de classi iam paucis agam.

Classis *Y* archetypus, per quem solum maxima scholiorum β pars servata est, consarcinatus videtur ex integro classis *X* exemplari — fortasse ex *A* ipso, priusquam folia illa post fol. 91 perierunt — et ex libro aliquo classis *B*, ita tamen, ut homo doctus qui hanc recensionem condidit permultis locis proprio Marte archetypi verba emendaret vel depravaret. Scholia omisit praeter continuum illud scholiorum β corpus in communi archetypo enchiridio praemissum, quod enchiridio absoluto subiunxit. Fuisse illum hominem Ioannem Tzetzam suspicatus est Westphalius (Metrik I² p. 195) collatis Tzetzae versibus in Cram. An. Ox. III p. 311, 18—20 et classis *Y* verbis p. 48, 1 G. (26, 2 W.); cf. etiam Is. Tzetzam in Cram. An. Par. I p. 122, 29 et Heph. p. 84, 1 G. (44, 16 W.). Codices classis *Y* ad Hephaestionis verba recuperanda omni esse pretio desti-

[1]) Etiam in *Tu* nonnullae lectiones ex classi *Y* admixtae sunt.

tutos iam Hoerschelmannus recte censuit, sed cum etia Westphalius multo plus quam debuit ad hanc classem ses applicaverit, paucis exemplis quae dixi comprobabo.

Quod p. 4, 1 G. (4, 6 W.) in *Y* legitur Τιμοκρέων ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν pro Τιμοκρέοντος ἐκ τῶν ἐπιγραμμάτων quod est in *AB*, quorum lectio abunde defenditur verbis p. 29, 1 G. (i6, 9 W.) Σιμωνίδου ἐκ τῶν ἐπιγραμμάτων,[1]) a Byzantinis esse profectum non fugit editores neque quisquam p. 41, 3 G. (22, 18 W.) classis *Y* additamentum ἤγουν ἀμφίμακρον in textum recipere voluit. Sed sunt quae non tam dilucide grammaticorum vestigium prae se ferant. Repugnantibus Gaisfordio et Westphalio recte Byzantinorum glossas removit atque optimorum codicum memoriam restituit Caesar p. 32, 10 G. (18, 3 W.) καταληκτικὰ δέ, δίμετρα μέν, ὡς τὸ *Y*, καταληκτικὸν δὲ δίμετρον τὸ *AB* (Caesar emend. Heph. I p. XV); p. 17, 8 G. (9, 15 W.) τῶν τῆς θέσεως μακρᾶς ποιητικῶν *Y*, θέσεως om. *A*(*B*?) (cf. Caesar l. c. 1 p. VI); p. 91, 14 G. (49, 16 W.) τὸν πρῶτον σπονδεῖον καὶ τὴν τοῦ δευτέρου συλλαβὴν μολοσσὸν ποιήσας *Y*, τὸν ἀνάπαιστον μολοσσὸν ποιήσας *AB*, (v. schol. K[2] ἤγουν τὸν πρῶτον σπονδεῖον καὶ τὴν τοῦ δευτέρου συλλαβήν; cf. Caes. l. c. II p. VI). Debuit idem p. 68, 12 G. (36 13 W.) vocabulum βάσεως delere, quod omittunt *ACP*.[2]) Etenim vocabulum βάσις ne uno quidem enchiridii loco extat, immo semper Hephaestio usus est vocabulo sollemni συζυγία Duobus locis p. 27, 14 G. (15, 9 W.) βραχυκατάληκτα δὲ κα λεῖται, ὅσα ἀπὸ διποδίας ἐπὶ τέλους ὅλῳ ποδὶ μεμείωται e p. 27, 18 G. (15, 12 W.) ὁ σιππω πούς ἀντὶ ὅλης . . . κεῖτο διποδίας vocabulum διποδία vocabulo πούς opposito explicatui p. 71, 9 G. (38, 2 W.) vocabulum διποδίας delendum es collatis verbis p. 66, 14 G. (35, 16 W.).[3]) Saepissime He phaestio vocabulo συζυγία omisso solo genere feminino e verborum conexu quid supplendum esset significavit; c

[1]) cf. etiam schol. Arist. Pac. 736 τὰ Σιμωνίδου ἐκ τῶν ἐλεγείων.

[2]) est in *Tu* et in *M* in mg., utroque loco ex *Y* ut videtur der vatum.

[3]) Choerob. p. 80, 19 „τροχαικὰς διποδίας" καὶ τὰ ἑξῆς *K* διποδίας καὶ τὰ ἑξῆς om. *U*.

p. 63, 6. 64, 1. 65, 6. 66, 14. 67, 2 sqq., 108, 4 G. (34, 5. 7. 23. 35, 16. 18 sqq. 57, 14 W.). Idem fecit eo de quo agitur loco.

Insulse verba corrupte tradita emendare conati sunt Byzantini in poematum antitheticorum descriptione, quae in priore commentario inest. Ea quam p. VI 13—17 proposui forma codicum *A* et *M* memoria suppeditatur. Byzantini in *Y* produntur perversa supplementi conformatione, cum adderent voces ἀπὸ τοῦ τέλους et ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, quamquam statim subiciuntur locutiones ἀπὸ τέλους et ἀπ' ἀρχῆς, quibuscum conferas p. XX 6 τῷ δὲ δευτέρῳ ἀπὸ τέλους.

p. XIV 9 vocabulum οὕτω, quod si recte Gaisfordius de codicum discrepantia rettulit, praeter libros *AFl* et tres Baroccianos p. 3 excitatos in omnibus codicibus post ὁμοίων deprehenditur, utrum a Byzantinis consulto additum an ex verbis antecedentibus οὕτω πεποιῆσθαι νομίζομεν casu illapsum sit dubitaveris. Sed hoc certum est unice veram esse librorum *AFl* et Baroccianorum memoriam quamvis et a Gaisfordio et a Westphalio repudiatam. Nam vocabulum οὕτω in enuntiato ἔστι δέ τινα κτλ. necessario carmen κατὰ σχέσιν scriptum significaret. Eadem enim vis subiecta est sine dubio illi οὕτω quod est in enuntiato antecedenti. At postquam antea scriptor solum carmen Alcaicum ἐμὲ δειλάν κτλ. commemoravit, quod, quamvis ἐξ ὁμοίων videri posset, re vera esse dixit κατὰ σχέσιν, ei in extremo capite afferendum erat carmen vere ἐξ ὁμοίων. Atque hoc fuisse eius consilium indicatur etiam verbis ἔστι δέ τινα. Simili ratione ductus Lachmannus in opusc. vol. II p. 85, cum codicis *A* notitiam nondum haberet, pro οὕτω scripsit οὐχ οὕτω.

Denique enarrationem illam, quae in metri iambici descriptione exeunte in solis classis *Y* libris et in editione Turnebiana inter verba Hephaestionea legitur quamque Gaisfordius p. 34, 7 — 35, 2 in enchiridii contextum recepit, non esse ab Hephaestione confectam, sed ex scholiis illapsam iam cognovit Westphalius p. 19, 5. Eadem in *A* scholii instar in margine adscripta est (cf. An. var. I p. 131 schol.

assensus Westphalius (Metrik I² p. 186—189) priorem commentarium ultimum esse enchiridii minoris caput in fine casu mutilatum, alterum a grammatico quodam ex amplioribus Hephaestionis operibus excerptum, certis argumentis comprobare studuit. Westphalii opinionem suam fecit Caesar in emendat. Heph. II p. XIV. In qua cum acquiescendum esse negaret Otto Hense (Heliodoreische Untersuchungen, Lips. 1870, p. 128—164) tertiam viam iniit, cum de posteriore commentario Westphalii iudicium secutus priorem ex diversorum scriptorum pannis esse consutum demonstrare contenderet. His demum annis in Gaisfordii sententiam abiit Guil. Christ,[1]) in Hensii Gerhardus Schultz,[2]) Westphalius[3]) denuo se esse disputaturum de hac quaestione pollicitus est: neque vero promisso iam stetit.

Qui adhuc rem attigerunt omnes ab ipsa commentariorum indole examinanda profecti sunt, nos, ut quam potest firmissimum quaestioni lubricae subiciamus fundamentum, primum accurate perquiremus, quid scriptores, qui aetate codices, in quibus commentarii leguntur, superant, de Hephaestionea περὶ ποιήματος doctrina tradiderint.

Ac primum quidem dicendum est de Choerobosco, in cuius prolegomenis ipsius enchiridii interpretationi praemissis p. 35, 9 sqq. haec insunt:

Γνήσιον δέ ἐστι τὸ παρὸν σύγγραμμα Ἡφαιστίωνος πρῶτο μὲν ἐκ τῆς κοινῆς μαρτυρίας τῶν ὑπομνήματα ποιησάντων εἰς αὐτ εἶτα δὲ καὶ ἐκ τοῦ μεμνῆσθαι αὐτὸν τούτου καὶ ἐν τοῖς ἑτέρο αὐτοῦ πονήμασι·[4]) ποιεῖ[5]) γὰρ βιβλίον περὶ ποιήματος, ὅπερ κ ἀεὶ συνευρίσκεται τούτῳ τῷ περὶ μέτρων βιβλίῳ.

[1]) Gesch. d. griech. Litt. in Iw. Mueller „Handb. d. klass. Altetumswissenschaft" vol. VII (Noerdling. 1889) p. 565 adn. 2; faverat idem antea in Phil. Anz. 1871 p. 308 magis Hensii sententiae.

[2]) Quibus auctoribus Aelius Festus Aphthonius de re metrica usus sit (Vratisl. 1885) p. 46.

[3]) Allg. Metrik³ (Leipz. 1887) p. 190.

[4]) πονήμασι Studemund, ποιήμασι codd.

[5]) ἐποίει proposuit Hoerschelmann.

Parum caute Hense (l. c. p. 155) ex eo, quod hic diserte Choeroboscus genuinum esse Hephaestionis enchiridium testatur, conclusit re vera aut totum enchiridium aut saltem hanc vel illam illius partem a nonnullis Hephaestioni fuisse abiudicata. Nam Choeroboscum haec non suspicione ductum addidisse, sed ne quid omisisse videretur, vel inde probabile fit, quod ab omnibus interpretibus enchiridium pro germano Hephaestionis libro habitum esse profert; quae sententia prorsus ad liquidum perducitur scholio quodam, quod Dionysii Thracis arti appictum est, respecto, in quo enumerantur τὰ ἑπτὰ κεφάλαια, de quibus in unoquoque scriptore tractando magistri Byzantini praemonere consueverant. Omnia septem, in quibus quaestio supra significata, apud Choeroboscum redeunt; vide schol. in Dion. Thrac. in Anecd. graec. ed. Imm. Bekker (Berol. 1816) vol. II p. 671, 18 sqq. ζητήσωμεν τὰ ἑπτὰ κεφάλαια, λέγω δὴ τὸν σκοπόν (cf. Choer. p. 33, 2 — 35, 6), τὸ χρήσιμον (cf. Choer. p. 35, 7 — 8), τὴν αἰτίαν τῆς ἐπιγραφῆς (cf. Choer. p. 35, 14 — 24), τὸ γνήσιον (cf. Choer. p. 35, 9—13), τὴν εἰς τὰ κεφάλαια διαίρεσιν (cf. Choer. p. 35, 25 — 34), τὴν τάξιν (cf. Choer. p. 36, 1 — 12) καὶ τὸ ὑπὸ τί ἀνάγεται τὸ προκείμενον βιβλίον (cf. Choer. p. 36, 13—18).

Ergo utrum pro genuinis habiti sint commentarii necne, ex his Choerobosci verbis non discimus, verum dilucide ex illius narratione cognoscimus, quale saeculo p. Chr. n. sexto in scholis Byzantinis Hephaestionis enchiridium circumferre soliti sint.

Primum quidem Choerobosco ad manum fuit ipsum enchiridium, a quo omnino περὶ ποιήματος enarrationem fuisse hoc scholio fit verisimillimum, cum discernatur libellus περὶ ποιήματος quasi ἕτερον πόνημα a libro περὶ μέτρων. Eximitur idem dubitationi scholio p. 35, 25—34, in quo omnia enchiridii capitula ex ordine enumerantur; qua in descriptione extrema Choeroboscus haec docet εἶτα ζητεῖ καὶ περὶ πολυσχηματίστων καὶ οὕτω πληροῖ. Atque in nostris quoque codicibus enchiridium capite περὶ πολυσχηματίστων absolvitur, cum ante priorem περὶ ποιήματος commentarium verbis Ἡφαιστίωνος μετρικῆς εἰσαγωγῆς (vel μετρικὴ εἰσαγωγή) περὶ ποιήματος novus libellus indicetur.

Praeterea Choerobosci temporibus semper cum hoc libro aliud quoddam Hephaestionis opusculum circumferebatur, quod inscriptum erat περὶ ποιήματος, quo in libello Hephaestio ipse enchiridium a se esse conditum quodammodo testatus erat. Testimonium illud in neutro eorum qui extant commentariorum deprehenditur; unde sequitur, ut uterque ab eo, qui Choerobosco praesto erat, libello sit diversus. Sed quamnam cum illo libello rationem habeant commentarii ex Choerobosci verbis non dispicitur.

At duae inesse videntur in Choerobosci enarratione difficultates, quarum altera eo continetur, quod vix quisquam sibi persuadebit libellum περὶ ποιήματος effecisse singulare opusculum, quod casu tantum semper una cum enchiridio deprehensum esset. Respicias velim Aristidem Quintilianum, cuius auctores vel ad ea, de quibus agitur, tempora vel etiam ad antiquiora pertinere inter omnes constat. Qui quamvis exilem nobis, si cum enchiridio conferas, artis metricae epitomen tradiderit, tamen caput περὶ ποιήματος non omisit; cf. p. 28, 20. 37, 6—19 ed. Jahn (Berol. 1882). Neque Marius Victorinus vel potius Aelius Festus Aphthonius, cuius auctores, etsi in singulis magna contentio est, ad eandem fere atque Hephaestionem aetatem spectare omnes consentiunt, facere potuit, quin complura huic rei capitula tribueret; cf. Gramm. lat. ed. H. Keil. vol. VI p. 53—60. Quin etiam apud Atilium Fortunatianum (GL VI p. 294, 24 — 295, 16), de cuius fontibus idem valet, eiusmodi doctrinae vestigia perlucent. Adde quod Aristides Quintilianus p. 28, 20 doctrina περὶ ποιήματος extremam artis metricae partem effici diserte profert, iam concedes dissertationem illam περὶ ποιήματος iam ab Hephaestione consulto aliquo modo cum enchiridio coniunctam fuisse. Accedit aliquid certe adminiculi huic sententiae etiam inde quod is qui scholion p. VII 11—16 quasi prooemium capiti περὶ ποιήματος interpretando praemisit, commentarium, quem interpretatus est, in ultimae enchiridii partis loco habere non dubitavit. Quis fuerit pro certo affirmari nequit. Collatis autem Longini verbis in schol. Heph. β p. 2, 16—3, 5 (cf. Choeroboscum p. 34, 11 sqq.) haud temere de Longino

suspicionem moveris. Firmissimum vero necessitudinis, quae inter enchiridium et libellum περὶ ποιήματος intercessit, indicium perhibetur verbis Hephaestioneis p. 59, 12 W. Τοσαῦτα περὶ μέτρων· περὶ δὲ ποιήματος ἑξῆς ῥητέον, quae ne quis grammatico cuidam vindicet non vereor; cf. Hense l. c. p. 154. Neque obstat capitulo περὶ ποιήματος titulus libri περὶ μέτρων. Etenim quamvis τὸ μέτρον κατ' ἐξοχήν, ut hoc vocabulo uti mihi liceat, discrepet cum poemate, tamen quam diversae huic vocabulo subiectae fuerint notiones, optime nos docet Longinus in schol. Heph. β p. 2, 16—3, 5 (cf. Choer. p. 34, 11—24; schol. Heph. p. VII 11—16) neque temere diserte dixit p. 3, 2 τὸ ποίημα μέτρον προσαγορεύεται; cf. etiam Anon. Ambrosian. in Studem. An. var. I p. 231, 13.

Alteram difficultatem in Choerobosci verbis supra exscriptis deprehendere sibi visus est Westphalius (Metrik I² p. 189) in eo, quod idem Choeroboscus, qui l. c. ab Hephaestione enchiridium commemoratum esse in libello περὶ ποιήματος auctor est, p. 35, 20 sqq. primum ab Hephaestione edita esse περὶ μέτρων μη' βιβλία, deinde ea in undecim, tum in tria, postremo in unum τοῦτο τὸ ἐγχειρίδιον contracta esse tradit.[1]) Censuit igitur Choerobosco vel potius illi, qui scholion illud p. 35, 9—13 condidit — si quidem de Choerobosco nondum cogitavit — re vera ante oculos versatum esse non peculiarem Hephaestionis περὶ ποιήματος libellum, sed, ut breviter dicam, Longini vel Ori ὑπόμνημα quoddam, quo caput aliquod ampliorum Hephaestionis operum copiosius explicatum esset. Illic non Hephaestionem suum ipsius, sed Longinum vel Orum Hephaestionis enchiridium excitasse. Neque vero habemus, quod Choerobosco imputemus stultitiam tam singularem, ut qui non dispexerit utrum Hephaestio ipsius librum an Longinus Hephaestionis commemoraverit. Quid? quod idem diserte et consulto interpretum μαρτυρίας ab Hephaestionis ipsius testimonio segregavit? Neque opinor Westphalius, si modo Choeroboscum huius scholii esse auctorem iam compertum habuisset, huiusmodi coniecturam excogitasset. Immo multo simplicius

[1]) cf. etiam Hense l. c. p. 151.

haec difficultas dissolvitur simul cum ea, quam antea significavi. Primum teneamus oportet eos, qui ultimam enchiridii partem capite περὶ ποιήματος effectam esse sumpserint, redargui simul et Choerobosci et nostrorum codicum memoria nec non verbis illis p. 59, 12 W. τοσαῦτα περὶ μέτρων· περὶ δὲ ποιήματος ἑξῆς ῥητέον, quibus maior incisio significari videtur quam quae inter duo capita sese excipientia fieri soleat. Aliter enim iudicandum est de hac locutione, aliter de talibus quales leguntur p. 43, 13 — 18 et 57, 7 — 14 W., quibus cum mediis interpositae sint novorum capitum inscriptiones, copulantur magis quam segregantur singula capita. Tamen et illa verba et ea quae antea attuli nobis persuaserunt Hephaestionem quasi appendicis loco enchiridio libellum quendam περὶ ποιήματος adnexuisse: cui sententiae enchiridii condicio non mediocriter favet. In universa enim enchiridii indole hoc maxime mirum est, quod, quamquam scholarum in usum est scriptum, ad quo difficiliora metra disputatio procedit, eo copiosior neque vero dilucidior fit explicatio. Ea potissimum, quae de asynartetis praescribuntur, et multo plura esse videntur quam quae tironibus ediscenda sint,[1]) et multo neglegentius atque intricatius descripta, quam quae tirones animis assequi possint. Recte igitur Westphalius[2]) hoc caput ab Hephaestione parum diligenter ex maiore enchiridio excerptum esse statuit. Libellum περὶ ποιήματος, qui Choerobosco praesto erat, non admodum parvum fuisse inde facile colligas, quod Choerobosci aetate peculiare βιβλίον effecit; idem intellegitur etiam ex posterioris commentarii ambitu. Transtulit igitur Hephaestio, quem in ultimo enchiridio conficiendo operae pertaesum est, generum carminum enarrationem, ut labori parceret, fortasse ad verbum ex ampliore enchiridio, cum quantum in scholis interpretari vellent singulis magistris permitteret.[3]) Sed sive quod poe-

[1]) Choeroboscus haec consulto ab enchiridii interpretatione seclusisse videtur; cf. Choer. p. 88, 9.

[2]) Allgem. Metr. ed. III p. 300.

[3]) Simile quid etiam hodie in fine librorum scholarum usui designatorum non raro deprehendi, vix est quod diserte moneam.

matum divisionem paulo intricatiorem et a solitis studiis remotiorem putavit quam quae tironum animis necessario esset infigenda, sive quod enarratio illa multo copiosior videbatur quam quae ad pressum enchiridii sermonem quadraret, disputationem περὶ ποιήματος non ultimi capitis loco enchiridio inseruit, sed appendicis loco adiunxit. Choerobosci temporibus, cum carminum genera minime curarent,[1]) appendix illa prorsus peculiaris libellus facta erat. Remanserat vero vinculi vestigium eo, quod semper ipsi enchiridio adnexa erat hoc fere modo, si augurari licet, inscripta τοῦ αὐτοῦ Ἡφαιστίωνος περὶ ποιήματος. In hoc igitur libello Hephaestio ipse antecedens enchiridium commemoraverat.

Iam videamus quinam scholiastis Hephaestioneis περὶ ποιήματος libellus praesto fuerit. Superesse scholia quae ad doctrinam περὶ ποιήματος pertinent in ea sola codicum familia, quam littera *B* significavi, in qua scholia singulis capitibus continuo sermone scripta subici solent, supra dixi. Nulla in ea scholia adnexa sunt priori commentario neque quae alterum sequuntur ultra epiphthegmaticorum explicationem excedunt. Consarcinatam esse hanc scholiorum recensionem non ante Manuelis Moschopuli aetatem iam supra dixi. Contineri ea complurium hominum interpretamenta diversi pretii et per se consentaneum est et eo confirmatur, quod eidem loco non raro adscriptae sunt duae vel etiam tres explicationes eaeque inter se repugnantes; cf. p. XV 6 — 11, XV 11 — 22, XIX 11 — XX 20, XIII 17—XIV 21. In multis scholiis nulla insunt nisi ipsa Hephaestionis verba libere circumscribendo reddita leviterque explicata. Sunt tamen et in aliis huius recensionis partibus, et in ea quae ad nos pertinet non pauca, quae bonam doctrinam redoleant,[2]) velut quae p. XIII 13 sq. de Margitae compositione referuntur.[3]) Quae undenam deducta sint quaeritur.

---

[1]) Neque Choeroboscus peculiarem illum libellum interpretatus est neque in quoquam posteriorum tractatuum metricorum usquam carminum genera attinguntur.

[2]) cf. Hoerschelmann GA 597 sq.

[3]) cf. Hiller in Annal. phil. 135 (1887) p. 13 sqq.

Ac primum quidem indagemus necesse est, num iure Hense l. c. p. 156 duobus locis (p. XIII 9—11 et 13—14) a scholiastis Heliodori libros esse exscriptos affirmaverit, ne forte quaestione instituta de disciplina Hephaestionea praeter opinionem in Heliodoream incidamus. Vestigium Heliodori remansisse putavit Hense in vocabulo ἴαμβος ita usurpato, ut versus trimeter iambicus significetur. Sed licet recte l. c. p. 83 sq. hunc usum fuisse Heliodoreum demonstraverit, tamen nescio quo pacto reliquiarum Heliodori nimis avidus eundem fuisse morem praeterea permultis aliis scriptoribus neglexit. Ita factum est, ut, cum haud pauca fragmenta hoc solo indicio usus ad Heliodorum revocaret, eum condonaret frustulis nonnullis ab eius doctrina plane abhorrentibus. Ut quod de vocabulo ἴαμβος dixi comprobem, ex larga exemplorum messe haec proferre placet. Apud Critiam (Heph. p. 11, 10—12 W.) legimus ἰαμβεῖον. sed iam Dionysius Halicarnasensis rhetor, cum de comp verb. c. 26 (p. 418 Schaef.) dicat τὰ ἔπη καὶ τοὺς ἰάμβου καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὁμοιοειδῆ μέτρα, ab Heliodori usu non long abesse videtur. Caesius Bassus GL VI p. 258, 18 versu Phalaecium dixit „partem habere ex heroo, partem e iambo“, Hephaestio habet ἰαμβεῖον (p. 21, 9 W.) et ἰαμβικ (p. 6, 7 et 20, 13 W.), sed huc pertinent eius verba Ῥίνθω μὲν γὰρ καὶ ἐν ἰάμβῳ κτλ. p. 6, 12 W. Magis etiam ap posteriores hic usus increbruit: cf. Choerob. p. 56, 11. 63, 1 65, 14. 18 (lemma est; Hephaestio p. 15, 10 W. hab ἰαμβικοῦ). 69, 1 εἶτα λέγει περὶ τῆς ἕκτης χώρας τοῦ ἰάμβου haec ex Heliodoro fluxisse nemo suspicabitur. — 73, 1 στίχος ἴαμβος est apud Choer. p. 34, 17. Ex scholiis H phaestioneis haec affero: schol. α (An. var. I) p. 121 ad 7, p. 127 ad 20, 9; p. 131 ad 30, 3; p. 135 ad 35, 5 sch prius (cf. Caesar. em. Heph. I p. XVII); p. 136 ad 36, 1 p. 137 ad 39, 4 schol. prius; p. 144 ad 51, 6 (ipsa ver Hephaestionea circumscribendo redduntur). Ex aliis script ribus haec notatu digna sunt. Tricha (ed. Westphal in scri metr. graec. vol. I) p. 264, 23—25; Studemundi An. var p. 154 § 1b v. 2 (cf. p. 192 § 6 v. 1); Anecd. Chisian ( G. Mangelsdorf, Carolsruh. 1876) p. 27; Hel. Monach.

Studemundi An. var. I p. 170, 1; Proclus chrestom. (ed. Westphal in script. metr. gr. vol. I) p. 230, 5; schol. (Melampodis)[1] in Dion. Thrac. (An. gr. ed. Bekker) vol. II p. 748, 20 = Proleg. π. κωμῳδίας (in schol. in Aristoph. ed. Duebner) p. XXI 42; cf. ibid. p. XVII 27; cf. etiam Cram. An. Ox. IV p. 315, 31 et 316, 5 sq.; Rhet. gr. VI p. 278, 24 sq. (Walz); schol. (RV) ad Aristoph. Ran. 311. Denique in deliciis fuisse hunc usum Demetrio Triclinio ipse Hense concessit. Sed haec hactenus. Satis iam puto apparuisse non posse propter hunc usum solum scholiastis Hephaestioneis aliisque posteriorum temporum scriptoribus usitatissimum aliquod scholion Heliodoro vindicari. Hoc enim nemini, qui obiter locos excitatos percurrerit, dubium esse potest, quin maximam certe partem ipsis scholiastis debeantur ac de origine Heliodorea ne cogitari quidem possit.

Hensii coniectura refutata statuendum est, nulla in eis le quibus agitur scholiis doctrinae Heliodoreae vestigia derehendi. Pertinere scholia in universum ad posteriorem ommentarium etiam obiter perlustranti apparet, sed negari equit eorum partem prodere enarrationem quandam, quae b utroque commentario nonnihil sit diversa. Vide schol. . XIII 14 sqq. Περὶ τούτων καὶ ἐν τῇ εἰσβολῇ ἐπεσημήνατο· τῶν ὰρ μέτρων τὰ μὲν ὑπὸ ποδός, τὰ δὲ ὑπὸ συζυγίας, ὡς τὰ ἰαμ:κὰ καὶ τὰ ὅμοια, τὰ δὲ ὑπὸ περιόδου καταμετρεῖται· περίοδος ἐστιν κτλ., ubi ἡ εἰσβολή nihil esse potest nisi ipsius commenarii, ad quem scholia pertinent, aut enchiridii praefatio. leque vero in commentario neque in enchiridio neque omiino in scholiis Hephaestioneis tale quid deprehenditur. ↑t nemo certe negabit huiusmodi enarrationem explanationi τερὶ ποιήματος ineunti perquam accommodatam esse, cum raesertim in alterius commentarii initio de stichi, coli, commatis, systematis definitionibus diserte explicetur.

Etiam graviora sunt quae ad μετρικὰ ἄτακτα a scholiastis adnotantur. Ecce insunt

[1]) cf. Alfred. Hilgard: de artis grammaticae ab Dionysio Thrace compositae interpretationibus veteribus. Lips. 1880.

in comm. I
p. IV 14—16 haec:

Μετρικὰ δὲ ἄτακτα, ὅσα ἐκ μέτρων μὲν ὁμολογουμένων συνέστηκε, τάξιν δὲ καὶ ἀνακύκλησιν οὐκ ἔχει, οὔτε κατὰ στίχον οὐδὲ συστηματικά.

in comm. II
p. XII 5—6 haec:

Μετρικὰ δὲ ἀτακτά ἐστιν, ἅπερ μέτρῳ μὲν γέγραπταί τινι, οὔτε δὲ ὁμοιότητα ἔχει πρὸς ἄλληλα οὔτε ἀνακύκλησιν.

in schol.
p. XII 11—XIII

οὔτε δὲ ὁμοιό
ἔχει πρὸς ἀλλ
ὥστε στιχήρη γ
σθαι, οὔτε ἀνακύ
σιν, ὥστε κατὰ σχ
γενέσθαι, ἀλλὰ ἀδ
φορον τὴν τῶν
τρων ἐξαλλαγ
— οὔτε δὲ [τὰ
λελυμένα][1]) φ
ἀνακύκλησιν i
ἀλλ' αὐτόθεν ἐ
ὁμολογούμενο

Iam Caesar (em. Heph. II p. XVIII) professus est v ἀλλ' αὐτόθεν ἐστὶν ὁμολογούμενα ex eis, quae in priore c mentario leguntur, faciliorem habere explicationem quan eis, quibus adscriptae sunt, sed quod addidit, fortasse conicere licere in his ipsis vocem ὁμολογουμένῳ inserendam verbis ἅπερ μέτρῳ μὲν γέγραπταί τινι, parum recte disput Neque enim μετρικὰ ἄτακτα sunt ea, quae metro al cognito condita sunt (ἅπερ μέτρῳ γέγραπταί τινι ὁμολ μένῳ), sed in quibus usitati et legitimi versus (μέτρα λογούμενα) ita componuntur, ut neque continuo similia n sese excipiant (κατὰ στίχον), neque in metrorum mixt σχέσις quaedam perluceat, sed ὡς ὅταν ἐλεγείῳ προστιθῇ ἰαμβεῖον ἢ ἄλλο τι (Ar. Quint. p. 37, 8—9, de quo loco i disseram); cf. etiam G. Hermann in el. d. m. p. 27. unice vera est ea, quae in priore commentario legitur scriptio: μετρικὰ ἄτακτά ἐστιν, ὅσα ἐκ μέτρων ὁμολογου συνέστηκε, cum altera, in qua verbis ἅπερ μέτρῳ γέγρ τινι illud de quo agitur carminum genus opponitur ora solutae, potius ad ἀπολελυμένα quam ad μετρικὰ ἄτ

[1]) τὰ ἀπολελυμένα del. Caesar; inserta esse videntur facili e propter proxime antecedentem τῶν ἀπολελυμένων descriptionem ἄτακτα scripserunt Pauw et Westphal.

quadret. A scholiasta prioris commentarii enarratio praeter verbum ὁμολογουμένῳ etiam aperte significatur verbis ἀδιάφορον τὴν τῶν μέτρων ἐξαλλαγήν. Posterioris commentarii explicatio ex ea, quae in priore inest, vel ex aliqua eius consimili incuriose excerpta esse videtur. Sed ne prioris quidem commentarii enarratio omni ex parte integra est. Nam scholiastae verba οὔτε . . . ὁμοιότητα ἔχει . . . οὔτε ἀνακύκλησιν dilucide posteriorem commentarium indicant, cum in priore non aeque accurate legatur τάξιν . . . καὶ ἀνακύκλησιν οὐκ ἔχει. Inseruit autem verbum τάξις scriptor, ut verbis ὅσα ἐκ μέτρων . . . ἐστί, τάξιν δὲ . . . οὐκ ἔχει nomen μετρικὰ ἄτακτα illustraret, similiter atque in carminum κατὰ σχέσιν explicatione fecit. Eadem vero sententia, quae scholiastae verbis οὔτε . . ὁμοιότητα ἔχει . . . ὥστε στιχήρη γενέσθαι οὔτε ἀνακύκλησιν, ὥστε κατὰ σχέσιν γενέσθαι declaratur, in priore commentario exprimitur verbis οὔτε κατὰ στίχον οὐδὲ συστηματικά; quae verba nemodum satis bene interpretatus est. Inesse enim videtur in eis non mediocris offensio, quoniam ipsa carmina μετρικὰ ἄτακτα speciem τῶν συστηματικῶν efficiunt. — A μετρικοῖς ἀτάκτοις secluduntur a scholiasta compositiones κατὰ στίχον et κατὰ σχέσιν: idem fit verbis illis οὔτε κατὰ στίχον οὐδὲ συστηματικά, cum antea p. IV 6 scriptor carmina κατὰ σχέσιν ea vocavisset, ὅσα μετρεῖται ὑπὸ συστήματος. Nullam aliam subesse his verbis sententiam luculenter confirmatur eis, quae in utroque commentario de carminibus ἐξ ὁμοίων praecipiuntur. Aeque atque in μετρικοῖς ἀτάκτοις, ut carmen aliquod recte ἐξ ὁμοίων dici possit, necesse est neque compositionem κατὰ στίχον neque κατὰ σχέσιν in eo deprehendi. In posteriore commentario utraque compositio reicitur p. XIV 1 verbis ἄνευ ἀριθμοῦ τινος ὡρισμένου[1]), post de compositione κατὰ σχέσιν etiam copiosius disputatur, in priore verba illa desunt, sed pro eis habemus p. IV 12 — 13 οὔτε

[1]) In carminibus, quae ex eodem pede vel eadem syzygia vel periodo constant, inter compositiones κατὰ στίχον et κατὰ σχέσιν hoc unum interest, quod στίχοι ultra certum modum excedere nequeunt, cum stropharum μέγεθος nullis sit terminis circumscriptum.

ὑπὸ στίχου οὔτε ὑπὸ συστήματος καταμετρούμενα h. e. quae neque sunt κατὰ στίχον neque καταμετρεῖται ὑπὸ συστήματος vel — quoniam ὅσα μετρεῖται ὑπὸ συστήματος p. IV 6 nuncupantur κατὰ σχέσιν — quae neque sunt κατὰ στίχον neque κατὰ σχέσιν.

Verum, ne ad alias quaestiones delabamur, hoc manifestum est eam ad quam scholion pertinet enarrationem ab utriusque commentarii verbis nonnihil recessisse atque hoc fere modo fuisse conceptam, ut bene ex illa utriusque commentarii verba per homines non admodum sollerter neque accurate exscribentes derivari potuerint.

Denique reputa mecum, quae de μικτοῖς συστηματικοῖς referuntur. Leguntur

| | |
|---|---|
| in comm. I haec p. V 4—5: | in comm. II haec p. XV 3—5: |
| Μικτὰ δὲ ὅσα μέρος μέν τι ἔχει κατὰ σχέσιν, μέρος δέ τι ἀπολελυμένον ἢ ἐξ ὁμοίων. | Λέγομεν τοίνυν, ὅτι μικτά ἐστι συστηματικά, ὥσπερ εἴ τις τὴν πρώτην ᾠδὴν ἐν τῷ πρώτῳ Ἀλκαίου καὶ τὴν δευτέραν συνάψειε συστηματικῆς οὔσης αὐτῶν ἑκατέρας. |

Ad prioris commentarii definitionem in scholiis haec spectant verba

p. XV 11—13: Μικτὰ μὲν οὖν ἐστιν, ἃ (vel ὡς αἱ) παραβάσεις ἔχουσιν τὰ τρία ᾄσματα ⟨ἀπολελυμένα⟩, τὰ ⟨δὲ⟩ τέσσαρα ἐν σχέσει,[1])

neque vero alteri commentario in scholiis explanatio deest sed verbosa illa vilisque doctrinae p. XV 13—22. Rectam esse eam quae in priore commentario legitur definitionem perversam alteram demonstravit Westphalius (Metrik II p. 267) neque de hac re quisquam dubitat. Adde quae de εἰσβολῇ et de μετρικοῖς ἀτάκτοις modo disputavi, concedes hac una coniectura scholiorum condicionem satis bene expediri, ut statuamus fuisse in eo libello, ad quem scholiorum pars primitus pertinuit, eam fere μικτῶν συστηματικῶν explanationem, quae in priore commentario inest; post cum

[1]) verba corrupte tradita emendavit Caesar em. Heph. II p. XIX.

scholia alteri commentario ascriberentur, additam esse in scholiis enarrationem p. XV 13—22.

Itaque tribus illis locis modo explicatis efficiuntur haec.[1]) Spectaverunt nonnulla scholia primitus ad librum quendam nunc deperditum, in quo et plura inerant et melius descripta quam in eis qui extant commentariis. Non diversum fuisse illum libellum ab eo quod commemorat Choeroboscus βιβλίῳ περὶ ποιήματος facile conieceris. Utrumque commentarium ex illo libello paulo neglegentius esse excerptum propter τῶν μετρικῶν ἀτάκτων descriptiones si non certum est, at veri simillimum.

Restat ut quanam doctrinae Hephaestioneae περὶ ποιήματος enarratione Tzetzae fratres usi sint examinem. Atque Ioannes quidem Tzetzes in libro, qui inscriptus est διδασκαλία σαφεστάτη τῶν ἐν τοῖς στίχοις μέτρων ἁπάντων, in quo accuratissime ad enchiridium Hephaestioneum sese applicavit, nolle se de carminum generibus referre libere profitetur his verbis (in Crameri Anecd. Ox. III p. 331, 28—30)

τὰ δὲ μικρὰ τῶν μέτρων μέν, ὅσα τε κατὰ στίχον
καὶ ποῖα κατὰ σύστημα καὶ ποῖα τῶν ἀτάκτων,
μακρόν ἐστι καὶ λέγειν με· γνώριμα γὰρ τοῖς πᾶσιν.

Perstrinxit tamen posterioris commentarii initium, cum disputatione de sticho, colo, commate instituta haec diceret (l. c. p. 316, 28—30)

ὁ τοῦ Κελλέρου δὲ υἱός ἐν μέτροις Ἡφαιστίων
κόμμα καὶ κῶλον τὰ ἐντὸς διδάσκει τοῦ διμέτρου,
τὸ δ' ὑπερβὰν τὸ δίμετρον[2]) στίχον κατονομάζει.

Festinantius ageret, qui ex his verbis concluderet primitus pro eis, quae p. VII 7—10 in codicibus leguntur, eam extitisse definitionem, quam Tzetzes profert. Nam primum quidem quae in commentarii codicibus deprehenditur explanatio eiusmodi est, ut nemo, dum singula accurate reputet, de origine eius Hephaestionea dubitet. Deinde ex universo Ioannis Tzetzae libro cognoscitur eum plane eadem enchiridii

[1]) Etiam p. XIX 22 verba ἐν δυάδι magis quadrant ad comment. I p. VI 10 quam ad p. XIX 5 — XX 3.

[2]) δίμετρον scripsi coll. p. 317, 31; σύμμετρον codd.

forma usum esse qua nos adhuc utimur. Verum usus est in eodem libro condendo praeterea isdem fere scholiis, quae in nostris enchiridii codicibus leguntur; conferas e. g. p. 314, 25—26 et schol. Heph. β p. 12, 24 sq.; p. 314, 27 — 315, 9 et schol. Heph. β p. 19, 7 — 30; p. 318 adn. et schol. Heph. α in Studemundi An. var. I p. 127 ad 21, 1 (?). Ergo illam quoque stichi, coli, commatis definitionem deprompsit ex schol. Heph. β p. 7, 20—21; cf. ibid. p. 8, 1—3[1]. Neque mirum est, quod quae in scholiis scripta invenit, Hephaestioni ipsi imputavit. Idem fecit p. 318 adn. τὰ τετρασύλλαβα μέτρα καὶ τὸ ἡρῷον μονοποδίᾳ, ⟨οὐ⟩[2]) διποδίᾳ μετροῦνται παρὰ τὸν Ἡφαιστίωνα, quibuscum verbis conferas cum alia scholia tum schol. p. 180, 8—15 W., neque aliter egerunt Isaacus Tzetzes in Crameri An. Par. I p. 95, 28—29 (= schol. Heph. p. 199, 13—16 W.; cf. Tricha ed. Furia post Pseudo-Draconis editionem Hermannianam [Lips. 1814 p. 56[3])) et Tricha in Westphalii script. metr. graec. vol. p. 258, 29—31 (cf. cum alia scholia tum schol. β p. 9, 8). Patris Hephaestionis nomen, quod nescio unde cognitum habuit[4]), ipse addidit. Tzetzes igitur cum scholion illud exscripserit, quaestio oritur quae fuerit scholii illius origo quocum mirum quantum consentit Marius Victorinus in GI VI p. 54, 7 sq. Atque me iudice scholion illud derivatum es aut ex alio quodam metrico, fortasse Heliodoro, aut, id quo magis placet, ex ipsius commentarii II initio, postquam iam corruptela illa τὸ δὲ ἔλαττον ὂν δύο συζυγιῶν, quae est i libris *AMTu*, irrepsit.

Isaacus Tzetzes in libello, quem περὶ Πινδαρικῶν μέτρω scripsit (ed. Cramer in An. Paris. I p. 59 — 162), singuli carminibus illustrandis praemisit brevem de diversis ca minum generibus disputationem. Et in initio quidem i principali carminum divisione et in carminibus κατὰ στίχ

---

[1]) cf. Isaac. Tzetz. in Crameri Anecd. Par. I p. 60, 23—25, qua definitionem ipso ut videtur commentario inspecto amplificavit p. 61, 17—1

[2]) οὐ inserui.

[3]) cf. Westphal Metrik I² p. 135.

[4]) cf. Westphal Metrik I² p. 175 adn.

describendis (p. 60, 11—21) maximam partem compilavit commentarium I, deinde totum se dedit alteri commentario, sed non ita, ut non interdum velut in τῶν ἀτάκτων μέτρων descriptione (p. 64, 10—18) utriusque commentarii verba confunderet. Verum illa ipsa carmina cum dicat ἅπερ μέτρῳ γέγραπταί τινι οὐ τεταγμένῳ, luce clarius est, id quod vel per se augurari licet, non aliam praesto fuisse Isaaco Tzetzae Hephaestioneam περὶ ποιήματος doctrinam atque nobis perhibetur. Scholiis quoque usus est eisdem quae etiam nunc in familiae *B* codicibus leguntur: cf. Tzetz. l. c. p. 62, 31—32 et schol. p. IX 9—10; p. 63, 9—13 et schol. p. X 14—15; p. 64, 16—17 et schol. p. XIII 13—14; p. 64, 21 et schol. p. XII 9—11; p. 64, 29—31 et 87, 26—88, 1 et schol. p. XIII 14 sqq. Et a commentariis et a scholiis recedunt ea, quae Is. Tzetzes p. 65, 16—18 de monostrophis et epodicis profert, neque quae carminum epodicorum enarrationi p. 66, 8—25 respondeant in eis quae extant scholiis deprehenduntur. Verum probabilius esse haec ex scholiis Pindaricis sumpta esse quam ex scholiis Hephaestioneis hodie deperditis infra demonstrabo.

De Demetrio Triclinio non habeo quod addam. Usus est altero περὶ ποιήματος commentario non raro in fabulis Aeschyleis, Sophocleis, Euripideis interpretandis. Ne in posterum illius auctoritate ad coniecturas fulciendas abuterentur, exscripsi illos locos integros in commentariorum editione.

## § 3.

### De commentarii I auctore.

De Pauwii sententia supra p. 15 adumbrata pluribus disputare operae pretium non est, atque etiam Gaisfordium, cum l. c. p. 114 adn. priorem commentarium totum a stolido quodam interpolatore ex altero excerptum esse censeret, perperam iudicasse post Augusti Rossbachii[1]) curas copiose explicare super-

---

[1]) De Hephaestionis Alexandrini libris (Vratisl. 1857) p. 14 sqq.; cf. etiam Westphal Metrik I² p. 187.

vacaneum est. Nam ut quae minoris momenti sunt omittam, neque carminum κατὰ στίχον neque κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῶν neque μικτῶν συστηματικῶν neque μικτῶν κατὰ σχέσιν descriptiones, quae in priore commentario insunt, ex altero potuisse derivari rectissime vir doctus demonstravit. Denique ne ea quidem, quae p. IV 14—16 de μετρικοῖς ἀτάκτοις referuntur, ex altero commentario (p. XII 5—6) esse profecta ipse p. 24 sq. evici.

Pluribus disputandum est de Hensii opinione ab ipso subtiliter explicata, quam nemodum dedita opera examinavit. Hensius in tres partes a diversis auctoribus confectas commentarium I divellit hasce:

1) p. III 1 — IV 5 et p. IV 14 — V 3 reliquas esse dixi extremi capitis enchiridii,
2) p. IV 6 — 13 epitomatoris vel grammatici additamenta
3) p. V 4 — VII 4 esse particulam quandam ad verbur usque ex Heliodori enchiridio depromptam.

Primum gravissime offendimur eis, quae Hensius l. c p. 152 de media commentarii parte protulit. Nam per mirum sibi finxit Hensius grammaticum. Etenim cum capu περὶ ποιήματος casu mutilatum supplere animo proposuisse non usurpavit ampliora Hephaestionis opera, sed ad Heliodoı libros refugit. Neque vero satis habuit Heliodori scrini compilasse, sed τοῖς ἀπολελυμένοις omissis nonnullorum alioruı generum descriptiones ipse excogitavit. Attamen eas quc que indidem, unde ceteras hausit, depromere ei licuit. Naı si omnino de carminum generibus Heliodorus in enchiridi verba fecit, fecit certe de generibus κατὰ σχέσιν, ἀπολελ μένοις, ἐξ ὁμοίων. Minime talem supplendi rationem ex moı grammaticorum fuisse, profitebuntur harum rerum perit quod si concesseris oritur iam suspicio grammaticum illum vera nusquam extitisse. Porro ad eum quem Hensius volı commentarii I defectum expediendum statuamus neces est casum ab omni veri similitudine abhorrentem. Larg amur paulisper, quod vix quisquam largietur, uno vel cor pluribus foliis deperditis commentarii I finem esse detru catum, quonam casu plane mirifico ex medio illo defec quasi rudera remanserunt μετρικὰ ἄτακτα? Hensius quomoc

hanc difficultatem sane gravissimam dissolvat frustra circumspexeris.

Neque opus est grammatico ad τῶν ἀπολελυμένων defectum explicandum: cuius ansam potius ex librariorum incuria repetendam esse arguitur verbo καταμετρεῖσθαι, quod ultimum esse descriptionis τῶν ἀπολελυμένων cuivis semel admonito apparet. Quin etiam ne Hensius quidem a grammatico consulto omissam esse hanc speciem suspicari debuit (l. c. p. 155). Nam certe qui de industria haec omisit, idem non potuit recipere p. IV 3 sq. τὰ δὲ ἀπολελυμένα aut p. V 4 sq. μέρος δέ τι ἀπολελυμένον.

Subtilior visa est Hensio μετρικῶν ἀτάκτων descriptio, quam quae grammatico illi vindicari posset, verum explicationem ἐξ ὁμοίων ei tribuere non haesitavit. At supra ab eodem originem duxisse p. IV 12—13 voces οὔτε ὑπὸ στίχου οὔτε ὑπὸ συστήματος καταμετρούμενα atque p. IV 15—16 voces οὔτε κατὰ στίχον οὐδὲ συστηματικά ad liquidum perduxi. Ibidem quam arte hae definitiones cum carminum κατὰ σχέσιν explicatione p. IV 6 κατὰ σχέσιν μέν ἐστιν, ὅσα μετρεῖται ὑπὸ συστήματος[1]) cohaereant, demonstravi. En iam ad eundem cedunt auctorem omnia inde a pag. IV 3 usque ad V 3. Neque vero alia desunt vincula, quibus singulae commentarii partes in unum constringantur. Equidem certe nunquam mihi persuadebo ex his definitionibus

| p. III 14—15: | p. V 4—5: |
|---|---|
| Μικτὰ δὲ ὅσα μέρος μέν τι ἔχει ὑπὸ στίχου καταμετρούμενον, μέρος δέ ⟨τι⟩ συστηματικόν | Μικτὰ δὲ ὅσα μέρος μέν τι ἔχει κατὰ σχέσιν, μέρος δέ τι ἀπολελυμένον ἢ ἐξ ὁμοίων |

priorem esse Hephaestioneam, Heliodoream alteram. Eidem auctori atque μικτῶν συστηματικῶν descriptionem tribuit Hensius explicationem μικτῶν κατὰ σχέσιν p. VI 19—21:

---

[1]) Parum caute Westphalius scripsit ὑπὸ ⟨τοῦ αὐτοῦ⟩ συστήματος; quae coniectura et eis quae supra dixi redarguitur et eo, quod in carminibus κατὰ σχέσιν non necesse est omnia systemata esse paria, sed in eorum ordine conspici σχέσιν quandam; cf. etiam Caesar in em. Heph. II p. XIV et Hense l. c. p. 152.

Μικτὰ δὲ κατὰ σχέσιν ἐστίν, ὅσα ἐκ μερῶν ἐστιν, πάντων μὲ κατὰ σχέσιν, ⟨ἀν⟩ομοίων δὲ ἀλλήλοις κατὰ τὴν ἰδέαν, ἐκ τ ἐπῳδικῶν καὶ μονοστροφικῶν ἢ κατὰ περικοπήν.

Atque optimo hoc fecit iure. Nam non solum utroqu loco similem in modum sermo est de μέρεσιν, sed etiam, i quod gravius est, cum et p. V 4—5 et p. VI 20—21 exempl petantur a tribus illis generibus, quae supra primo, alter tertio loco enumerata erant, utroque loco illud deest, quo Graeci vocabulo „οἷον", Latini „velut", Germani „zum Beispiel significare solent, ita ut, si quis verba premere velit, neut definitio recta dici possit. Quoniam autem unus atque ide condidit capita p. III 14—15 et p. V 4—5, efficitur omn tres illas τῶν μικτῶν definitiones ab eodem homine es profectas.

Neque minus insignis est similitudo, quae interced inter κοινὰ συστηματικά et κοινὰ κατὰ σχέσιν

| p. V 6—9: | p. VII 1—4: |
|---|---|
| Κοινὰ δὲ ὅσα καθ' ἑτέραν μὲν ἰδέαν γέγραπται τοῦ συστήματος, δύναται δὲ καὶ καθ' ἑτέραν γεγράφθαι δοκεῖν. οἷον φέρ' εἰπεῖν ἐξ ὁμοίων ὄντα ⟨δύναται ταῦτα καὶ⟩ κατὰ σχέσιν γεγράφθαι δοκεῖν. | Κοινὰ δέ ἐστι κατὰ σχέσ ὅσα καθ' ἑτέραν μὲν ἰδέαν τ κατὰ σχέσιν γέγραπται, δύνα δὲ καὶ καθ' ἑτέραν γεγράφθ δοκεῖν. οἷον εἰ μονοστροφικ γραφὲν δύναται τοῦτο καὶ ἐπ δικῶς γεγράφθαι δοκεῖν. |

Neque Hensius negavit haec capita ab eodem esse co dita, sed diversum esse affirmavit eorum scriptorem ab qui priorem commentarii partem concepisset. Cum en eum qui capita p. III 1—IV 5 condidisset, ad strophas sig ficandas usum esse vocabulo sollemni σύστημα, eum a q p. V 4—VII 4 oriunda essent, artis vocabulo περίοδος censer p. V 6 τοῦ συστήματος expungere voluit. Attamen ut tera verba accuratissime inter se respondent, sic non li ea delere, quae verbis τῶν κατὰ σχέσιν respondeant. Im scribendum est aut τῶν συστηματικῶν aut, quod propius lectione tradita abest, τοῦ συστηματικοῦ sc. γένους, quod alter defenditur commentarii II verbis p. XX 10—11 Μικτὸν . ποίημα, ἐν ᾧ ἐστι μέρη τινά, ἅπερ ἔφαμεν εἶναι τοῦ κατὰ σχέ

εἴδη. Adde quod Hensius grammaticum, in quem insipidi huius glossematis culpam transtulit, nusquam nobis ostendit. Porro quonam iudicio praeditus erat grammaticus ille, quem Hensius statuit? Excogitavit ille, Hensium si sequimur, haud illepide definitiones carminum κατὰ σχέσιν et ἐξ ὁμοίων: num idem hic non voces τῶν συστηματικῶν, sed τοῦ συστήματος, quae verba omni idoneo sensu carere Hensius ipse confitetur (p. 147), addidisse putandus est? Immo statuamus ipsis illis verbis τοῦ συστήματος universam illam partem, quam Heliodoro vindicavit Hensius, artissime cum capitibus antecedentibus conecti.

Accedit aliud. In altero commentario semper μικτῶν vel κοινῶν nomini eius ad quam spectant speciei nomen diungitur atque idem fit in commentario I in μικτοῖς κατὰ χέσιν et κοινοῖς κατὰ σχέσιν. Contra deest speciei nomen ariter in prima et altera μικτῶν et κοινῶν classe: quam neglegentiam quin idem homo commiserit me iudice dubitationi xemptum est. Attamen Hensius alii vindicavit p. IV 4—5, lii p. V 4—9.

Postremo percurras singulorum capitulorum initia haec:

I. Τῶν ποιημάτων τὰ μέν ἐστι . . ., τὰ δὲ . . ., τὰ δὲ. . .
Κατὰ στίχον μέν, ὅσα . . .
συστηματικὰ δὲ ὅσα . . .
μικτὰ δὲ ὅσα . . .
κοινὰ δὲ ὅσα . . .

II. Τῶν δὲ συστηματικῶν τὰ μέν ἐστι . . ., τὰ δὲ . . ., τὰ δὲ. . . .
Καὶ κατὰ σχέσιν μέν ἐστι, ὅσα . . .
ἐξ ὁμοίων δὲ ὅσα . . .
μετρικὰ δὲ ἄτακτα ὅσα . . .
μικτὰ δὲ ὅσα . . .
κοινὰ δὲ ὅσα . . .

III. Τῶν . . . κατὰ σχέσιν τὰ μέν ἐστι . . ., τὰ δὲ . . ., τὰ δὲ . . .
Τὰ μὲν οὖν μονοστροφικά ἐστιν, ὁπόσα . . .
τὰ δὲ κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῆ . . . . ἔχει . . .
ἀντιθετικὰ δὲ ὅσα . . .
μικτὰ δὲ κατὰ σχέσιν ἐστίν, ὅσα . . .
κοινὰ δέ ἐστι κατὰ σχέσιν, ὅσα . . .

Verum ne longus sim, iam satis puto apparuisse ta per totum commentarium et in argumenti dispositione dicendi genere conspici aequalitatem, quanta haudquac eo oriri potest, quod duorum hominum libelli a tertio dam ipsis auctorum verbis accuratissime servatis in corpus conglutinantur. Hoc saltem quivis concedat ne est, si re vera complures auctores in commentario illo scripti sunt, tertium illum hominem eorum verba non consuisse, sed proprio iudicio usum adeo confudisse immutasse, ut novum quendam libellum effecerit.

At, inquis, cur tandem Hensius commentarium, capitula tam firmis inter se copulentur vinculis, in d sorum auctorum fragmenta dissolvendum esse censuit? solum attulit, quod partes specierum quarundam τῶν σ ματικῶν in epodicorum et τῶν κατὰ περικοπὴν ἀνομοιο descriptionibus vocarentur non συστήματα, sed περίοδοι. primum quidem epodicorum enarrationi vocabulum πε festinantius inseruit. Nonne eodem iure p. VI 3 ad α ἑκατέρωθεν suppleri potest vox στροφαί? Immo com datur hoc vocabulum eo, quod etiam ad ἡ ἐπῳδός supplendum est vox περίοδος, sed στροφή; cf. Crusiu comment. philol. Ribbeckio oblatis (Lips. 1888) p. 20. etiam meae magis coniecturae monostrophicorum expla Nam monostrophica cum appellentur, non quae ὑπὸ φῆς,[1]) sed quae ὑπὸ μιᾶς στροφῆς καταμετροῦνται, di opponuntur carminibus epodicis, quae quodammodo μετροῦνται ὑπὸ πλειόνων στροφῶν εἰς ἓν σῶμα παραληφθε cf. III 5 ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ μέτρου et III 12 ὑπὸ πλειόνων μ εἰς ἓν σῶμα παραληφθέντων. In altero commentario p. X carmina epodica plane dicuntur ᾄσματα κατὰ περικοπήν.

Restat igitur unus locus neque is admodum offen est. Etenim non habemus una artis locutiones κατὰ σύ et κατὰ περίοδον, sed illud solum premit Hense, quod κοπῶν partes vocantur περίοδοι, cum carmina κατὰ περι ἀνομοιομερῆ speciem efficiant carminum κατὰ σχέσιν,

---

[1]) cf. p. III 7. 14. 16; IV 6. Fortasse ad vocabulum μιᾶς a dum etiam nomen μονοστροφικά aliquid valuit.

ipsa dicuntur species τῶν συστηματικῶν. At mihi quidem περίοδοι hic non videntur sollemniter dictae de certa quadam compositione metrica, sed ita περικοπαῖς oppositae esse, ut solas earum partes metrorum mutatione effectas significent. Similem in modum in commentario II quamquam περικοπῶν partes nuncupantur p. XX 1 sqq. συστήματα, tamen p. XXVII 14 universa compositio appellatur σύστημα κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερές, neque aliter, cum p. VII 8 sqq. κῶλα dicantur ea metrorum μεγέθη, quae ἀκατάληκτα ὄντα tribus syzygiis minora sunt, p. XXXI 1 vocabulo κῶλα significantur in fabulis eae stropharum partes, quae fabulantium alternationibus efficiuntur. Vide etiam, quae de pericopae usu Heliodoreo et de periodi colique usu a metricis latinis observato infra pluribus disputabo.[1]) Sed utut hoc est, ipso vocabuli περίοδος in commentario I usu Hensii coniectura redarguitur. Etenim in eodem commentario haec inest carminum ἐξ ὁμοίων descriptio p. IV 11—13: ἐξ ὁμοίων δὲ ὅσα ἐκ τοῦ αὐτοῦ ποδός ἐστιν ἢ τῆς αὐτῆς συζυγίας ἢ τῆς αὐτῆς περιόδου ἀρχικῆς.

Vim in hac paragrapho vocabulo περίοδος subiectam diversam esse ab ea quae p. VI 9 sqq. deprehenditur cuivis apparet; quae sit notio bene describit scholiasta p. XIII 17—19 his verbis περίοδος δέ ἐστιν ἡ ἐκ διαφόρων ποδῶν ἐν τῷ στίχῳ σύνθεσις, οἷον δακτύλου τροχαίου, ἀναπαίστου ἰάμβου καὶ εἴ τι τοιοῦτον.[2]) Ac primum ne quis eundem auctorem in eodem

[1]) cf. praeterea vocabuli περικοπή vim in schol. p. XIV 20—21 et apud Isaac. Tzetzam in Crameri An. Par. vol. I p. 106, 5 sqq.

[2]) Ex tribus scholiastarum explicationibus ea quam exscripsi commendatur et scholii illius in quo inest auctoritate ad ipsius Hephaestionis εἰσβολήν nos revocantis et re ipsa; cf. etiam Westphal Allgemeine Metrik ed. III p. 189 et Georgium Amsel De vi atque indole rhythmorum quid veteres iudicaverint (in Breslauer philolog. Abhandl. vol. I fasc. 3) p. 50 sq. et Guil. Christ in Abhandl. d. Muench. Akad. philos.-philol. Kl. vol. XI (a. 1868) p. 143 sqq. Altera definitio p. XIV 13 περίοδός ἐστι ποδικὴ ἐν τρισὶ ποσὶ καταρίθμησις κτλ. ipsius scholiastae ingenium sapit. Verbis οὐκ ἐπιφερομένης τινὸς ἀντιστρόφου, ἀλλ' ὥσπερ ἀδιαφόρως εἰ τύχοι τριμέτρων δύο καὶ ἑνὸς τετραμέτρου καὶ μονομέτρου καὶ ἑξῆς ὁμοίως, ἀδιαφόρας οὔσης τῆς αὐτῶν ποσότητος· περίοδος γὰρ ἡ ἐκ διαφόρων κώλων περικοπή bene περίοδος describitur, verum non ea, de qua in

commentario eodem vocabulo περίοδος diversum in modum usum esse neget, ascitum volo Heliodorum, in cuius colometria Aristophanea in schol. Pac. 775 haec leguntur: μεταβολὴ εἰς μονοστροφικὴν δυάδα, ἐννεακαιδεκακώλους (corr. Thiemann) ἔχουσαν τὰς περιόδους, ὧν τὸ α' δακτυλικὸν πενθημιμερές, τὸ β' περίοδος προσοδιακή κτλ.: cf. eundem in schol. Nub. 457. Sed in commentario duplicis notionis etiam insigne superest indicium vocabulum ἀρχικῆς. Nam licet de vi illi subiecta ambigas,[1]) hoc certum atque exploratum est spectare illud non ad omnia tria nomina, sed ad unum vocabulum περίοδος. Atque collatis commentarii II verbis p. XIII 6—XIV 1 ἐξ ὁμοίων δέ ἐστιν, ἅπερ ὑπὸ ποδὸς ἢ συζυγίας ἢ περιόδου καταμετρεῖται et p. XXIV 3—4 ἀπεριόριστα μὲν ὁπόσα ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ποδὸς ἢ τῆς αὐτῆς συζυγίας καταμετρούμενα ἢ περιόδου non dubito, quin commentarii I scriptor vocabulum ἀρχικῆς addiderit, ut hanc periodum distingueret ab ea, quam postea p. VI 9 sqq. allaturus erat.

Ergo statuendum est eam certe commentarii I formam quae in codicibus legitur, unius hominis ingenio deberi quaeritur num homo ille fuerit Hephaestio. Neque enim cum Hephaestione auctore pugnat, quod supra commentarium ex ampliore enarratione excerptum esse ex scholiis alteri περὶ ποιήματος commentario adnexis conclusimus. Hephaestio ut asynartetorum explicationem ex maiore enchiridio, quod tribus constabat libris, festinanti calamo excripsit, simili via in poematum generibus describendis ingredi potuit. Singulas igitur quibus haec quaestio dissolvi queat rationes ex ordine percenseamus.

---

carminibus ἐξ ὁμοίων p. IV 12, sed ea de qua in carminibus κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερέσιν p. VI 9 sqq. agitur, nisi quod scholiasta, quoniam carmina ἐξ ὁμοίων interpretabatur, colorum solam quantitatem diversam diserte commemoravit. Caesar cum in emend. Heph. II p. XVIII pr. ἢ ἐκ διαφόρων κώλων scribendum esse censeret ἢ ἐκ διαφόρων ποδῶν rationem, quae inter duo illa enuntiata intercedit, praepositione γάρ luculenter illustratam perperam delevit.

[1]) Aliunde mihi περίοδος ἀρχική non innotuit; cf. Guil. Christ Metr. ed. II p. 87.

Quod στίχος et κῶλον in enchiridio quoque insunt (p. 47, 8 sqq. W. alias), nihil refert, cum his vocabulis apud omnes fere disciplinae metricae scriptores usitatissimis certa definitio nusquam addatur. Locutio κατὰ στίχον in enchiridio ne semel quidem legitur, sed similis notio illic subest vocabulo συνεχής; cf. p. 28, 4; 30, 1 W. alias. Ex carminum generibus in commentario explicatis in enchiridio una significatur compositio ἐξ ὁμοίων. Nam si quidem Hephaestioni ex usu erat in singulis metris explanandis singula μεγέθη ordine ita perlustrare, ut aut a minimo ad maximum ascenderet aut ab amplissimo ad minora deinceps progrederetur, ad illud quod dixi compositionis genus referendum est, quod in ionicis a minore describendis, ante quam ad μεγέθη procederet (p. 38, 20 W. τῶν δὲ ἐν τῷ μέτρῳ μεγεθῶν κτλ.), haec praemonuit (p. 38, 12) Καὶ ὅλα μὲν οὖν ᾄσματα γέγραπται ἰωνικά κτλ., neque secus in metro paeonico μεγέθεσιν absolutis haec adiunxit (p. 43. 6 W.) Δεδηλώσθω δὲ ὅτι καὶ ὅλα ᾄσματα κρητικὰ συντίθεται κτλ.

De commentarii igitur auctore ex Hephaestionis in enchiridio praeceptis nihil discimus; neque plus lucri facimus ex dicendi genere quod in enchiridio inest cum commentarii sermone comparato. Ex eis, quae apud utrumque concinunt, haec sola cuipiam notatu digna videantur: p. III 7 τὸ Καλλιμάχειον ποιημάτιον et IV 18 τὸ Σιμωνίδειον ἐπίγραμμα: cf. ἐγχ. p. 17, 17 W. τὰ Ἀνακρεόντεια ᾄσματα et 29, 2 τὸ τετράμετρον τοῦτο τὸ Ἀριστοφάνειον; p. III 7 τὸ . . . ποιημάτιον: cf. ἐγχ. 27, 18 ὅλον ποιημάτιον; p. IV 16 ὁ Μαργίτης ὁ εἰς Ὅμηρον ἀναφερόμενος: cf. ἐγχ. 53, 22 ἐν τοῖς ἀναφερομένοις εἰς Ἀρχίλοχον Ἰοβάκχοις; p. IV 17 ἰαμβικά: cf. ἐγχ. p. 20, 13 ἀκέφαλον ἰαμβικόν, sed etiam ἰαμβεῖον p. 21, 9. In definiendi usu conferas: p. IV 6 alias Τὰ . . . ἐστίν, ὅσα . . .: cf. ἐγχ. p. 14, 17. 20. 15, 9. 14;[1]) p. VI 3 sqq. Τὰ . . . ἐστίν, ὅταν . . .: cf. ἐγχ. p. 7, 13. 9, 14. 10, 9; denique p. V 10 τοσαῦτα μὲν δὴ ταῦτα· πάλιν δέ κτλ.: cf. ἐγχ. p. 21, 19.

---

[1]) Perperam priorem capitis περὶ ἀποθέσεως μέτρων partem (p. 14, 16 – 15, 24) Hephaestioni abiudicavit Denig l. c. p. 28.

24, 7. 27, 17. 43, 13 sqq. 57, 7 sqq., sed etiam alii scriptores metrici, velut Tricha, saepissime huiusmodi formulis usi sunt.

Ex his locutionibus satis vilibus atque tritis quantum absit, ut de certo auctore quidquam colligi possit, neminem fugit. Omnino quae in commentario conspiciuntur cum orationis siccitas et tenuitas tum dilucida argumentorum dispositio et exponendi simplicitas, etiamsi bonam doctrinam sapiunt, uni Hephaestioni favere temere iudicavit Westphal (Metrik I² p. 187). Idem est apud Longinum, idem non raro apud Hephaestionis scholiastas, apud Choeroboscum, apud Aristidem Quintilianum alios. Aliquanto gravius est, quod in enchiridio legitur εἶδος p. 40, 15. 48, 16. 55, 20, in commentario ἰδέα p. V 6, VI 2. 20, VII 1. Nam etiamsi non solum apud Aristotelem, Dionysium Halicarnasensem alios promiscue haec verba in usu sunt, sed etiam apud Hermogenem, Hephaestionis fere aequalem, quamquam libellus ipse περὶ ἰδεῶν inscriptus erat, ipsae ἰδέα alias audiunt εἴδη (p. 266, 17. 21 in rhet. gr. ed. Speng vol. II)[1], scriptoribus tamen grammaticis et metricis sollemni γενῶν atque εἰδῶν[2]) distinctio admodum in deliciis erat. En habes μέτρα μονοειδῆ et ὁμοιοειδῆ,[3]) habes εἴδη τῶν ἐπιπλοκῶν, cum ipsae ἐπιπλοκαί efficiant τοῦ μέτρου τὸ ἀνώτατο γένος[4]), εἴδη τοῦ ἡρωικοῦ, εἴδη τοῦ παιωνικοῦ, εἴδη τῶν καταλήξεων[5]), habes denique ποιήματα μικτὰ γενικά et κοινὰ γενικά. Similiter usurpantur τρόποι, διαφοραί, παθή, sed ἰδέας nequ

---

[1]) cf. Herm. Baumgart: Aelius Aristides . . . (Leipz. 1874) p. 151 adn. 4 et p. 158. Rhet. gr. (W.) VII p. 870, 6. 893 adn.; aliter scholiasta rhet. gr. VII 862, 2 ἰδέα δὲ εἴδους διαφέρει ὥσπερ γένος εἴδους καὶ ὁλ-μέρους.

[2]) cf. schol. Dion. Thr. (Bekk. An. gr. II) p. 661, 31 ἔστι δὲ γέν . . . τὸ κατὰ πλειόνων ἀνομοίων τοῖς εἴδεσιν . . . κατηγορούμενον.

[3]) Apud Dionysium Halicarnasensem rhetorem simul deprehendun μέτρα ὁμοιοειδῆ (de comp. verb. cap. XXVI p. 418 ed. G. H. Schaef Lips. 1808) et ἰδέαι μέτρων (ibid. cap. IV p. 52).

[4]) cf. e. g. schol. Heph. β p. 5, 7.

[5]) Arist. Quint. p. 34, 5. 35, 29 (ed. Jahn); sed etiam p. 35, 4 ἐπι- καὶ τῶν καταλήξεων τὰς διαφορὰς ἐπιδέχεται.

in Hephaestione neque in reliquis qui aetatem tulerunt commentariis metricis usquam deprehendi.

Singula commentarii capitula accurate perlustranti occurrunt haud pauca aut parum recte aut saltem parum sollerter dicta, quae ex parte viri docti corrigere perperam conati sunt, cum non librarium emendarent, sed scriptorem. p. V 4—5 et VI 20—21 neglegenter particulam οἷον omissam esse, supra docui. In κοινῶν descriptione p. III 16—17 Κοινὰ δὲ ὅσα ὑπὸ συστήματος μὲν καταμετρεῖται, αὐτὸ δὲ τὸ σύστημά ἐστι πληρούμενον, οἷά ἐστι κτλ. post σύστημα Westphalius inseruit ἐκ τῶν αὐτῶν μέτρων, alii alia proposuerunt. At nullo opus est supplemento. Immo scriptor paulo neglegentius ipsi definitioni statim exemplum admiscuit. Idem factum est et in altero commentario p. XV 3 sq. et non raro in scholiis Hephaestioneis velut p. 201, 22 sq. W. In eadem paragrapho leguntur haec: αὐτὴ δὲ ἡ διστιχία ὁμοία ἐστί; subtilius scribenti dicendum erat αὐτὴ δὲ ἡ διστιχία ἐξ ὁμοίων στίχων συνέστηκε — cf. quae respondent in commentario II p. X 4 τῷ ὅμοιον ἑκάτερον εἶναι τῶν ἐν τῇ δυάδι στίχων —, cum non id agatur, num διστιχίαι inter se pares sint, sed num στίχοι quibus constant eiusdem sint metri. Eodem referenda sunt p. VI 21 verba ἢ κατὰ περικοπήν, quibus Westphalius inconsiderate addidit ἀνομοιομερῶν. Cum in commentario I carminum κατὰ περικοπήν unum genus τὰ κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῆ commemorentur, licuit sane scriptori vocabulum illud omittere, at concedendum est eum etiam in hac re non ea usum esse diligentia, qua enchiridium insigne est.

Sed sunt etiam graviora. Quod neque in primo neque in altero μικτῶν genere describendo διάφορα εἴδη in his misceri adnotatur, fortasse non admodum vituperaveris, cum ipsa exempla proposita offensione careant, verum aegre ferimus, quod neque primae neque alteri μικτῶν et κοινῶν classi certum speciei nomen additur. Debuit profecto qui accurate scribere consueverat, omnibus octo locis p. III 4. 14. 16, IV 5, V 4. 6 certum speciei nomen adiungere non secus atque in commentario II re vera usu venit. In altera classe cum speciei nomen facile ex antecedenti συστηματικῶν nomine possit suppleri, haud scio an defectum excu-

saveris, sed p. III 4. 14. 16 ad μικτά vel κοινά adiectivum esse supplendum ex commentarii I verbis nemo dispicit, nedum cuiquam vocabulum γενικά in mentem venire possit. Tamen haec quoque certo speciei nomine indigent, ut a reliquis μικτῶν et κοινῶν generibus distinguantur, neque, qui alterius commentarii μικτὰ γενικά et κοινὰ γενικά respexerit, dubitabit, quin in fonte, quem consuluit commentarii I scriptor, ea fuerint nuncupata μικτὰ γενικά et κοινὰ γενικά. At nonne hoc vitium gravius videtur quam quod enchiridi scriptori imputemus?[1]) Quid quod carmina κατὰ σχέσι p. IV 6 dicuntur ὅσα μετρεῖται ὑπὸ συστήματος? quae definiti ad omnia carmina systematica quadrat. Secludi reliqu systematica enuntiato insequenti καλεῖται δὲ οὕτως κτλ., quo ipsum quodammodo definitionis partem efficit, conced verumtamen nonne universa haec explicandi ratio He phaestionis acumine caret? In commentario II eadem de scribuntur his verbis p. XII 1 Κατὰ σχέσιν . . . ἐστίν, δουλεύων ἀνταποδόσει καὶ ἀνακυκλήσει ὁ ποιητής γράφει, atq eandem vel eius consimilem enarrationem etiam comme tarii I scriptori notam fuisse inde conieceris, quod in μ τρικοῖς ἀτάκτοις (p. IV 15) compositio κατὰ σχέσιν diser renuitur verbis ἀνακύκλησιν οὐκ ἔχει. Verba οὔτε ὑπὸ στίχ οὔτε ὑπὸ συστήματος καταμετρούμενα (p. IV 12—13), et οὐ κατὰ στίχον οὐδὲ συστηματικά (p. IV 15—16) quibus scripto ratiocinationibus debeantur supra exposui, at gravissir offendunt in carminum descriptione, quae ipsa speciem τ συστηματικῶν efficiunt.

Postremo conferas commentarium I cum eis qu respondent commentarii II capitibus, quo in commenta tantum non semper nos ipsa Hephaestionis verba tene omnes consentiunt. Vocari in commentario I p. VI 9 s περιόδους, quae in altero p. XIX 6 sqq. sunt συστήματα, a pellari in commentario I ἰδέας, quae in altero audiunt εἴ

[1]) Non posse huiusmodi peccata inde explicari, quod in comm tario I tironum in usum conscripto Hephaestio brevitatis fuerit studio vix est quod moneam.

recte iam Hensius monuit. Adde quae de κοινοῖς et μικτοῖς, de carminum κατὰ σχέσιν et μετρικῶν ἀτάκτων descriptionibus disputavi, iam concedes non ipsa Hephaestionis verba in commentario I conspici. Attamen eundem utrique commentario subesse fontem et μετρικῶν ἀτάκτων explanationibus evincitur et similitudine, qua μονοστροφικῶν descriptiones insignes sunt. Sunt enim

| in com. I p. V 15—16 haec: | in com. II p. XVII 1—3 haec: |
| --- | --- |
| Τὰ μὲν οὖν μονοστροφικά εἰσιν,[1]) ὁπόσα ὑπὸ μιᾶς στροφῆς καταμετρεῖται. | Μονοστροφικὰ μὲν οὖν εἰσιν, ὁπόσα ὑπὸ μιᾶς στροφῆς καταμετρεῖται, καθάπερ τὰ Ἀλκαίου καὶ τὰ Σαπφοῦς καὶ ἔτι τὰ Ἀνακρέοντος. |

Quae cum ita sint, ut summam faciamus, de commentario I sic est iudicandum. Condidit illum homo quidam, qui ipse non mediocriter artem metricam callebat. Pro disputationis fundamento sumpsit eundem Hephaestionis librum atque commentarii II scriptor, qui libellus Choerobosco integer praesto fuisse videtur: quo fonte ea ratione usus est, ut nonnulla paulo neglegentius in artius contraheret, alia neque ea pauca ad ipsius arbitrium haud illepide et mutaret et adderet. Deprompsisse eum posteriorem commentarii partem inde a p. V 4 totam ad verbum usque ex Heliodori enchiridio Hensius suspicatus est:[2]) quam con-

---

[1]) Fortasse εἰσιν pro ἐστιν iam in communi fonte vitio scriptum erat; apud Hephaestionem et p. 8, 1 et p. 52, 4 pro εἰσιν scribere maluerim ἐστιν.

[2]) In priore commentarii parte cum Heliodoro auctore pugnant cum voces σύστημα et συστηματικός tum διστιχία p. IV 1—2, cum Heliodorus dicat aut δύο στίχους (cf. Heliodori colometriae Aristophaneae quantum superest ed. C. Thiemann (Halis 1869) schol. Ach. 626. Eq. 303, 382, 390. Nub. 1345) aut τὸ δίστιχον (schol. Ach. 303. Equ. 756 [lege τὸ ἔθιμον δίστιχον]. Nub. 476, 1353. Pac. 336). Praeterea Heliodorus pro locutione κατὰ στίχον utitur adiectivo στιχικός (l. c. schol. Pac. 1127), contra in commentario neque p. III 4 neque p. III 14 neque p. IV 15 adiectivum usurpatum est.

iecturam et ea, quae per totum commentarium I conspicitur, aequalitate et singulari similitudine, quae inter utriusque commentarii τῶν μονοστροφικῶν enarrationes intercedit, redargui demonstravimus. Certum Heliodori vestigium in tota illa particula ne unum quidem deprehenditur. Vocabulum ἰδέα in Heliodori fragmentis ne semel quidem deprehendi dixi; vocabulum περίοδος in Heliodori colometria sat est frequens, at tantum abest, ut solius Heliodori fuerit proprium, ut contra iam inde ab antiquissimis temporibus vocabula certe περίοδος et κῶλον[1]) una in scholis musicis Doriensium hominum circumlata sint. Inde fluxerunt et in artem rhetoricam[2]) et in disciplinam metricam. Neque ea tum inerat in hoc vocabulo vis, quae in carminum ἐξ ὁμοίων enarratione occurrit, sed non secus atque eo de quo disserimus loco significavit μέτρων συναγωγήν vel stropharum quoddam genus; quod cum ex aliis rebus tum ex colo opposito cognoscitur. Ut alia omittam, haec περιόδου notio deprehenditur apud Dionysium Halicarnasensem in libri, qui est de compositione verborum, cap. 19. 25. 26 (p. 261 sq.; 384; 418 ed. Schaefer) et in eius, quem scripsit de vi dicendi Demosthenis, cap. 5 (vol. VI p. 1110, 1 sqq. ed. Reiske). De metricis latin (cf. GL VI p. 59, 7. 295, 9) infra agam,[3]) verum ne ille qu dem scriptor nobis deest, qui, cum nunc quidem praet Hephaestionis enchiridium solus universam doctrinam metr cam graeco sermone continuo illustratam praebeat, in voc bulis potissimum sollemnibus summi semper momenti e Aristides Quintilianus. Neque enim Aristides, cum p. 37, (ed. Jahn) τὸ ἐκ μέτρων εὐπρεπὲς σύστημα nominari ποίη diceret, eam artis notionem, quae in commentario de q agitur inest, vocabulo σύστημα subiectam esse voluit, s illud solum denotavit ποιήματα constare (συνεστηκέναι) metris, non secus atque antea docuerat metra constare

---

[1]) κόμμα paulo festinantius apud Suidam v. Θρασύμαχος inser voluit Fritzschius in Luciani opp. edit. (Rostoch. 1882) vol. III 2 p. XC cf. eundem de numeris orationis solutae (Rostoch. 1875) p. 7 sqq.

[2]) v. Suid. l. c.

[3]) cf. etiam Festum s. v. perihodos.

pedibus (p. 32, 5),[1]) pedes ex syllabis (p. 31, 8)[2]), rhythmum ex temporibus (p. 21, 4).[3]) Sed idem vocabulo περίοδος pariter atque Heliodorus usus est cum p. 59, 17 et 60, 15 tum p. 55, 8 τὰ ἐκ τούτων κόμματα καὶ κῶλα καὶ περίοδοι καὶ μέτρα. Ex posterioribus excitavit Maximum Planudem in rhet. gr. (Walz) vol. V p. 510, 4 sqq. et Ioan. Tzetzam in Crameri An. Ox. III p. 343, 21 iam Guil. Christ in Abhdlg. d. Muench. Acad. vol. XI (a. 1868) p. 138; eodem pertinet Is. Tzetzes in Crameri An. Par. I p. 106, 3 (cf. Tricha p. 59 ed. Furia. Lips. 1814). Ergo inde ab arte musica Graecorum efflorescente usque ad duodecimum saltem p. Chr. n. saeculum omnibus fere musicis metricisque ea quae in commentario in carminum κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῶν descriptione legitur vocabuli περίοδος notio in usu erat. Heliodoreum fuisse hoc dicendi genus recte dixit Hense, sed pariter atque in locutione ὁ ἴαμβος pro senario iambico usurpata nescio quo pacto neglexit eandem consuetudinem etiam multis aliis fuisse. Minime igitur hoc solo periodi usu efficitur commentarii scriptorem Heliodori libros compilasse: hoc unum concesserim eum, ut in hoc potissimum genere periodi vocabulum seligeret, adductum esse cum eo, quod vocabulum σύστημα etiam toti carmini κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερεῖ appellando inserviebat (v. p. XXVII 14), tum eo, quod Heliodori colometria Aristophanea — nam ad parabasin hoc genus spectare in propatulo est — vocabula περικοπή et περίοδος quodammodo coaluerant.

Westphalius et in commentarii I exitu et in alterius initio lacunarum signa posuit, in commentariorum interpretatione (Metrik I[2] p. 186) commentarium I in fine, alterum in initio mutilatos esse professus est. Aeque Hensius l. c. p. 155 inter priorem alterumque commentarios casu nonnulla folia in archetypo interiisse censuit. Attamen in com-

---

[1]) cf. e. g. Choerobosc. p. 34, 16.

[2]) cf. Guil. Hoerschelmann Ein griech. Lehrbuch der Metrik (Dorpat 1888) p. 25 sqq. 46 sqq. 65 sqq.

[3]) cf. Aristoxen. in Westphal. griech. Rhythmik ed. III (Lips. 1885) p. 119 καὶ ἔστι ῥυθμός ... σύστημά τι συγκείμενον ἐκ τῶν ποδικῶν χρόνων.

mentarii I exitu remansit non solum enuntiatum integrum sed illud ipsum enuntiatum capitis alicuius est conclusi caput ipsum amplae enarrationis — nempe carminum κατ σχέσιν descriptionis — est extremum. Ergo de casu cog tare fere absurdum est, et ne alterius quidem commenta principium casu esse detruncatum infra demonstrabimu Contra qui commentarium I conscripsit, cum ex amplio illa enarratione ab Hephaestione appendicis loco enchirid subiuncta, de qua dixi p. 20 sqq., ea, quae gravissima tironibus maxime accommodata esse videbantur, excerper et quasi ultimum caput enchiridio adiungeret, optime fine fecit, postquam carminum κατὰ σχέσιν species omnes a solvit. Cetera ut aut nimis impedita aut parum usitata, nimium discipulis onus imponeret, omisit. Quin etiam ip huius rei testis est. Nam verba p. V 11 πάλιν δὲ ἕκαστα τ προειρημένων ὑποδιαιρετέον, quae parum recte Hensius, coniecturae ab ipso excogitatae adaptaret, in πάλιν δὲ ἕκασ ⟨τῶν τριῶν πρώτων⟩ τῶν προειρημένων ὑποδιαιρετέον defle non scripsisset, si ultra carmina κατὰ σχέσιν procedere animo habuisset. Neque enim μετρικὰ ἄτακτα neque μι συστηματικά neque κοινὰ συστηματικά in commentario II species digeruntur neque omnino digeri possunt. Sed c postea reliquis generibus neglectis illud unum verbis a plexurus esset, quod praecipuum erat, indiligentius in u versum illorum generum singula rursus in species distri posse dixit.

Universa commentarii I indoles doctrinam bonam ae temque haud nimis recentem sapit. Eam quae in nost codicibus legitur enchiridii recensionem diversam esse ab qua utebatur Choeroboscus, quae iam ipsa mendis laboral quibus nostri codices carent, demonstravit Voltzius.[1]) Itac quoniam Longinum, Aristidem Quintilianum, Atilium For natianum, Marium Victorinum doctrinam περὶ ποιήματος I necessaria artis metricae parte habuisse supra ostendi, ci

---

[1]) De Helia Monacho, Isaaco Monacho, Ps.-Dracone (Argen 1886) p. 16. Accuratius de enchiridii Hephaestionei apud Choerobosc memoria alio loco agam.

neque Choeroboscus ἕτερον illud πόνημα περὶ ποιήματος interpretatus sit neque in reliquis Byzantinorum tractatibus doctrinae περὶ ποιήματος vestigia extent, veri est simillimum commentarii I scriptorem, qui inscriptione Ἡφαιστίωνος μετρικῆς εἰσαγωγῆς περὶ ποιήματος hanc de carminum generibus enarrationem tam arte enchiridio adnexuit, Choerobosco fuisse antiquiorem. Certum nomen proferre non iam licet. De Oro enim nihil fere traditum habemus neque ex certis illis formulis, quibus breve Longini prolegomenon fragmentum (schol. Heph. β p. 1, 1—5, 5) insigne est velut αὖ πάλιν, ὡς ὅταν εἴπω, ἔτι τοίνυν, ὅτι δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, in commentario ulla inest. Contra vocabulum ἰδέα, quo commentarii scriptor utitur, et a Longino et a reliquis, quod sciam, artis metricae scriptoribus alienum est.[1])

## § 4.
## De commentarii II auctore.

Contineri commentario II libellum Hephaestioneum, sed passim a grammatico quodam foede interpolatum atque depravatum Westphalius et Caesar certis argumentis evicerunt. Recte tribuit interpolatori enuntiatum p. VIII 2—3 ἑξαμέτρου .... κοινωνία Caesar, quod et Isaaco Tzetzae et scholiastis praesto erat; p. IX 3 et 7 pro κοινὰ συστηματικά iam Godofr. Hermannus in el. doctr. metr. p. 26 scripsit κοινὰ γενικά, tamen κοινὰ συστηματικά legerunt et Tzetzes et scholiastae. Apud Hephaestionem utroque loco scriptum fuisse suspicor solum vocabulum κοινά, cum generis nomen ex proxime antecedenti locutione μικτὰ γενικά facile suppleretur.[2]) Interpolator fal-

---

[1]) Recensionum cognationem hoc fere stemmate repraesentaveris:

Choerobosci codices: ἐγχειρ. et βιβλίον Heph. integrum cum scholiis — ἐγχειρ. et comm. I (cum scholiis?)

Codicum nostrorum archetypus. Qui eum confecit, ex Choerobosci libris in fine addidit βιβλίον fere integrum, nisi quod nonnulla ipsius iudicio usus immutavit.

[2]) Indidem etiam commentarii I μικτά et κοινά p. III 14 et 16 facilius explicaveris.

sum nomen συστηματικά addidit simili ratione ductus atq p. XXVII 2 sq. ad τὰ μέν adiunxit vocabulum ἐφύμνια, ad τὰ vocabulum ἐπιφθεγματικά. Idem quomodo τῶν μετρικῶν ἀτάκτ descriptionem corruperit illustravi p. 24 sq. Emendaveri ipsius grammatici verba parum subtiliter scribentis We phalius, cum p. XIII 6 τοῦ αὐτοῦ et τῆς αὐτῆς inserer quae neque Tzetzae neque scholiastis nota sunt, Hensi cum p. XXVIII 5 ante κομμάτιον suppleret καὶ πρῶτον μὲν p. XXI 1 vocabulum συστήμασιν pro εἴδεσιν ab excerptore scr tum esse recte mihi videtur Hensius coniecisse; neque dubi est, quin ab eodem nonnullae huiusmodi locutiones ve p. XI 11 περὶ ὧν ἐροῦμεν, p. VIII 4 ὡς προιόντες δείξομεν ditae sint. Idem videtur conformasse enuntiatum p. X 8 s Δεδειγμένου δὲ ἡμῖν τί τέ ἐστι στίχος καὶ τί κόμμα καὶ τί κῶ καὶ τί σύστημα, in quo κῶλον ante κόμμα collocare debui Sed etiam in genere dicendi nonnulla mutavit, etsi in re quantum ingenio suo indulserit non iam ad amus dici potest. Velut in enchiridio quamvis permulta p ferantur exempla iis neque verba καθάπερ (p. XVII 2; XX aut λόγου χάριν (p. XX 11; XXIV 10) praemittuntur ne καὶ τὰ ἑξῆς (p. XIV 12; XXI 6) subiunguntur. In comm tario p. XIV 1 legitur ὡς ἐν τῷ παρ' Ἀλκαίῳ ᾄσματι, p. XX οἷόν ἐστι τὸ παρὰ Σαπφοῖ; Hephaestio maluit dicere π Πραξίλλῃ ἐν διθυράμβοις (p. 11, 16 W.) aut οἷόν ἐστι καὶ Καλλιμάχου (p. 21, 1 W.) vel simile quid. Indidem ex caverim, quod in commentario et verbum καλεῖν (cf. e p. VII 10) et προσαγορεύειν (p. IX 2; XXVIII 9) in usu si cum in enchiridio solum verbum καλεῖν circiter quinqua legatur. Illud quoque ex grammatici illius neglegentia pediverim, quod p. XIII 4 scriptum est ὁ Μαργίτης Ὁμή cum in commentario I p. IV 16 insit ὁ Μαργίτης ὁ εἰς Ὅ ρον ἀναφερόμενος.[2]) Idem titulum Ἡφαιστίωνος περὶ ποιημά libello praefixit, etsi Hephaestio sine dubio περὶ ποιήμα

[1]) Idem neglegenter p. XVIII 3 περιῳδικά ante παλινῳδικά c cavit.

[2]) Ex metricis latinis, quorum principem auctorem Heliodo sumere consuevimus, nemo cum priore commentario facit; cf. GI p. 68, 14 sqq. 79, 12; 133, 31; 286, 3; 633, 28; 634, 5.

scripserat. Denique amputavit consulto libri Hephaestionei initium, in quo et ea, quae scholiasta p. XIII 14 sqq. refert et Hephaestionis de enchiridio testimonium, quod commemorat Choeroboscus p. 35, 11 sqq., lecta esse probabile est. Exitum num praeciderit ambigitur. Etenim cum verba καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον (p. XXIX 2) tum καὶ ἑτέροις τισί, περὶ ὧν λέξομεν (p. XXX 8) significare videntur Hephaestionem etiam plures notas 'enarrare in animo' habuisse.[1]) At primum quidem accedit ad notas in lyricis carminibus usurpatas in fabulis diple ἔσω νενευκυῖα, accedunt praeterea quasi novae notae copulationes vel ex paragrapho et dipla vel ex geminis diplis oriundae[2]), tum tota notarum metricarum doctrina hoc capite exhausta esse videtur et quae notae metricae praeter quinque illas quae enarratae sunt in censum venire possint ne suspicari quidem licet. Itaque plura fuisse in Hephaestionis libro nego, praesertim cum dubium sit an in eis quae exscripsi verbis excerptor aliquid mutaverit.

Μικτῶν συστηματικῶν descriptionem p. XV 1—5 utpote plane perversam recte Westphalius (Metrik II² p. 267) tribuit interpolatori, qui etiam in μικτοῖς κατὰ σχέσιν (p. XX 10—12 sq.) exempla attulit non admodum idonea et ne illic quidem διάφορα misceri εἴδη professus est. Fingere voluit fortasse μικτὰ συστηματικά ad similitudinem μικτῶν κατὰ στίχον. Luculentum interpolatoris vestigium remansit etiam in inflata et verbosa praefatione ὑπολείπεται δὲ ἡμῖν περί τε τῶν μικτῶν συστηματικῶν εἰπεῖν . . . . λέγομεν τοίνυν, ὅτι κτλ., quales posteriorum potissimum temporum scriptoribus velut Trichae in deliciis fuerunt.

Pluribus disputandum est de carminum epodicorum et ἐξ ὁμοίων explanationibus, in quarum priore Westphalius (Metrik I² p. 188 et II² p. 258 sq.) certissimum interpolatoris indicium deprehendere sibi visus est; posteriorem omnes adhuc ipsi Hephaestioni vindicaverunt.

---

[1]) cf. Osann Anecd. Roman. (Gissae 1851) p. 64 sq.

[2]) cf. Is. Tzetzam l. c. p. 72, 23 sqq.

Idem est nomen τοῦ γένους τοῦ ἐπῳδικοῦ et τοῦ εἴδους, quod ad εἶδος optime quadrat; inde ad γένος transiit, etiamsi eis, quorum species sunt μεσῳδικά, προῳδικά, παλινῳδικά, περιῳδικά, quam non sit accommodatum nomen ἐπῳδικά patet. Una cum nomine translata est definitio, ita tamen, ut differentia levicula non desit, cum in speciei descriptione vocabulum συστήμασιν aeque omittatur atque in proodicorum atque mesodicorum enarrationibus. Minime tamen generi haec explicatio convenit. Nam licet verbo ἐπιφέρεσθαι vim non subesse addendi, sed in fine subiungendi neglexeris,[1]) in palinodicis periodieisque carminibus minime συστήμασιν ὁμοίοις additur ἀνόμοιόν τι, sed semper adiunguntur duo systemata a ceteris diversa. Quae quod in generis definitione ne verbo quidem significantur aegre ferimus.

Sed maioribus difficultatibus obstricta est speciei descriptio, qualis in codicibus legitur. Τριὰς ἐπῳδική efficitur una pericopa ex tribus systematis constante. Ergo tetras est quattuor systematum coniunctio huiusmodi A A A B, pentas quinque A A A A B. Sed in Pindari carminibus quae servata sunt iisque 44 ne semel quidem supra triadem exceditur. Tales ineptias cum ab Hephaestione profectas esse negaret, Westphalius totum paragraphi exitum inde a verbis γίνεται γάρ κτλ. ab interpolatore subiunctum esse censuit (Metrik II² p. 258). At optimo iure Caesar etiam alium grammaticum de Pindari aut Simonidis carminibus tam abhorrentia a veritate contendisse negavit. Remedium tamen ab eo oblatum, quo iam longe antea usus erat God. Hermannus (el. d. m. p. 716), nimis lene est. Nam etiamsi pleniore distinctione post ἐπὶ πλεῖον usurpata verba ὡς τά γε πλεῖστα Πινδάρου καὶ Σιμωνίδου πεποίηται ad universam epodicorum speciem referri posse ponamus, verba tamen γίνεται γὰρ ὥςπερ τριὰς ἐπῳδική, οὕτω καὶ τετρὰς καὶ πεντὰς καὶ ἐπὶ πλεῖον, cum huiusmodi compositio re vera nusquam usu veniat, cur addita sint non intellegitur. Idem ut alia omit-

---

[1]) In scholio p. XVII 10 scriptum est προστίθεμεν δὲ καὶ τὸ ἀνόμοιον. Hephaestio igitur scripsisse videtur ἀνόμοιόν τι προστίθεται; vocem ἐπιφέρεται utrum excerptori an librario tribuam incertus haereo.

m adversatur Crusii coniecturae, qui in Comment. philol. bbeckio oblatis (Lips. 1888) p. 15 adn. 2 proposuit γίνεται ρ ὥσπερ τριὰς ἐπῳδικὴ ὡς τά γε πλεῖστα Πινδάρου καὶ Σιμωνίδου πεποίηται οὕτως καὶ τετρὰς καὶ πεντὰς καὶ ἐπὶ πλεῖον. ontra Barhamium, cum verba δηλονότι — πεποίηται ad nus epodicum referret, acu rem tetigisse confirmatur etiam iaci Tzetzae et scholiastae testimoniis. Tzetzes enim nus sic describit p. 66, 1 sqq.

Δεῦρ' ἴθι τὰ ἐπῳδικὰ ὑποδιαιρεῖ πάλιν
καὶ τοὔσχατον δὲ γίνωσκε ταῦτ' ὄντα ἐν τριάδι·
εὔρηνται καὶ τετραδικὰ σὺν τοῖς πενταδ<ικ>οῖς γε,

stea singulis epodicorum speciebus enumeratis (p. 66, —30) de specie epodica haec refert:

Ἐπῳδικὰ μὲν γίνωσκε, ἵνα τὸν ὅρον εἴπω,
οἷς τισιν ἐπιφέρεται ἀνόμοιον ὁμοίοις.
. . . . . . . . . . . . . . .
ἔχεις τὸν Πίνδαρον αὐτὸν τούτοις χοροστατοῦντα (χωροστατοῦντα codd.).

Idem videtur scholiasta p. XVII 9 sqq. sensisse. Accedit, quod in commentario I, cum epodica proprie dicta, esodica, proodica inter terna systemata contineri, cetera umerum ternarium egredi doceantur, ipsa illa de triade et trade et pentade praecepta ad genus epodicum detruuntur. Tetrades igitur in generis epodici explicatione perne ad periodica et palinodica spectant, sed quid de pendibus? Aut fallor aut nimium diligentiae in hoc vocalo interpretando viri docti consumpserunt. Hephaestio dicit epodica constituenda minimum ternis opus esse systematis, quoniam adesse oporteat strophen, antistrophon, epodon. Nihil vero impedire, quominus plura systemata vel aterna vel quina vel etiam plura usurpentur. Quaterna ttulit ad palinodica et periodica; πεντάδες vel ἑξάδες vel iam ἑβδομάδες num re vera in usu essent non magis curavit, quam num μεσῳδοί extarent. Nam sine dubio is qui cripsit ὥσπερ δὲ ταῦτα εὑρίσκεται, οὕτω γένοιντο ἂν τινες καὶ εσῳδοί (XXVI 13) mesodos cognitos habuit nullos. Nec amen dubitavit eorum genus in libellum recipere. Verum i quis utique compositionem re vera usurpatam requirit,

fingi potest πεντάς minimo cum incommodo in carmine quodam mesodico, in quo num Hepaestionis temporibus praesto fuerit disceptari nequit. Scholiasta p. XIX 7—8 pentadem rettulisse videtur ad palinodica, fortasse cum hanc sibi fingeret formam A B C B′ A′, quae rectius dicenda est mesodica. Adde quod Demetrius Triclinius verba de quibus agitur ita interpretatus est, ut πεντάδα ἐπῳδικήν statueret carmen AA′ BB′ C (cf. schol. ad Soph. Antig. 332. 581. Trach. 93 [in Sophocl. trag. ed. Ad. Turnebus; Paris 1553; p. 85, 28. 88, 16. 121, 29]. Eur. Hec. 905. Similiter ἑπτὰς ἐπῳδική dicitur in schol. ad Aesch. Agam. 355 sqq. ed. Dindorf in Philol. XX p. 36). Sed hoc fecit non tam, ut Hephaestionis verba interpretaretur, quam, ut generi satis pervulgato nomen inderet, quod alias frustra quaesivit. Prorsus futtilia sunt, quae in schol. ad Pind. Ol. I 1 (p. 11 ed. Boeckh.) de triade, tetrade, pentade praescribuntur, quandoquidem strophis epodicis insulse intermiscentur versus epodici; cf. schol. in Hermog. in Rhet. gr. (W.) VII p. 820, 6 sqq. Quodsi quaesiveris utrum excerptor an librarius perturbationis auctor fuerit, Tzetzes et scholiasta, quos ceteris excerptoris commentis non caruisse vidimus, ad librarium nos revocant.

Deprehendisse vero mihi videor interpolatoris manum in carminum ἐξ ὁμοίων descriptione. Exemplum affert scriptor p. XIV 3 sqq. non eius formae, quam ἐξ ὁμοίων esse modo docuit, sed ita conformatum, ut sit κατὰ σχέσιν, quippe in quo numerus sit determinatus. Itaque si enuntiatum διόπερ καὶ τὰ μονοστροφικὰ — νομίζομεν accurate contemplamur, οὕτω nihil aliud significare potest nisi κατὰ σχέσιν. Sed quid est? Nonne μονοστροφικά, utpote quae efficiant speciem τῶν κατὰ σχέσιν, omnia necessario composita sunt κατὰ σχέσιν? Ergo eadem atque in illa monostrophicorum definitione p. XVII 1—3 eo de quo quaeritur loco vis vocabulo μονοστροφικόν subiecta esse nequit. Immo nihil aliud significare potest nisi carmen, quod una stropha contineatur. Lachmannus (opuscul. II p. 87 sqq.), modo recte illius verba interpreter, hanc vocabuli vim etiam ipsius commentarii exemplo confirmari putavit. Nam cum carmen

illud Anacreonteum p. XXI 3 sqq. octo illis versibus a scholiasta excitatis confici contenderet, illud quoque carmen ex una stropha constans μονοστροφικόν vocari p. XXI 7 statuit. Sed quae Lachmannus ad iudicium illud de carmine Anacreonteo comprobandum attulit, propter nimiam fragmentorum paucitatem vix quemquam ad eius sententiam pertrahent. Contra Bergkius propter sententiam imperfectam carmen integrum esse negavit; cui opinioni etiam ipsius commentarii verba p. XXI 6—10 favent. Non modo verbis ὀκτάκωλός ἐστιν ἡ στροφὴ καὶ τὸ ᾆσμά ἐστι μονοστροφικόν· δύναται δὲ καὶ ἑτέρως διαιρεῖσθαι . . . ἡ στροφή accuratius stropha a carmine distinguitur, quam ut nullum notionis discrimen interpositum esse veri simile sit, sed quemadmodum carminum κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῶν enarratio p. XIX 5 — XX 3 cum octo illis versibus reconcilietur — significatur haec compositio in paragraphi exitu p. XXI 8—10 — non dispicitur. Quod si recte disputavimus, corruit testimonium quo quis ad illam vocabuli μονοστροφικόν notionem defendendam innitatur. Neque mihi exemplum innotuit praeter Demetrium Triclinium, qui cum veram vocabuli μονοστροφικόν vim ignoraret, illam de qua quaeritur saepissime protulit, velut in schol. Eur. Hec. 1024. 1056. 1088. Or. 982. 1369. 1395 etc. Nihilominus p. XIV 8 vocabuli μονοστροφικόν ea sola notio esse potest quam diximus: unde haec fere efficitur sententia: „Alcaei carmen, quod facile quispiam prima specie ἐξ ὁμοίων esse duxerit, re vera est κατὰ σχέσιν. Neque enim μετρεῖται ὑπὸ συζυγίας, sed ὑπὸ δέκα συζυγιῶν. Ergo ὁ ἀριθμὸς ὡρισμένος ἐστίν. Inde concludo ea quoque carmina, quae denis syzygiis confecta et singulas strophas complectentia plerisque ἐξ ὁμοίων composita esse videntur, non esse ἐξ ὁμοίων, sed κατὰ σχέσιν. Nam in eis quoque ὁ ἀριθμὸς ὡρισμένος ἐστίν." Quam mirum sit carmina singulas strophas complectentia κατὰ σχέσιν composita iudicare neminem fugit, atque mihi quidem et dicendi genus et sententia adeo cum Hephaestionis consuetudine pugnare videntur, ut, etiamsi Hephaestionei aliquid subesse non praefracte negaverim, hanc certe enuntiati conformationem interpolatori tribuere non dubitem. Accedit quod ut in

μικτοῖς συστηματικοῖς, sic eo de quo agitur loco scriptor se suam ipsius opinionem referre diserte profitetur.

Haec sunt gravissima quae ab excerptore mutata vel addita esse censeo. In commentarii editione ea tantum verba atque enuntiata litteris minoribus exaranda curavi, quae ipsam sententiam pervertens addidit. Minutias quas in genere dicendi mutavit in ipsa editione typis exprimere non ex re videbatur.

Pro unico fonte usus esse videtur excerptor libello illo Hephaestioneo, quem Choeroboscus commemorat. Ipsa Hephaestionis verba in universum non secus in suum usum deflexit atque Choeroboscus, qui etiam in lemmatis ut ita dicam quae ex enchiridio desumpsit auctoris verba immutare non haesitavit. Quale fuerit excerptoris ingenium ex eis quae mutavit optime apparet. Quoniam codicum nostrorum archetypus litteris maiusculis exaratus erat, certum est excerptorem non esse recentiorem nono vel decimo saeculo. Accuratiora proferre non licet, quamvis eum Choerobosco aetate supparem fuisse facile conieceris.

§ 5.

## De notarum metricarum doctrina.

De ultimo commentarii II capite, quod notis metricis tributum est, dedita opera disseruit solus Osannus in commentariis Anecdoto Romano adnexis (Anecd. Rom. ed. F. Osann, Gissae 1851, p. 57—65), nonnulla attulit Thiemannus in Heliodori colometriae Aristophaneae reliquiis (Halis 1869) p. 95 sqq., plura Hensius l. c. p. 35—71, cum Heliodoream de notis doctrinam explicarent, alia passim suppeditaverunt Westphalius, Christius alii. Restant vero quae aut parum accurate aut parum recte illustrata sint.

Lyrica carmina duplicem in modum distincta esse possunt. Aut monostropha sunt, cum inde ab initio usque ad finem pares strophae sese subsequantur, aut κατὰ περικοπήν, cum singulae strophae atque antistrophae singulis excipiantur epodis. Utriusque carminum generis peculiaris est notatio. In monostrophis singulis strophis subiciuntur singulae para-

:aphi, carmini absoluto coronis. In carminibus κατὰ περι-
πήν singulis strophis et antistrophis singulae subiunguntur
ıragraphi, epodis coronides, carmini ad finem perducto
:teriscus.[1])

Horum argumentum quidem bene procedit, sed in verbis est difficultas. Etenim quae Hephaestio vocare solet νοστροφικά et ἐπῳδικά, hic audiunt μονόστροφα et κατὰ περι-πήν. Contra Hephaestio carminum κατὰ περικοπήν unum ntum genus novit, carmina scilicet κατὰ περικοπὴν ἀνομοιο-ρῆ. Adde quod vix intellegitur, cur Hephaestio, si modo iam locutione ᾄσματα κατὰ περικοπήν uti solitus sit, non XVII 4 hoc nomen quam insulsum illud generis epodici ιurpare maluerit, iam suspicaberis Hephaestionem non sum haec excogitasse. Sed ne temere levi argumento ιniecturam superstruam, videamus reliqua.

Omisimus adhuc verba καὶ οὕτως ἡ παράγραφος, ἢ διορί-: τά τε ὅμοια καὶ τὰ ἀνόμοια, quibus mirum in modum untiatorum conexus, quae inde a p. XXIX 3 usque ad ⅩIX 11 uno quasi tenore decurrunt, interrumpitur.[2]) Re-ta porro sententiam enuntiati. Verba eiusmodi sunt, ut ragraphi usu illustrato totius explicationis quodammodo nmam facere videantur. Sed hoc nonne ineptum est in dia hac carminum epodicorum explanatione, pro funda-nto distributionis sumptis non notis, sed carminum ıeribus? Aut egregie fallor aut res ipsa clamat alium ıdidisse enuntiata p. XXIX 3—8 et 9—11, alium eis mediis ulcasse enuntiatum illud, cum non tam quemadmodum mina essent distribuenda quam quomodo appingendae ient notae, explicare vellet.

Graviter offendimur verbis Καὶ μάλιστα εἴωθεν ὁ ἀστερί-ος τίθεσθαι, ἐὰν ἑτερόμετρον ᾖ τὸ ᾆσμα τὸ ἑξῆς. Nam quo-ım antea certe et distincte de omnibus occasionibus, ubi-

---

[1]) Boeckhius, qui in Pind. II 1 p. XXXIII „usurpatur, inquit, κορωνίς epodorum fine una cum paragrapho, si Hephaestionem recte intellego", errorem abductus est eo usu, qui in Triclinii scholiis Pindaricis re ra observatur.

[2]) Is. Tzetz. p. 73, 6 sqq. hoc enuntiatum silentio praetermisit.

cumque notatio in censum venire potest, docuit scriptor, quo pacto hic de consuetudine aliqua loquitur?[1]) Pergit scriptor sic: ὃ καὶ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ποιημάτων τῶν μονοστροφικῶν γίνεται Σαπφοῦς τε καὶ Ἀνακρέοντος καὶ Ἀλκαίου h. e. „carmina diversorum metrorum sese excipere magis usu venit in carminibus monostrophicis, quam in epodicis". Osannus (l. c. p. 62) nihil dubitans haec verba sua fecit, at contrariam sententiam veram esse apparet. Perpaucae quamvis reliquiae Graecae poeseos aetatem tulerint, apud Pindarum ne semel quidem carmina paribus metris condita occurrunt, contra apud Sapphonem universi libri eodem metro conscripti erant; cf. Heph. p. 25, 4. 35, 6 W., Mar. Plot. in GL VI p. 546, 9, Bergk PLG III[4] p. 82 sq. Inde quod apud Horatium, ut de ordine Catulliano taceam, variandi studium principem locum tenet, de graecis exemplis certi quidquam non collegerim.[2]) Sed etiamsi quis aliud sentiat, certe illud μᾶλλον perversum est. Ergo aut totum enuntiatum spurium est aut, id quod magis placet, corruptela inest in vocabulo μᾶλλον, forsitan ex antecedentibus verbis καὶ μάλιστα expedienda: ad quam sanandam utrum vocem μᾶλλον expungas an lacunam statuas an aliud verbum substituas, non multum interest, cum res ad liquidum perduci nequeat. Denique noli neglegere carmina paulo ante μονόστροφα vocata hic appellari μονοστροφικά. Sequuntur p. XXIX 15—17 haec: ἐπὶ δὲ τῶν Ἀλκαίου ἰδίως κατὰ μὲν τὴν Ἀριστοφάνειον ἔκδοσιν ἀστερίσκος ἐπὶ ἑτερομετρίας ἐτίθετο μόνης, κατὰ δὲ τὴν νῦν τὴν Ἀρισταρχείαν καὶ ἐπὶ ποιημάτων μεταβολῆς. Aristophanes igitur in Alcaei editione, si insequens carmen dispari metro conscriptum erat, in exitu carminis superioris asteriscum appinxit; aliter res se habebat, modo praeceptum p. XXIX 3—5 cum hoc loco consociare liceat, coronidem subiunxisse putandus est. Haec quamvis aegre possunt tamen cum eis quae p. XXIX 3 — 5 praescribuntur conciliari, sed gravissime repugnant, quae de Aristarchea editione edocemur. Nam s

[1]) Asterisco utebantur in solis carminibus lyricis.

[2]) cf. etiam U. de Wilamowitz Euripides Herakles vol. I (Berol. 1889) p. 140.

asteriscus ab Aristarcho καὶ ἐπὶ ποιημάτων μεταβολῆς h. e. in carminum alternatione etiam metro non mutato usurpatus est, prorsus eam vim habuit, quam Hephaestio antea p. XXIX 5 coronidi vindicavit. Etenim de solis carminibus monostrophis agi arguitur et Alcaei nomine et abunde enuntiato illo ὃ καὶ μᾶλλον κτλ.

Ut ἀπορία solvatur, ea quae singillatim enucleavimus in unum conferamus. Gravissimae et in artis vocabulis et in sententiis intercedunt discrepantiae inter priorem et posteriorem capitis partem. Quae in priore deprehenduntur artis vocabula cum Hephaestionis usu pugnant. Idem valet de disponendi ratione, cum p. XXIX 18 — XXXI 3 principatum rei non obtineant carminum genera, sed notarum. Quid ergo est? Hephaestio priorem capitis partem ex alius scriptoris libello suum in usum convertit. Inculcavit, ut suum disponendi morem observaret, parum lepide enuntiatum καὶ οὕτως ἡ παράγραφος — ἀνόμοια, inseruit p. XXIX 6, ne quis de carminibus κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερέσιν cogitaret, verba ὥστε εἶναι — ἐπῳδόν, addidit in fine nonnulla de asterisci usu ipsis poetarum, Alcaei potissimum, editionibus inspectis. Exscriptos esse ab Hephaestione Heliodori libros ideo probari nequit, quia Heliodorus in colometria Aristophanea saepissime carmina dicit μονοστροφικά, cum Hephaestionis auctori in usu fuerint carmina μονόστροφα. Occurrit eadem forma, si a Demetrio Triclinio, qui utraque forma promiscue usus est, recesseris, apud Caesium Bassum in GL VI p. 266, 26, apud Atilium Fortunatianum ibid. p. 294, 24, apud Mar. Victorinum ibid. p. 59, 6, quorum narrationes qua contineantur cognatione infra exponam. Accedit explicatio sine nomine scripta, quam novissime edidit Nauck post Lexicon Vindobonense p. 322, 4 sq. Omnibus illis locis μονόστροφα nuncupantur sola carmina lyrica. Ad idem carminum genus revocari videmur locutione κατὰ περικοπήν. Nam is certe, qui carmina κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῆ respexit, non potuit ita ut factum est verba facere de carminibus κατὰ περικοπήν. Omnia haec videntur nos relegare ad poetae alicuius, haud scio an Pindari, editionem; sed eodem ducimur etiam alia via. Praecepta hominis illius non posse

reconciliari cum usu in Aristarchea Alcaei editione observato vidimus. At Hephaestio ipse, cum et consuetudinem quandam asterisci usurpandi dicat et unicam Alcaei editionem significet verbis ἐπὶ δὲ τῶν Ἀλκαίου ἰδίως κτλ., diversam fuisse notandi rationem et apud diversos lyrici generis poetas et a diversis interpretibus initam auctor est. Quae cum ita sint, veri fit simillimum verba p. XXIX 3—11 primitus ad unum pertinuisse poetam, apud quem et monostropha et epodica deprehendebantur. Hephaestio demum praecepta illa de omnibus omnium poetarum carminibus valere voluit, cum id ageret, ut simplicem et unum notandi usum in omnibus poetis pariter ab omnibus interpretibus observandum statueret. Facile suspicionem moveris de Dracone Stratonicensi, sed res est ea in qua sat sit iudicium cohibere.

In carmine Alcmanio ex quattuordecim strophis constante diplen in ipsa rhythmi permutatione positam fuisse parum recte dixit Westphalius (Allgem. Metr. [3] p.193). Immo prioribus septem strophis subiunctae erant singulae paragraphi, posterioribus singulae diplae, id quod iam perspexit Bergk PLG III[4] p. 26—28.

In fabularum notatione quae de coronidis usu bene exposuit Hensius l. c. p. 38 sqq. non est quod repetam. Paragraphi duplex describitur notio. Primum adhibetur ad personarum alternatim fabulantium sermones distinguendos et in iambico genere et in chorico.[1]) Eadem discernit stropham et antistropham, vel si carmen plus duas strophas similes amplectitur, quod quamvis a tragicis alienum,[2]) in Aristophane non raro usu venit, singulas illas strophas pares. Oritur difficultas, ubicumque intra strophas ipsas fabulantium alternatio accidit. Si quidem paragraphus iam singulis stropharum particulis fabulantium alternatione effectis (h. e. κώλοις[3]) addita est, eadem non sufficit ad strophae finem

---

[1]) Ante μεταξὺ τῆς τε στροφῆς addendum esse ἢ intellegitur potissimum ex coronidis expositione prorsus pariter conformata.

[2]) sed cf. Eur. Cycl. p. 495—518.

[3]) Mirifice erravit Osannus, cum de singulis stropharum versibus cogitaret.

ıdicandum, cum nova stropha neque ab antecedentis strohae' forma diversa sequatur. Tum igitur paragrapho lditur ἡ διπλῆ ἡ ἔσω νενευκυῖα. Sed haec omnia non ılent, nisi de strophis paribus sese excipientibus. Si in:quentis strophae rhythmus a priore recedit, locus non est ıragrapho inter solas strophas pares usurpatae, sed diplae ω νενευκυίᾳ. Proinde illic utrum stropha amoebaea sit necne ihil interest.

Haec distincte et bene exposuit Hephaestio. Tamen irum quantum in eis interpretandis peccavit Osannus, ıius errata singillatim refutare operae pretium non est. eque Thiemanni schemata p. 130 proposita ab omni parte sse absoluta aut recta ex eis quae dixi facile cognoscitur. 'esideratur apud Hephaestionem nota qua in fabulis partes ontinuis versibus conditae a metris lyricis distinguantur. ı Heliodori colometria Aristophanea ἑτερομετρία indicatur ota διπλῆ. Utra diplae forma fuerit, in scholiis non dierte adnotatur, sed Thiemannus et Hensius (p. 64) nescio ıuam ob rem de ea quae ἔσω νενευκυῖα dicitur cogitaverunt. lihi contra sola diple ἔξω νενευκυῖα huic usui inservivisse idetur. Ea enim in Alcmanis carmine ex quattuordecim trophis constante ἑτερομετρία notata erat, eidem locum esse ıter dispares strophas sese excipientes Hephaestio docuit, andem denique et apud tragicos et apud comicos frequenεm fuisse idem Hephaestio auctor est. Quod haec illius otae vis ab Hephaestione non diserte commemoratur, soli criptori vitio vertendum est, neque licet, quamvis proclive it, ut illa inducatur quidquam in textu mutare velut . XXXI 3 vocem στροφῶν delere vel pro ea substituere ἑτρων.

Quia p. XXXI 7 ἑπτά dicuntur παραβάσεως μέρη, Gaisordius etiam p. XXVII 16 et XXVIII 4 deteriorum codicum ıuctoritatem secutus non εἴδη, sed μέρη scribendum esse :ensuit.[1]) Sed hoc cum faceret, ut sibi constaret, etiam ). XXVIII 8 non τῷ γένει scribere debuit, sed τῷ ὅλῳ. Praeterea prorsus alia est condicio locorum p. XXVII 16 sqq.,

[1]) Secutus est illum in editione sua Westphalius.

alia eius de quo agitur loci. Etenim illic Hephaestio id egit, ut varia compositionis genera in parabasi in unum collata expediret,[1]) hic ut totum parabaseos corpus continue scriptum notis in partes digereret; cf. etiam Caesar em. Heph. II p. XVII.

De huius capituli (p. XXXI 7—14) argumento quod adnotent interpretes non habent, attamen inest difficultas maxime memorabilis. Discernuntur duae notandi rationes non secus ac duo parabaseon genera. Altera parabasis septem partes amplectitur, altera duabus ultimis est deminuta. Illa est satis pervulgata, haec neque nunc usquam extat neque unquam extitisse videtur. Contra desideratur aliud parabaseos genus quod tantum non legitime post parabasin integram inducitur; cf. schol. Hel. in Aristoph. Av. 1058 εἰώθασι μετὰ τὴν τελείαν παράβασιν ἐπιρρηματικὴν ποιεῖσθαι συζυγίαν. Si quid video res ita explicanda est. Hephaestio τελείᾳ παραβάσει, quam p. XXVII 16 commemorat, nullam certam parabaseos mutilatae formam opposuit neque quae re vera parabaseon schemata apud poetas occurrerent inquisivit, sed ratiocinatione usus ab integra parabasi distinxit omnia genera, quae hac vel illa parte dempta evadere possent. Ex quibus ut certum illud genus in capite περὶ σημείων seligeret, eo adductus est, quod illa forma singularem requirebat notationem. Conferas etiam quae infra p. 64 de parabaseos notatione disseram.

Hactenus de Hephaestionis enarratione. In Heliodori colometria Aristophanea qui fuisset notarum metricarum usus exposuerunt cum Thiemannus tum Hensius l. c. p. 35—71, neque totam hanc quaestionem revolvere mihi in animo est, quamquam in eis, quae Hensius protulit, nonnulla sunt, quae minus placeant. Verum non possum, quin paucis agam de ratione inter notationes Heliodoream atque Hephaestioneam intercedente, quoniam parum recte mihi videtur Hensius iudi-

---

[1]) cf. schol. (V) Aristoph. Nub. 518 εἴδη δὲ παραβάσεων ἑπτά· ἁπλᾶ μὲν τρία, κατὰ δὲ σχέσιν τέσσαρα κτλ; quod scholion ex Hephaestione derivatum esse negandum est; Aristot. problem. l. XIX c. 15 ὅτι οἱ μὲν νόμοι ἀγωνιστῶν ἦσαν, ... ἡ ᾠδὴ ἐγένετο μακρὰ καὶ πολυειδής.

casse, cum l. c. p. 162 iudicii sui summam his verbis complecteretur „Dies (sc. κορωνίς) ist nun aber das einzige Semeion, in dessen Gebrauche die Metriker einigermaassen übereinstimmen, in allen übrigen Zeichen, also bei der παράγραφος ἁπλῆ, διπλῆ, δύο διπλαῖ ist die Anwendungsweise beider fast überall eine ausserordentlich verschiedene." Ac primum quidem eum coronidis usum, qui describitur Hephaestionis verbis (τῇ κορωνίδι χρώμεθα) ἤτοι ὅταν τῶν ὑποκριτῶν εἰπόντων τινὰ καὶ ἀπαλλαγέντων καταλείπηται ὁ χορὸς ἢ ἔμπαλιν, etiam in colometria esse observatum ipse Hensius concessit. Contra eo quod in colometria desunt quae Hephaestionis praecepto (τῇ κορωνίδι χρώμεθα) ὅταν μετάβασις ἀπὸ τόπου εἰς τόπον γίνεσθαι δοκῇ τῆς σκηνῆς respondeant, minime efficitur Heliodoro hunc usum fuisse ignotum. Potest hic defectus facile expediri ex lacunosa et maxime detruncata colometriae in codicibus nostris memoria,[1]) sed etiam probabilius est Heliodorum de industria hanc coronidis notionem non commemorasse, cum solas rationes metricas respiceret. Neque enim Hephaestionem primum iussisse nota aliqua indicari, ubi fabulae sedes mutari videretur, inde apparet, quod in Suetoniana illa de Probi notis disputatione[2]) edocemur diplen superne obelatam positam esse „ad condicionem locorum vel temporum vel personarum mutatam."[3]) Eidem usui inservire videntur δύο διπλαῖ in schol. Aristoph. Eq. 721 (om. R. V. Θ.); cf. Herm. Schrader De notatione critica a veteribus grammaticis in poetis scaenicis adhibita (Bonn. 1863) p. 9.[4])

Aliam discrepantiam inter Heliodori atque Hephaestionis praecepta Hensius (l. c. p. 51 sq.) in eo positam esse duxit, quod Hephaestio (p. XXX 13 sq.) paragraphum in dialogo ad

---

[1]) cf. Conr. Zacher in Philolog. 41 (1882) p. 45 sqq.

[2]) cf. Suetonii reliquiae ed. Reifferscheid (Lips. 1860) p. 140, 24; novissime tractatum illum Parisinum edidit H. Keil GL VII p. 533-536.

[3]) Quo Ribbeckius (Proleg. crit. ad P. Vergil. Mar. opp., Lips. 1866, p. 157) haec verba rettulerit haud ignoro.

[4]) In veteribus scholiis Aristophaneis fabulae sedem mutari videri interdum diserte monemur; vide schol. (V) Ran. 274, (R) Ach. 394; cf. etiam schol. (V) Av. 301 τὸ δὲ χ ὅτι ἤλλαξε τὸ τοπικόν.

fabulantium alternationes indicandas usurpari refert, cum in colometria Aristophanea ne unum quidem huius notationis exemplum deprehendatur. At, ut de colometriae in nostris libris condicione taceam, Heliodorus ipse cur hunc paragraphi usum in colometria commemoraret non habuit. Tantum autem abest, ut hic usus Hephaestione demum auctore in fabularum libros manuscriptos receptus sit, ut iam longe ante Heliodorum viguisse sit putandus. Poetae ipsi in editionibus legentium in usum confectis, de quibus nuper sagacissime disseruit Ud. de Wilamowitz-Moellendorff Euripides Herakles vol. I (Berol. 1889) p. 123 sqq., in universum personarum vices nullis scripturae indiciis expressisse videntur, quamquam non negaverim eos interdum, ubi res difficilior erat diiudicatu, vel spatio intermisso vel punctis vel lineolis sermones distinxisse. Quapropter grammatici Alexandrini, cum personarum vices notare vellent, in comoediis potissimum non raro difficultatibus implicabantur; v. schol. (RV) Pac. 317. 459, (V) Av. 267, (R) Thesm. 1069. 1090, (RV) Ran. 1418. Nonnulli geminis punctis (δύο στιγμαί) usi sunt, quae adhuc commemorantur in schol. Ach. 899 (om. R; in V tota fabula deest), de quo egit Cobet in Nov. lect. (Lugd. Bat. 1858) p. 17, et in schol. (RV) Ran. 28. 51. 314 891 (om. R), quod scholion ad v. 889 pertinere recte perspexit Cobet l. c., sed eidem usui etiam παραγραφήν inservivisse intellegitur ex schol. (V) Pac. 444[1]), neque dubito, quin Dobraeus (Advers. crit. II p. 268) recte παραγραφήν restituerit in schol. (V) Ran. 1432. Etiam in notis Probianis modo excitatis personarum mutationibus indicandis loco supra exscripto certa nota destinata est. Eidem Alexandrini etiam de chori partitionibus verba fecerunt, cuius studii cum alia supersunt vestigia velut vox ἡμιχόριον non raro in codicibus Aristophaneis Ravennate, Veneto aliis adscripta vel scholion (V) Ran. 440 tum luculentissimum in schol. (RV) Ran. 354 Ἀρίσταρχος ἐπὶ τούτων λέγει τὸν χορὸν μεμερίσθαι κτλ. et Ran. 372 ἐντεῦθεν Ἀρίσταρχος ὑπενόησε μὴ ὅλου τοῦ χοροῦ εἶναι τὰ

[1]) Ad satis antiqua tempora hoc scholion revocandum esse vel inde apparet, quod ut in Aristotel. Rhet. III 8 extr. dicitur παραγραφή, cum posterioribus παράγραφος in usu esset.

ῶτα κτλ. Eodem pertinet etiam schol. Pac. 1333, quod erperam absque omni probabilitate Heliodori colometriae ensius (l. c. p. 49) vindicavit ἐν τούτοις φέρονται κατά τινας ιραγραφαί[1]) ἵνα ὁ χορὸς ἀνὰ μέρος αὐτὰ λέγῃ. Ut alia omitm, Heliodorus scripsisset παράγραφοι, ὅτι ὁ χορὸς ... λέγει l παράγραφοι· ἀνὰ μέρος γὰρ αὐτὰ ὁ χορὸς λέγει vel simile iid, sed verbis ἵνα ὁ χορὸς . . . λέγῃ aperte indicatur holīon originem duxisse ex exemplari quodam, in quo lia in modum παρεπιγραφῆς adscripta erant; cf. U. de Wilaowitz l. c. p. 124 sq. Teste Holzingero (Wiener Studien ıl. V p. 222) in codice V in versu 1333 verbis ὦ τρισμάκαρ ıprascriptum est ἡμιχόριον et in ipso textu ἡμιχόριον .ἡν ὑμεναίω: ἄλλο: ὦ τρισμάκαρ κτλ. In colometria para-ᵃphi commemorantur tantummodo in schol. (V) Eq. ʹ3 . . . ἐν εἰσθέσει τοῦ χοροῦ ἑξὰς μονοστροφική· . . . παρά-ıαφοι δὲ ἁπλαῖ (sic Duebner, ἁπλοῖ cod. Ven.) μὲν πέντε, ἡ ː ἕκτη καὶ μετὰ κορωνίδος, sed Heliodori verba subesse etiam ːholio Acharn. 836 (om. R; tota fabula deest in V) μένοντος τοῦ ɔροῦ μονοστροφικὴ περιόδων ἑξακώλων τετράς.[2]) . . . καὶ αἱ μὲν ρῶται παραγράφῳ, ἡ δὲ τελευταία ⟨καὶ⟩[3]) κορωνίδι σημειοῦται ːcte Hensius (p. 50) coniecit. Prima specie his duobus locis istingui paragraphis singulas strophas vel, ut Hephaestionis erbis utar, eas usurpatas esse μεταξὺ τῆς τε στροφῆς καὶ τῆς ντιστρόφου quivis suspicabitur. Neque de hac sententia depelmur eo, quod Hensius (p. 49—51) utroque loco paragraphis emichoria significari affirmavit. Etenim scholion Pac. 1333, uo ad hanc opinionem defendendam innixus est, ad colonetriam non pertinere cognovimus.[4]) Praeterea adversantur ius coniecturae cum alia tum illud, quod, Hensium si seuimur, Heliodorum singulas carminum monostrophicorum

[1]) παράγραφοι male Thiemannus.

[2]) Verba corrupte tradita correxit Thiemannus.

[3]) καί inserui.

[4]) Etiamsi illud scholion ab Heliodoro oriundum esset, ea quae Hensius voluit inde colligere non liceret. Obiter moneo ne illum quidem paragraphi usum quem Hensius statuit cum Hephaestione pugnare, quippe qui paragraphum usurpari dixerit κατὰ πρόσωπα ἀμοιβαῖα ἐν . . . τοῖς χορικοῖς.

strophas nullis notis distinxisse putemus necesse est. At nullus dubito, quin, cum primum notas metricas in usum receperunt, ante omnia stropharum responsionem notis repraesentaverint. Iam Aristophanem Byzantium de responsione quaesivisse cognoscitur ex schol. Pind. Ol. II 48 φιλέοντι δὲ Μοῦσαι· . . . τὸ κῶλον τοῦτο ἀθετεῖ Ἀριστοφάνης· περιττεύειν γὰρ αὐτό φησι πρὸς ἀντιστρόφους[1]), atque etiam ex eis, quae Hephaestio de carminibus lyricis docet, hoc certe concluserim singulas strophas in Alexandrinorum editionibus distinctas fuisse notis quibusdam; cf. etiam p. X 1—2. Adde quod in notis Probianis GL VII p. 536, 5 aversam obelismenen poni praescribitur, quotiens strophae antistrophos inferatur, concedes Heliodorum in colometria ad stropharum responsiones indicandas nota carere non potuisse. Duobus locis recte notae servatae sunt neque quod aliis[2]) interciderunt mirabitur, qui quam facile hae potissimum notae interire potuerint secum reputaverit.

In paragraphi igitur usu nullum interest discrimen inter Heliodoream atque Hephaestioneam doctrinas. Praecepta Hephaestionea observanti in dyade monostrophica Ach. 284—301 post versum 291 paragraphus et diple ἔσω νενευκυῖα adscribendae erant. In scholio Heliodoreo nullae notae commemorantur. Etsi res certo argumento disceptari nequit, probabile tamen videtur Heliodorum ut Eq. 973 sic hic quoque sola paragrapho usum esse et diplen ἔσω νενευκυῖαν Hephaestioni demum deberi, id quod infra etiam dilucidius apparebit.[3])

Non pugnare diplae ἔξω νενευκυίας usum Hephaestioneum cum Heliodoreo supra demonstravi, verum eundem

[1]) Commodum video de eodem scholio disserere Wilamowitzium l. c. p. 142.

[2]) In censum veniunt schol. Pac. 775. 1329. Eq. 1111. Ach. 204. 929. 1214.

[3]) Personarum notas in versibus ineuntibus, notas metricas in versibus exeuntibus positas fuisse censere solemus, at Hephaestionis verbis p. XXX 16 — XXXI 2 significari videtur omnes notas pariter in versibus ineuntibus ascriptas fuisse similem in modum atque paragraphi in CIA I 319. 322, in Hyperidis papyro, de quo vide H. Diels in Sitzungsber. d. Berl. Akad. 1889 p. 663, alias.

iam longe ante Heliodorum viguisse intellegitur ex vetere scholio (V) Pac. 775 τὸ χ πρὸς τὴν ἀλλαγὴν τοῦ μέτρου, ubi χ pro diple perperam scriptum esse perspexit H. Schrader l. c. p. 25. 57. Omnino Heliodorus non novum morem fabulas exarandi notisque distinguendi induxit, sed partim ea, quae iam in Alexandrinorum editionibus in usu erant, recepit, partim ea, quae in eis ab aliis aliter et passim usurpata erant, in certam artem redegit.[1]) Vereor tamen, ne Hensius, cum notarum usum ab omni parte sibi constantem redderet, interdum velut in schol. Pac. 1270—1316 (cf. Hensium l. c. p. 95; schol. Eq. 1—246. 997—1110) non excerptorem, sed Heliodorum correxerit.

Carminum ἐξ ὁμοίων singulos περιορισμούς distingui singulis paragraphis Hephaestio docuit, quem morem Heliodoro quoque vindicaverim, etiamsi illius vestigium in colometria nullum remansit. Neque enim recte Hensius p. 52 in schol. (V) Eq. 498 pro diple substituit haplen. Diple illic ideo locum habet, quod Heliodorus, cum priorem periodum anapaesticam προπεμπτικῆς numero haberet, κομμάτιον h. e. τελείαν παράβασιν inde demum a versu 503 incipere diserte docuit. Similis notandi rationis exempla congessit Hensius p. 61 sq. In parabasi Heliodorus ante συζυγίαν ἐπιρρηματικήν posuit diplen pariterque κομμάτιον, αὐτὴν τὴν παράβασιν, πνῖγος singulis diplis segregavit, ubi diversis metris condita erant. Ubi aliter res se habuit velut Ach. vv. 628 sqq., notas omisit. Nullis eum notis ἐπιρρηματικὴν συζυγίαν distinxisse vix crediderim, etiamsi quae fuerint notae dici non iam possit;[2]) cf. Hense p. 68 sq. Aliam rationem ineundam esse censuit Hephaestio, qui, cum parabasis ultimis

[1]) Putaverim iam Aristophanem Byzantium in Pindari atque Simonidis carminibus periodos et cola saepius ἐκθέσει et εἰσθέσει expressisse. Nam Aristophanem sola cola respexisse ex Dion. Hal. de comp. verb. cap. 22. 26 (pag. 312. 430 Sch.) minime sequitur, contra eum etiam periodorum rationem habuisse et propter alia argumenta verisimile est et propter Dion. Hal. de comp. verb. cap. 19. 25 (p. 260—262. 384 Sch.), de quibus locis infra disputabitur; cf. etiam W. Brambach, Rhythmische und metrische Untersuchungen (Lips. 1871) p. 60 sqq. 123 sq.

[2]) v. schol. Pac. 1127. Eq. 551. 1263. Ach. 665. 971.

duabus partibus deminuta similem in modum unum corpus constituere videretur atque carmen aliquod monostrophicum, parum scite singulas eius partes ad carminum monostrophicorum similitudinem singulis paragraphis distinxit, nisi quod, ubi τὸ ἀντίστροφον τοῦ μέλους et τὸ ἀντεπίρρημα adessent, post epirrhema et antepirrhema notis indicandum putavit haec κατὰ διέχειαν responsionem habere.

Simplicior erat Heliodori notatio quam Hephaestionis in carminibus κατὰ διέχειαν ἀνταποδιδομένοις. Heliodorus enim hunc respondendi modum eo tantum notasse videtur, ut posteriori huiusmodi carminis parti ineunti gemellas diplas sc. ἔξω νενευκυίας appingeret, cum in priore parte exeunte sola diple sc. ἔξω νενευκυίᾳ ut ἑτερομετρίας signo uteretur.[1]) Contra Hephaestio priori parti exeunti praeterea diplen ἔσω νενευκυῖαν addidit, ut significaret secutura esse quae respondeant. Similiter posterioris partis non initium propriis notis instruxit, sed in fine diplae ἔξω νενευκυίᾳ alteram ἔξω νενευκυῖαν adiecit, ut ipsius verbis utar, διὰ τούτων δηλούντων ἡμῶν ὅτι ἀνταποδέδοται.

Ergo, id quod vel per se consentaneum est, universum notarum usum eundem fuisse apud Hephaestionem atque apud Heliodorum et perpauca tantum ab Hephaestione novata esse cognovimus. Quod si recte disputatum est, iam corruit praecipuum argumentum, quo Hensius (p. 167) adductus est, ut Heliodorum primo p. Chr. n. saeculo medio h. e. eidem aetati, quae Caesium Bassum tulit, tribueret.[2])

---

[1]) cf. schol. Pac. 473. In schol. Eq. 624 pro διπλοῖ recte iam Duebnerus scripsit διπλῇ; idem scribendum est in schol. Pac. 956 pro δύο διπλαῖ.

[2]) Etiamsi inter Heliodoream Hephaestioneamque notarum metricarum doctrinas re vera eae quas Hensius esse affirmavit discrepantia interessent, id quod Hensius de Heliodori aetate statuit, minime ind efficeretur. Neque ex reliquis quas attulit rationibus hoc colligere lice Contra ea argumenta, quibus Keilius (Quaestiones grammat., Lips. 186 p. 12 sqq.) et Westphalius (Metrik I² p. 223) adducti sunt, ut Heliodoru Hephaestione non multo antiquiorem fuisse censerent, neque Lipsi (Annal. phil. 81 p. 609 sqq.) neque Hensius redarguerunt et mihi quide simultas, quae inter Heliodorum atque Hephaestionem intercessit, 

Partim ex colometriae Heliodoreae fragmentis partim ex commentario Hephaestioneo derivata est ea notarum metricarum disciplina, quae in recentibus scholiis Aristophaneis conspicitur: qua de satis accurate iam egit Thiemannus l. c. Neque Demetrius Triclinius quam notarum metricarum doctrinam ex commentario Hephaestioneo deduxerit accurate exponere operae pretium est, cum praesertim, quae est apud Demetrium inconstantia, res paucis absolvi nequeat. De notatione ab illo in carminibus Pindaricis usurpata disseruit Boeckh Pind. vol. II 1 p. XXXIII sq., in tragoediis qui illi fuerit usus, optime intellegitur ex Sophoclis editione Parisiis 1553 ab Adriano Turnebo publici iuris facta, in qua ipsis Sophoclis verbis Demetrii notae appictae sunt.[1]) Praecipua vero illius de notis metricis explanatio haec est (in Demetrii commentario Sophoclis editioni modo excitatae adiecto p. 8, 2—9): ἐν μὲν γὰρ ταῖς στροφαῖς τῶν ἀλλοιοστρόφων τούτων συστηματικων τῶν κατὰ περικοπὴν ἐχόντων συστήματα ἀνομοιομερῆ ἐπὶ τοῦ τελευταίου κώλου κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν διπλῆ τίθεται ἔξω νενευκυῖα, ἐπὶ δὲ τῷ τέλει παράγραφος καὶ ἔσω νενευκυῖα διπλῆ, δηλοῦσαι ὅτι τῶν ἀνταποδιδομένων εἰσὶν αἱ τοιαῦται στροφαί· ἐν δὲ ταῖς ἀντιστροφαῖς ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ τελευταίου κώλου μόνη παράγραφος· ἐπὶ μέντοι τῆς τελευταίας ἀντιστροφῆς ἐπὶ τοῦ τελευταίου κώλου δύο μόναι τίθενται διπλαῖ, κατά τε τὴν ἀρχὴν τοῦ κώλου καὶ κατὰ τὸ τέλος· ἀμφότεραι δὲ ἔξω νενευκυῖαι, δηλοῦσαι ὅτι τέλος ἔσχε τὰ ἀνταποδιδόμενα.

Ad ea quae de notarum metricarum apud veteres doctrina tradita habemus absolvenda praeter exiles ipsarum notarum reliquias[2]) velut in fragmento illo Alcmanis, quo de disputavit Bergkius PLG III[4] p. 26 sq., accedit unum anecdotum Parisinum quod vocant, primum a. Th. Bergkio

---

aliqua parte similis esse videtur ei quam Aristidi rhetori cum Hermogene fuisse demonstavit Herm. Baumgart: Aelius Aristides als Repraesentant der sophistischen Rhetorik (Lips. 1874) p. 137 sqq.

[1]) Copiose nec tamen accurate de notis metricis apud Pindarum Aeschylum Sophoclem Euripidem usurpatis disseruit Osannus in Anecd. Rom. p. 91—101 et 184—186.

[2]) cf. etiam Christ Metrik[2] p. 367.

ex cod. Par. 7530 anno 780 exarato publici iuris factum[1] post a Reifferscheidio inter fragmenta Suetoniana (p. 137 sqq. receptum, novissime ab Henr. Keil in GL VII p. 533 sqq editum. Arta cum illo cognatione continentur et Isidori orig lib. I cap. 20 et tractatus quem ex codice quodam Monacens in lucem emisit H. Kettner Kritische Bemerkungen zu Varr u. latein. Glossaren (Hal. 1868) p. 33 sqq. Et de ration inter tres has disputationes intercedente et de notarum Probianarum quae in eis insunt origine optime mihi videtu disseruisse Jul. Steup De Probis grammaticis (Jenae 1871 p. 48—60: cui quod addam non habeo. Reliquas nota metricas iam supra perstrinxi; diple obelismene, quae posit esse dicitur „ad separandas in comoediis et tragoediis periodos", in Terentii editionibus Probianis ἑτερομετρίαν indicass videtur similem in modum atque in fabulis graecis dipl ἔξω νενευκυῖα. Foede ab excerptore mutilata esse videntu quae de recta et aversa superne obelatis referuntur. In cod Par. sunt haec: „recta et aversa superne obelatae ponuntu cum eadem significant similemque sequentem esse", apud Isidorum, quocum fere consentit cod. Monac., haec: „recta et aversa superne obelata ponitur finita loco suo monad significatque similem sequentem quoque esse." Keilius l. c. proposuit: „ponuntur cum eadem strophe saepius repetitu et significant similem quoque sequentem esse." Sed ha coniectura probata non est quo haec nota distinguatur a aversa obelismene, quae ponitur „quotiens strophae anti strophos infertur". Ego nec certam medelam in prompt habeo nec quo hoc praeceptum pertineat dispicio. Paru enim recte Ribbeckius (Prolegomena crit. in Vergil., Lip 1866, p. 157) ad illam quam in Vergilii eclogis deprehendis sibi visus est stropharum responsionem rettulit.

Denique de notarum metricarum origine perperam iud casse Bergkium, cum in commentatione de Atilii Fortun tiani libro (beneficii Thielemanniani lege ed. Halae a. 186 p. 6 certe scaenicos poetas et suppares aetate melicos str

[1]) in diario antiquitat. a. 1845 Nr. 11. 14—17, quae commenta nunc legitur in eiusdem opusc. I p. 580 sqq.

pharum intervalla paragraphis distinxisse censeret, pluribus demonstrare iam post ea, quae Wilamowitzius l. c. p. 125 sqq. disputavit, supervacaneum est.

## § 6.
## De doctrinae Hephaestioneae indole.

Post God. Hermanni (el. d. m. p. 26 sqq., 714 sqq. et epit. d. m. p. 256 sqq.) et Gaisfordii (edit. Oxon. a. 1855 vol. II p. 207—18) curas egregie de commentariis et interpretandis et ponderandis meritus est Westphalius, qui in Allgem. Metr. ed. III p. 175 sqq.[1]) de variis poematum generibus sollerter ut solet disseruit; cuius disputationis fundamentum in ipsis commentariis positum esse voluit. Post quem qui continua interpretatione commentarios instrueret, rem actam ageret. Pauca tamen de universa doctrinae Hephaestioneae indole monenda sunt. Ac primum quidem caput quo de colo metro systemate vel periodo dissereret Westphalius in prima et altera artis metricae editione alio ablegavit, in tertia ipsi de poematum generibus disputationi praefixit. Totam hanc de ordinum rhythmicorum magnitudinibus doctrinam, in quam homines docti non pauci inquisiverunt[2]), paucis hic absolvere mihi non in animo est, cum praesertim neque cum doctrina περὶ ποιήματος arte cohaereat et multa mihi essent repetenda iam ab aliis recte dicta, sed pauca mihi tractanda selegi, quae nondum satis accurate aut recte mihi explicata esse videntur.

[1]) cf. eundem in Philolog. XX (1863) p. 268 sqq.

[2]) Praeter ceteros vide G. Hermann el. d. m. p. 664 sqq.; Westphal in Philol. XX p. 78 sqq.; in annal. philol. LXXXI (1860) p. 189 sqq.; Allgem. Metrik ed. III p. 177—189; Caesar in Grundzüge der griech. Rhythmik (Marburg. 1861) p. 114 sqq., 173 sq. et in ind. lect. Marburg. 1867 p. XII sqq. et 1869 p. XVI; Christ in Sitzungsber. d. Muench. Akad. a. 1868 vol. I p. 1 sqq. et in Abhdlg. d. Muench. Ak. vol. XI (a. 1868) p. 138 sqq., 143 sqq. 177 sqq. et in „Metrik" passim; Wilmanns de M. Terentii Varron. libr. gram. (Berol. 1864) p. 65 sqq. 198 sqq.; Thiemann, Hense, Gerh. Schultz ll. cc. Nihil lucramur ex Gitlbaueri commentis (Philolog. Streifzüge, Freiburg i. B. 1886, p. 31 sqq.).

Optimo iure viri docti ex Heph. p. 20, 21. 43, 1 et schol. α p. 199, 13 sqq. W.[1]) concluserunt Hephaestionem pro ea magnitudine (μεγέθει), ad quam ultimam iusto numero servato metra promovere liceret, triginta χρόνους πρώτους habuisse. Neque pugnat cum hac sententia, quod Hephaestio p. 31, 20 sqq. metrum hexametrum choriambicum temporum triginta quattuor commemorat.[2]) Nam etsi Hephaestione iudice legitime metra temporum triginta numerum excedere non debebant, tamen hac lege constituta non potuerunt e medio tolli longiora metra interdum de industria ab Alexandrinis potissimum poetis usurpata. Diserte hanc discrepantiam illustrat Victorinus p. 82, 25 sqq. „Admonemur hic quod apud Graecos celebratur non praetermittere, Boiscum Cyzicenum supergressum hexametri legem iambicum metrum in octametrum versum extendisse“; cf. eund. p. 83, 21 „ausi sint contra praescriptum triginta temporum duo adicere“.[3]) Idem significavit Hephaestio p. 20, 21 verbis καὶ τῷ πενταμέτρῳ δὲ καίπερ ὄντι ὑπερμέτρῳ πολλοὺς κεχρῆσθαι συμβέβηκεν[4]), ex quibus parum recte Westphalius (Metrik I² p. 663) collegit Hephaestionem versus triginta temporum numerum excedentes sollemniter ὑπέρμετρα vocavisse. Certis hanc coniecturam argumentis refutavit Caesar (ind. lect. Marb. 1867 p. XII—XIV)[5]) neque quae Westphalius in tertia editione (Allgem. Metr.) p. 186 adn. attulit, ullo modo ad eius sententiam defendendam sufficiunt. Reliqui homines docti tales versus a metricis vocatos esse periodos profitentur. Quod non satis accurate dictum est. Ac primum quivis concedat necesse est talia

---

[1]) Ex scholiis Hephaestioneis sua deprompserunt Is. Tzetz. p. 95, 28 et Tricha (ed. Furia) p. 56 sq.; cf. Mar. Vict. p. 83, 2. 10. 19—22, Arist. Quint. p. 32, 23, quo de loco disseruit Caesar Rhythm. p. 129 sq. (cf. Amsel. l. c. p. 136.)

[2]) cf. Tricha (ed. Westphal) p. 284, 3—5.

[3]) cf. Iubam apud Rufin. GL VI 564, 1 sqq., Mar. Plot. GL VI 520, 2—4. 526, 22. 530, 13. Simile quid habes etiam in Rhet. gr. VIII p. 461, 20 συντίθενται δὲ καὶ ἐκ πλειόνων κώλων περίοδοι, ἀλλ᾽ ἐκβαίνουσι τὴν συμμετρίαν καὶ οὐκέτι περιόδων, ἀλλὰ διεξοδικῶν λόγων ἔχουσι τάξιν.

[4]) cf. etiam Chaignet Essais de métrique grecque (Paris 1887) p. 174 adn. 3.

[5]) Versibus hypermetris a Caesare excitatis adde GL VI 637, 7.

carmina, quale est Philici illud Heph. p. 31, 20 excitatum, ab Hephaestione non annumerata esse carminibus systematicis, sed carminibus κατὰ στίχον. Nam ut (p. III 8. X 12) armen ἡ παῖς ἡ κατάκλειστος κτλ., cuius singuli versus non unt stichi sed commata, Hephaestio dimensus est κατὰ τίχον, ita hoc quoque carmen, etsi singuli eius versus ultra gitimum metri modum progrediebantur, sine dubio κατὰ τίχον distribuit. Proprium enim stichorum, quos non metriis rationibus deberi, sed a scripturae genere originem traxisse m dudum cognitum est[1]), non tam certa magnitudine quam ontinua repetitione efficitur. Atque equidem propter schol. eph. β p. 10, 19 ἰστέον γε μὴν ὡς τοῦτο τὸ πεντάμετρον σπάόν ἐστι διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν ἴαμβον <ἐπὶ> πλέον τῶν λ' ἢ ῶν λβ' χρόνων αὔξεσθαι non dubito, quin etiam singulos uiusmodi carminum versus Hephaestio στίχους vocaverit. i longiores erant versus, quam ut huic rationi subici poierint, illud ortum est carminum genus, quod in carmine lcaico ἔμε δεῖλαν κτλ. ex quattuor denorum pedum conugationibus constante Hephaestio p. XIV 2 sqq. statuit. ro singulis igitur versibus, Hephaestionem si sequimur, abemus systemata vel strophas totumque carmen est monotrophicum (sc. ἐξ ὁμοίων). Similiter omnia, quae ultra iustum ietri modum procederent, a nonnulis σύνθετα vocata esse ıristides Quint. p. 32, 25 auctor est. Neque usquam traditum est Hephaestionem huiusmodi versus periodos appellasse. )mnia enim scholia Hephaestionea, in quibus periodorum iomen legitur, ad alteram metri definitionem spectant, qua netra usque ad triginta duo tempora progredi praescribitur; f. Choerob. p. 74, 18. Scholion, quod ex codice *Q* Studenundus in Anecd. var. I pag. 133 exeunte (ad p. 32, 4 sqq.), x codicibus *A* et *K* ibidem pag. 134 (ad pag. 33, 8 an ad ag. 34, 6?) edidit (cf. Heph. p. 31 adn. Gaisf.), corruptum sse facile perspicitur.[2]) Verum iam vidit Pauwius, qui

[1]) cf. etiam τὰ στιχηδὸν γεγραμμένα in schol. in Dion. Thr. p. 784, 4 t Studemundi An. var. I p. 230, 17.

[2]) Eandem corruptelam iam legit Ioa. Tzetz. l. c. p. 311, 1 sqq. t 313, 8, cuius de hac doctrina praecepta magis futtilia sunt quam in uibus explicandis operam perdam.

scripsit οὐκ ἐνδέχεται στίχον ⟨τριακαι⟩ τριακοντάσημον εἶναι; cf. Caesar em. Heph. I p. XVI.

Alteram definitionem esse Heliodoream recte mihi videtur coniecisse Hensius Hel. Unt. p. 117. Ceterum de coli, periodi, pericopae in colometria notionibus quae disputaverunt Thiemannus et Hensius ll. cc. parum subtiliter dicta sunt. Κόμμα in colometria omnino deest, contra κωλάρια vocantur in schol. Pac. 173 versus τί φησι; et ἰὴ ἰή. Idem vocabulum in schol. Ach. 1 pro κομμάτιον substituit Thiemannus. Agitur illic de versu Ach. 43 πάριτ' ἐς τὸ πρόσθεν. Vocabulo κῶλον duplex notio subiecta est. Primum significat, id quod in κωλομετρίᾳ consentaneum est, omnes versus scriptura expressos, cum cuius sint magnitudinis nihil intersit. Tum cola dicuntur omnes versiculi stichis minores sive integri sunt sive catalectici. Abusive enim etiam comma dicitur colon (Victor. p. 54, 5). Περίοδος nominatur primum ea pedum coniunctio, quam eodem vocabulo significavit Hephaestio p. IV 12. XIII 6. XXIV 4, de qua dixi p. 35 sq., tum unaquaeque μέτρων συναγωγὴ ἤτοι δύο ἢ πλειόνων ἢ ὁμοίων ἢ ἀνομοίων (p. VIII 1 sq.), ita ut plane consentiat cum ea notione quam vocabulo σύστημα tribuit Hephaestio. Itaque singulos locos enumerare supersedeo. Iniuria igitur Thiemannus p. 109 periodum metricam variis constantem versibus περικοπήν dici affirmavit. Immo etiam in periodis saepissime varii versus miscentur; contra περικοπή apud Heliodorum nondum prorsus in sollemnem usum abiisse videtur. In schol. Ach. 971 (συζυγία κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερής) pericopae vim plane concinere cum ea, quam Hephaestio p. VI 8 sqq. et XIX 5 sqq. descripsit, quivis facile perspicit. Idem cadit in schol. Pac. 1127 ἐν μὲν τῇ β' περικοπῇ ἐστι κτλ. in cuius initio iam Hensius p. 141 scripsit διαπεραίνεται συζυγίαν ⟨κατὰ περικοπὴν ἀν⟩ομοιομερῆ. Sed in schol. Pac. 485 et Ach. 263 qua pericopa a periodo differat non video, quoniam et periodi ἀμοιβαῖαι dicuntur, velut in schol. Ach. 1008, et interdum responsione carent (cf. schol. Nub. 457. 467. Ach. 1143), et diversis εἰσθέσεως vel ἐκθέσεως modis exaratae sunt (cf. e. g. schol. Eq. 616). Unum tamen Heliodori fragmentum adhuc viros doctos fugit. Nam sine dubio apud Joann. Siceliotam

in Rhet. gr. (W.) VI 167, 24 pro Διόδωρος restituendus est Ἡλιόδωρος. Leguntur l. c. p. 167, 20 sqq. haec: διὰ τοῦτο λέγονται τὰ μέτρα μονόμετρα μὲν τὰ ἐκ μιᾶς συζυγίας, δίμετρα δὲ τὰ ἐκ δύο καὶ τρίμετρα μέχρι τῶν ἐξαμέτρων· ἐπέκεινα γὰρ οὐ πρόεισιν ἡ ἀπότασις, ὡς ἐδίδαξεν ὁ Ἡλιόδωρος[1]) καὶ τὰ παραδείγματα σαφῶς ἐμφαίνουσιν. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ ἐπικοῦ μονόμετρον μὲν οὐκ ἔχει[2]), δίμετρον[3]) δέ μῆνιν ἄειδε θε[ά].[4]) πεντάμετρον δέ μῆνιν ἄειδε, θεά, Πηληιάδεω Ἀχι· ἑξάμετρον δὲ προςτεθέντος τοῦ λῆος ποδός, ὅς οὐ σώζων δάκτυλον καταληκτικὸς[5]) λέγεται. ἐπὶ δὲ ἰαμβικοῦ μονόμετρον ἀκατάληκτον σίγα σίγα Eur. Or. 140) καὶ αἶ αἶ (?)[6]) μονόμετρον καταληκτικόν. τροχαϊκῶν δὲ δίμετρον καταληκτικόν λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης (Eur. Or. 140). τοιούτων μυρίων ἐν τοῖς δράμασιν ὄντων καὶ μάλιστα ἐν τοῖς χοροῖς οὐ μὴν καὶ οἱ ῥήτορες ἐπὶ σπουδῆς ἔχουσι τὸ τούτοις χρῆσθαι. Similiter in schol. Heph. α, quod ex codicibus AKQ edidit Studemundus l. c. p. 142 ad pag. 47, 10, ex MS Gaisford p. 47 adn., traditur ὅτι οὐδὲν μέτρον ἐστὶν ὑπὲρ τὸ ἑξάμετρον[7]), quocum scholio mirum quantum consentit Victor. p. 76, 22—27; cf. eund. p. 55, 7—9 et p. 82, 26. Praeterea inspicias Aristidem Quint., qui more Pythagoreorum in hexade harmonicam quandam vim inesse docet: p. 32, 2) μέχρι γὰρ ἑξάδος ηὐξήθη συλλαβή τε καὶ πούς καὶ μέτρον διὰ τὴν τοῦ ἀριθμοῦ τελειότητα καὶ τῷ περιέχεσθαι πάντας ἐν αὐτῷ τοὺς τῆς συμφωνίας λόγους. Idem praeceptum propter Hermogenis verba τὸ δὲ ὑπὲρ τὸ ἡρωϊκὸν σχοινοτενὲς κέκληται

---

[1]) Ἡλιόδωρος scripsi, Διόδωρος cod.

[2]) Hoc praeceptum apud metricos non rarum est; cf. e. g. Rhet. gr. I 127, 27; schol. Heph. β p. 13, 1, unde sua derivavit Tricha p. 267, 15, 16 adn., 271, 4 (ed. Westphal); Joa. Tzetz. p. 318, 27. 324, 19. 329, 24.

[3]) δίμετρον scripsi, διάμετρον cod.; ad argumentum conferas praecipue rhet. gr. l. c. p. 169, 1—9.

[4]) litt. ά uncis inclusi.

[5]) καταληκτικὸς scripsi, καταληπτικὸς cod.

[6]) cf. Choerob. p. 68, 25 et Tract. Harleian. ed. Studemund (Ind. lect. Vratisl. 1887/88) p. 12, 2 et adn.; cf. etiam GL VI 106, 1 sqq. An scribendum est αἶ αἶ μονόμετρον βραχυκατάληκτον?

[7]) Ex hoc scholio sua mutuatus est Tricha p. 277, 25 sqq. (ed. Westphal); cf. etiam Ioa. Tzetz. p. 318, 22 sqq.

(Speng. II 244, 2) apud eius scholiastas non raro deprehenditur; cf. VI p. 491, 15 sqq. et 246, 24.[1]) Ceterum rhetorum de commate, colo, periodo praecepta et inter se maxime variantur, neque, cum fundamentum distribuendi syllabis, non temporibus contineatur, ad rem metricam spectant. Unum tantum locum proferam, quem unde petiverit Ioannes Siceliota vel eius auctor nescio. Enarratio a Walzio VI 127, 13 sqq. neglegenter descripta sic emendanda est:

Κῶλον τοίνυν καὶ κόμμα καὶ στίχος παρὰ μὲν τοῖς ῥυθμικοῖς (!) τῷ μέτρῳ τῆς ποσότητος ὥρισται. στίχος γὰρ λέγεται τὸ ἀπὸ ἓξ συνεστηκὸς συζυγιῶν, εἰ τρισύλλαβος εἴη ὁ πούς ὁ τὸ μέτρον καὶ τὸν στίχον ποδίζων·[2]) ἐπέλαττον δὲ, τριῶν, εἰ δισύλλαβοι εἴησαν οἱ πόδες, ὡς ἐπὶ ἰαμβικοῦ καὶ τροχαϊκοῦ καὶ ἰωνικοῦ καὶ χοριαμβικοῦ καὶ τῶν ἄλλων χωρὶς τοῦ ἐπικοῦ καὶ τοῦ αἰολικοῦ καὶ τῶν εἰδῶν αὐτῶν. ἀφ'[3]) ἓξ μὲν τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πόδας καὶ τὰ ἑξῆς·[4]) ἀπὸ πέντε μέχρι τοῦ ὠκὺς⟨Ἀ⟩[5])· ἀπὸ τεσσάρων δὲ μέχρι τοῦ πόδας· ἀπὸ τριῶν δέ· τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέ[φη].[6]) ἐπὶ δὲ ἰαμβικοῦ ὡς τὸ καθαρὸν τρίμετρον. τὸ δὲ ἔλαττον⟨ὂν⟩[7]) τῶν τριῶν, εἰ μὲν τελείας ἔχει τὰς συζυγίας, κῶλον λέγεται ὡς τὸ ἡρώων αὐ[τοὺς δὲ] ἐστιν[8])· εἰ δὲ μή, κόμμα.[9])... οὐκέτι μονόμετρον· τὸ γὰρ δακτυλικὸν μονόμετρον οὐκ ἔχει.

Ex metricis latinis longe plurima, ut solet, Victorinus (p. 53, 26—56, 14) praebet, apud quem diversorum auctorum placita confusa atque permixta sunt. Idem auctor, ex quo Aphthonius p. 54, 8—16 enuntiata „erit itaque colon" sqq. petivit, perlucet in Fortunatiani verbis p. 282, 27—283, 3.

---

[1]) cf. etiam Ioa. Tzetz. l. c. p. 316, 10 sqq.

[2]) cf. Rh. gr. VI 168, 27 εἴρηται γάρ, ὡς ἐὰν εἴη πούς τρισύλλαβος συζυγία λέγεται.

[3]) ἀφ' scripsi, ἐφ' cod.

[4]) Eodem exemplo usi sunt alii quoque velut schol. Heph. α p. 14 ad 47, 10, quocum conferas Rh. gr. VI 237, 27.

[5]) 'Α addidi.

[6]) φη uncinis saepsi.

[7]) ὂν addidi.

[8]) κῶλον λέγεται, ὡς τὸ ἡρῷον· αὐτοὺς δέ ἐστιν· cod.; correxi co Rh. gr. VI 496, 29.

[9]) Post κόμμα et exemplum et pauca alia interierunt.

Ceterum quae de Aphthonii auctoribus aliqua cum probabilitate dici possunt, iam dicta sunt cum ab aliis l. c. tum a Schultzio l. c. p. 44—46. Qui etsi bene Varronis sectatorem significavit, malim tamen eum nullo nomine insignire quam Thacomestum vocare. Pauca moneo de praecepto (p. 54, 4 sq.) „omnis ... versus κατὰ τὸ πλεῖστον in duo cola dividitur.“ Similem in modum p. 154, 23, ubi de versibus galliambicis agitur, scriptum est „hoc genus metri maxime desiderat separari in duas clausulas“. At hic vocabuli clausulae usus propter Rufin. GL VI 556, 7 sqq. Varronianus videtur, quam ob rem etiam quae apud Victorinum p. 79, 1—6 leguntur haud absque probabilitate ad Varronem revocaveris. Neque non Varroni favet, quod idem de metro bipartito praeceptum deprehenditur etiam apud Augustinum de mus. lib. III cap. IX (ed. Migne in Patrol. lat. vol. 32 p. 1126) „eum versum a doctis appellatum, qui duobus membris (i. e. colis) certa ratione dimensis copulatisque constaret“. Denique commendatur haec coniectura Victorini verbis p. 55, 11 „Versus est, ut Varroni placet, verborum iunctura, quae per articulos et commata εὐρύθμως[1]) modulatur in pedes“. Neque vero, id quod Christius putavit, hoc praeceptum huius solius disciplinae proprium fuit, sed Iuba quoque, alterius assectator, idem secutus est. Profluxerunt enim ex eo illa, quae apud Victorinum p. 70, 12 sqq. leguntur „dactylicum hexametrum .... dividitur .... in duas (sc. partes) per κῶλα duo, quibus omnis versus constat“.[2]) Nam p. 70, 12 in verbis „dactylicum hexametrum constat e spondeo, trochaeo et eodem dactylo“ idem error graeca verba in latinum sermonem vertentis deprehenditur, quem commissum esse p. 75, 12 („et eundem anapaestum“) ostendit Hensius de Iuba artigrapho (in Act. soc. phil. Lips. ed. Ritschl, vol. IV, Lips. 1875) p. 47, cum conferret schol. Heph. p. 175, 2 (W.) αὐτὸν τὸν

---

[1]) εὐρύθμως Studemund, *ac rythmos* aut *arythmos* codd.; cf. Anonym. in Nauckii Lexic. Vindob. append. p. 322, 8 στροφὴ μὲν οὖν ἐστι κώλων κοινῶν εὔρυθμος σύνθεσις. Similiter Aristides Quint. voce εὐπρεπής usus est (cf. p. 32, 19. 33, 18); cf. etiam Longinum in Studemundi An. var. I p. 128 schol. ad pag. 22, 11 et Anonym. Ambrosian. ibid. p. 231, 31.

[2]) cf. etiam GL VI 631, 25.

ἀνάπαιστον. Re vera in Heliodori colometria non raro δύο κῶλα in unum στίχον coagmentari docetur atque etiam Hephaestione iudice στίχους ex binis colis constitisse concluseris et ex schol. p. 206, 9—10 W. et ex versuum asynartetorum descriptione p. 47, 8—10, de qua sagacissime disseruit Caesar in commentatione de versibus asynartetis (ind. lect. Marb. 1864) p. 4 sqq.

Denique mirifice discrimen, quod inter colon et comma interest, perversum est apud Pompeium in comment. art. Donati GL V p. 133, 24 sqq. „ubi post duos pedes superest syllaba, comma est; ubi post duos pedes nihil, colon est" etc., quocum consentiunt Beda GL VII p. 246, 19 sqq. et Isidor. Orig. I cap. 19 part. 6.

Locutionibus κατὰ στίχον et κατὰ περίοδον recte significari principalem compositionis discrepantiam facile apparet, etsi carmina ἐξ ὁμοίων quasi in medio loco posita neque his neque illis iure annumerari possunt. Inde quod eadem differentia simul in ipsis carminibus exarandis oculis subiciebatur, explicandum est, quod vocabulum περίοδος a musicis, στίχος a librariis originem duxit. Melius solae metricae rationes respectae sunt apud Ioannem Tzetzam in Cratetis Dionysii Euclidis commentario.[1]) Etenim ut apud Hephaestionem tragoediae nominantur μικτὰ γενικά, quippe quae partim κατὰ στίχον, partim κατὰ σύστημα compositae sint, ita in commentario illo tragoedias ex metris et periodis constare edocemur, cum περίοδοι et cantica lyrica et anapaestorum quae vocant systemata comprehendant. Idem dicendi usus est apud Aristidem p. 55, 8 τὰ ἐκ τούτων (sc. τῶν ποδῶν) κόμματα καὶ κῶλα καὶ περίοδοι καὶ μέτρα.[2]) Stropharum particulae apud antiquissimos ni fallor auctores tantummodo κῶλα et περίοδοι nominantur

---

[1]) cf. Cramer An. Ox. III p. 343, 21 sqq,; Westphal Prolegom. z Aeschyl. Tragoed. (Lips. 1869) p. XI v. 15 sqq. et p. XV v. 79. Accuratius de hoc commentario egi in Commentat. in honor. Guil. Studemund (Argentor. 1889) p. 214 sqq. Quae Wilamowitzius l. c. p. 134 adn. 21 de Euclide suspicatus est, mihi non persuasit.

[2]) cf. etiam ἔπη et μέλη quae distinxit Zielinski Gliederung d. altatt. Kom. (Lips. 1885) p. 289 sqq.

cf. Anonym. in Nauckii Lex. Vindob. append. p. 322, 8 στροφὴ μὲν οὖν ἐστι κώλων ποσῶν εὔρυθμος σύνθεσις ἑτεροίας στροφῆς ἀντιστρόφου καὶ ἐπῳδοῦ;[1]) schol. Aristoph. Ach. 346 λέγεται δὲ στροφὴ τῶν κώλων τὸ σύστημα; Poll. IV 112 τῇ δὲ στροφῇ ἐν κώλοις προςασθείσῃ κτλ.; Planud. in Rhet. gr. (W.) V 510, 4 ἡ μὲν οὖν στροφή ἐστιν ἡ πρώτη τιθεμένη περίοδος ἐκ δύο ἢ πλειόνων κώλων. Atque haud scio an vetustissimum dicendi genus servaverit Caesius Bassus, cum tantum non semper periodorum vel potius stropharum — apud Horatium nullum inter strophas et periodos discrimen interest — partes nuncuparet cola, versuum commata[2]). Neque enim Dionysius Halicarnasensis stichorum partes nominavit cola, nisi ubi de colis rhetoricis verba fecit. Contra de comp. verb. cap. XVII (p. 228 ed. Schaefer) verbis στίχοι τε καὶ κῶλα duo illa carminum genera significavit, quae sollemniter κατὰ στίχον et κατὰ περίοδον nominare solebant. Posteriores demum metrici certas commatum, colorum, stichorum magnitudines definiverunt iisque omnibus iuxta in carminibus lyricis explicandis usi sunt. Nam Christius num recte in Abhdl. d. Muench. Ak. XI p. 178 apud Dionysium de comp. verb. cap. XIX (p. 262 Sch.) οἱ δὲ περὶ Στησίχορόν τε καὶ Πίνδαρον μείζους ἐργασάμενοι τὰς περιόδους εἰς πολλὰ μέτρα καὶ κῶλα διένειμαν αὐτάς vocabulum μέτρα ad longos illos versus rettulerit, quibus a scholiastis nomen μέτρα Πινδαρικά inditum est, valde dubito. Μέτρα καὶ κῶλα eo quem Christius excitavit loco idem significare quivis concedat necesse est atque in enuntiato prope antecedente (p. 260) περὶ δὲ τὰς καλουμένας ἐπῳδοὺς ἀμφότερα κινεῖν ταῦτα ἔξεστι τό τε μέλος καὶ τὸν ῥυθμόν. τά τε κῶλα, ἐξ ὧν ἑκάστη συνέστηκε περίοδος, ἐπὶ πολλῆς ἐξουσίας δίδοται αὐτοῖς ποικίλως διαιρεῖν ..., ἕως ἂν ἀπαρτίσωσι τὴν στροφήν· ἔπειτα πάλιν δεῖ τὰ αὐτὰ μέτρα καὶ

---

[1]) In verbis ἑτεροίας — ἐπῳδοῦ vitium inest; facile conieceris pro ἑτεροίας scribendum esse ἐπιφερομένης vel simile quid.

[2]) GL VI p. 270, 11 colon dicitur versus ex tribus choriambis et uno antibacchio constans. Sed p. 270, 10 et 23 commatis vocabulum scriptoris neglegentiae deberi videtur. Primitus ni fallor commatis neque notio neque usus a τομῇ aberat.

κῶλα ποιεῖν. At hoc loco quae vis vocabulo μέτρον subiecta sit cognoscitur ex capitis modo excitati initio (p. 258) τοῖς μὲν ἐποποιοῖς μέτρον οὐκ ἔξεστι μεταβάλλειν, ἀλλ' ἀνάγκη πάντας εἶναι τοὺς στίχους ἑξαμέτρους· οὐδέ γε ῥυθμόν, ἀλλὰ τοῖς ἀπὸ μακρᾶς ἀρχομένοις συλλαβῆς χρήσονται. At enim multo probabilius est longos illos versus Pindaricos et ab Alexandrinis et a Dionysio vocatos esse περιόδους. Tria saltem huius dicendi usus vestigia in scholiis Pindaricis remanserunt; cf. schol. ol. IX 125. 134. X 24 (τὰ δύο μία ἐστὶ περίοδος), de quibus non ab omni parte recte disseruit Christius l. c. p. 146 sq. Porro perperam Christius (l. c. p. 164, Metrik [2] p. 132. 616. 619 sq.) negavit a veteribus grammaticis periodos a strophis distinctas fuisse. Inspicias velim Dionysii locum modo allatum (p. 258 sqq. Sch.). Distinguuntur illic κῶλα, περίοδοι, στροφαί. Ex colis efficiuntur περίοδοι, ex periodis στροφαί. Ergo non secus atque περίοδοι complura complectuntur κῶλα continent στροφαί complures περιόδους. Idem edocemur alio quoque loco ex eodem libro repetito (cap. XXV p. 384 Sch.) ἡ μὲν ὅμοια περιλαμβάνουσα μέτρα καὶ τεταγμένους σώζουσα ῥυθμοὺς κατὰ στίχον ἢ περίοδον ἢ στροφὴν ... κἄπειτα πάλιν τοῖς αὐτοῖς ῥυθμοῖς καὶ μέτροις ἐπὶ τῶν ἑξῆς στίχων ἢ περιόδων ἢ στροφῶν χρωμένη ..., ἔρρυθμός ἐστι καὶ ἔμμετρος (sc. λέξις)...· ἡ δὲ πεπλανημένα μέτρα καὶ ἀτάκτους ῥυθμοὺς ἐμπεριλαμβάνουσα καὶ μήτε ἀκολουθίαν ἐμφαίνουσα αὐτῶν μήτε ὁμοζυγίαν μήτε ἀντιστροφήν, εὔρυθμος μέν ἐστιν κτλ. Tria hic discernuntur compositionis genera haec: 1) κατὰ στίχον, 2) κατὰ περίοδον, 3) κατὰ στροφήν. Quid cuiusque proprium sit, haud illepide postea indicatur vocabulis ἀκολουθία (h. e. κατὰ στίχον), ὁμοζυγία (h. e. κατὰ περίοδον), ἀντιστροφή (h. e. κατὰ στροφήν). Ex ipsa hac responsione apparet hic quoque diversam esse stropham a periodo. Itaque quandoquidem hoc discrimen a Dionysio demum excogitatum esse nemo sibi persuadebit, elucet parum recte cum alios tum Christium (Abhdl. d. M. A. XI p. 178) praefracte negavisse ab Alexandrinis apud Pindarum aut apud tragicos periodorum rationem habitam esse; cf. quae dixi p. 63 adn. 1. At Dionysius quaenam intercederet ratio inter stropham et periodum non-

lum satis bene perceptum habuit. Itaque cum nonnunquam ihil interesse inter periodum et stropham animadverteret, ostea[1]) in libri de Demosthenis vi dicendi cap. L (vol. VI 1110, 1 sqq. R.) eum quem exscripsi locum sic deflexit μὲν ὅμοια περιλαμβάνουσα[2]) μέτρα καὶ ῥυθμοὺς τεταγμένους τε κατὰ στίχον εἴτε κατὰ περίοδον, ἣν καλοῦσιν οἱ ιυσικοὶ στροφήν, κἄπειτα πάλιν τοῖς αὐτοῖς ῥυθμοῖς καὶ τροις ἐπὶ τῶν αὐτῶν στίχων ἢ περιόδων, ἃς ἀντιστρό- ιυς ὀνομάζουσι, χρωμένη ... ἔμμετρός τ' ἐστὶ καὶ ἔρρυθμος· δὲ περιπεπλανημένα μέτρα καὶ ῥυθμοὺς ἀτάκτους ἐμπεριλαμ- νουσα καὶ μήτ' ἀκολουθίαν αὐτῶν φυλάττουσα μήτε ὁμο- ιγίαν μήτ' ἄλλην ὁμοιότητα τεταγμένην μηδεμίαν, ρυθμος μέν ἐστι καὶ εὔμετρος. Neque igitur quod periodis ropharum nomen a musicis inditum esse Dionysius refert, nti momenti est quanti putavit Crusius l. c. p. 18[3]). Sed uribus de strophae notione dicendum erit, cum de Mar. ictor. GL VI p. 58, 6 sqq. verba faciam.

Atque haec quidem de prima et altera commentarii II ıragraphis. De notis metricis iam egi; in carminum generibus Westphalius satis habuit eis speciebus, quae nullius derentur pretii, seclusis schema Hephaestioneum principalibus rationibus servatis emendare et corrigere. Nos in ı potissimum inquiremus, quae maxime singularia ac mira ınt, ut expiscemur, quibus rationibus ei qui doctrinae fundamenta iecerint adducti sint, ut haec ipsa genera seligerent aque sic ut nunc sunt disponerent.

Percurramus singula ex ordine. Hephaestio, cum duo rimaria carminum genera esse vellet, κατὰ στίχον et κατὰ ύστημα, non potuit non alteri assignare elegias et τοὺς ἐπῳ- δούς. Verum ut de epodis taceam, elegiarum indoles quanto ropius abest ab epica poesi quam a solutis lyricae poeseos

---

[1]) cf. Th. Roessler Dionysii Halic. script. rhetor. fragmenta (Lips. 873) p. 4 sq.

[2]) περιλαμβάνουσα scripsi, παραλαμβάνουσα codd.

[3]) In schol. Arist. Nub. 333 ᾀσματοκάμπτας δὲ ὅτι διὰ τὸ ἁρμονίᾳ μὴ ποιεῖν κτλ. Crusius p. 22 adn. 1 audacius scripsit καμπὰς ἔχουσι λείονας ⟨τῶν περιόδων⟩, ἃς οἱ μουσικοὶ καλοῦσι στροφάς κτλ. Immo aditur vocabulis καμπή et στροφή.

strophis! Nonne deprehendimus hominem, qui, dummodo schema efficeret quam simplicissimum, poematum naturae vim adhibere non dubitaverit? Idem consilium perspicitur in carminibus κατὰ στίχον et κατὰ σύστημα inter se oppositis eorumque divisionibus. Quamquam enim Hephaestio sola carmina συστηματικά in carmina κατὰ σχέσιν et ἀπολελυμένα distinguit, idem in parabaseos descriptione σχέσιν etiam ad carmina κατὰ στίχον pertinere significavit, cum parabasin proprie dictam inter ἀπολελυμένα reciperet, ἐπίρρημα et ἀντεπίρρημα inter carmina κατὰ σχέσιν composita. Tamen et haec et illa κατὰ στίχον digeruntur.

Τῶν συστηματικῶν cum alia vocentur κατὰ σχέσιν alia ἀπολελυμένα sc. ἀπὸ τῆς σχέσεως apparet debere haec duo genera complecti omnia carmina systematica, quandoquidem in unoquoque carmine σχέσις aut observata est aut non observata. Quod cum cognovisset Westphalius recte μετρικὰ ἄτακτα subicienda esse censuit τοῖς ἀπολελυμένοις, carmina ἐξ ὁμοίων ex parte τοῖς ἀπολελυμένοις, ex parte τοῖς κατὰ σχέσιν (Allg. Metr. ed. III p. 200). At quaeritur quomodo factum sit, ut duo illa genera eodem loco atque carmina κατὰ σχέσιν et ἀπολελυμένα collocentur. In μετρικοῖς ἀτάκτοις consociantur ad libidinem tres vel fortasse quattuor diversorum generum versus, velut in Simonidis epigrammate,[1]) aut admiscentur continuis unius generis versibus versus alterius generis, spatiis interiectis modo brevioribus modo longioribus, velut in Margita. Huiusmodi carmina cum κατὰ στίχον dimetiri non posset, Hephaestio systematicis subiunxit, etsi non esse in eis certa systemata distribuendi quasi principium constituentia neminem praeterit. Strophas vero in eis distinguere iure noluit. At enim τῶν ἀπολελυμένων tria secernuntur genera. Aut tam parva sunt carmina ut stropham non impleant (ἄστροφα), aut comprehendunt vel unam vel complures

---

[1]) cf. Critiae carmen apud Heph. p. 11, 9 sqq.; Simonidis fragm 125 in Bergk. PLG III⁴. Omnibus his locis ad metra varianda aliqui saltem valuerunt nomina propria. Indidem potissimum explicandum videtur, quod similis generis exempla non rara sunt in epigrammatis graecis a Kaibelio (Berol. 1878) collectis.

strophas. Patet igitur ἀπολελυμένα primitus non fuisse quasi schema quoddam philosophicum eo consilio fictum atque definitum, ut omnia carmina eis subicerentur, quae σχέσιν abnuerent, sed certum quoddam carminum genus: a quo cum aliena essent μετρικὰ ἄτακτα, speciem τῶν ἀπολελυμένων efficere non potuerunt. Carmina ἐξ ὁμοίων Westphalius l. c. p. 204 sq. prorsus a carminibus κατὰ σχέσιν segregavit duoque τῶν ἀπολελυμένων genera finxit ἀπολελυμένα ἐξ ἀνομοίων et ἀπολελυμένα ἐξ ὁμοίων. Qua coniectura si tantum Hephaestionis doctrinam ipsa eius verba (p. XIV 1 sqq.) ἐὰν τεταγμένος ἀριθμὸς ᾖ, οὐκ ἔστιν ἐξ ὁμοίων, ἀλλὰ κατὰ σχέσιν secutus sibi congruentem reddere studuit, Westphalius bene fecit, sed aliter iudicandum est veram carminum ἐξ ὁμοίων indolem spectanti. Hephaestio carmen Alcaicum, quippe in quo σχέσις inesset, ex τῶν ἐξ ὁμοίων numero seclusit, etsi alios aliter sensisse significavit.[1]) Sed quid interest inter illud carmen et carmen vere ἐξ ὁμοίων? Nihil nisi quod περιοδικοὶ in hoc sunt ἄνισοι, in illo ἴσοι. Ceterum componendi ratio, in qua singularis carminum ἐξ ὁμοίων condicio posita est, et hic et illic iuxta observatur. Unde quid efficitur? Is, qui carminum genera κατὰ σχέσιν et ἀπολελυμένα proposuit, carmina ἐξ ὁμοίων omnino neglexit. Postea alii hoc genus in fundamentis longe diversis positum cum illis carminum generibus consociare diversum in modum operam navabant.

Ex carminum κατὰ σχέσιν speciebus de epodicis iam supra disserui. Generis et nomen et descriptionem ad epodicorum proprie dictorum similitudinem ficta esse nemo non videt. Etiam illud contendere ausim eum, qui epodicorum species statuit, non tam id egisse, ut quae carminum genera apud poetas occurrerent, in unum conferret et disponeret, sed ut omnia schemata exhauriret, quaecunque, ubi duabus paribus strophis sese excipientibus una aut duae strophae ab eis diversae adduntur, evadere possunt.[2])

---

[1]) Ἄπειρον, quem Hephaestio commemorat, fuisse Heliodorum, quamvis proclive sit suspicari, nullo testimonio comprobatur.

[2]) Velut παλινῳδικά profecto non ideo proposuit, quia in Aesch. Choeph. v. 422—53 leguntur, sed ut omnia genera absolveret.

Carmina κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῆ ideo notanda sunt, quod doctrinam excultam esse non neglecta antiqua comoedia Attica docent.

Maxime mira sunt ἀντιθετικά. Gravissime enim offendimur, cum inter media systemata et systematicorum species sermo incidit de singulis colis eorumque responsione. Neque exemplum non memorabile est. Nam, licet Hephaestio ne in enchiridio quidem a carminibus illis figuratis exempla repetere dubitaverit,[1]) hoc quivis videt non statuta esse ἀντιθετικά propter unum illud carmen — σπανιώτατον esse hoc genus ipse Hephaestio profitetur neque cetera technopaegniorum genera usquam in carminum generibus enumerandis in censum veniunt —, sed exemplum arcessitum esse a Simmia, ut certum quoddam σχέσεως genus antea fictum exemplo aliquo illustraretur.

De carminum ἀπολελυμένων et ἐξ ὁμοίων speciebus quod Westphalii explicationibus addam vix habeo. Digeruntur secundum illam rationem, utrum poema contineat minus una stropha (ἄστροφα) an unam stropham (ἄτμητα, ἀπερίόριστα) an complures (ἀνομοιόστροφα, κατὰ περιορισμοὺς ἀνίσους). Qualitate neque horum neque illorum species inter se differunt. In utrisque id cavendum est, ne strophae sint pares, quod si usu venit, carmina fiunt κατὰ σχέσιν.

Sed quid multa? Hephaestio cum p. 57, 10—13 ultimo enchiridii capiti haec praemitteret: πολυσχημάτιστα δὲ καλεῖται ὅσα κατ' ἐπιλογισμὸν μὲν οὐδένα πλῆθος ἐπιδέχεται σχημάτων, κατὰ προαίρεσιν δὲ ἄλλως τῶν χρησαμένων ποιητῶν, in re metrica longe plurimum valere rationem deductivam, ut nostratium sermone utar, ipse diserte professus est. Atque re vera hanc in toto enchiridio principalem ac fere singularem esse quivis semel admonitus intellegit. Neque mediocriter eandem viguisse in doctrina περὶ ποιήματος condenda concedet, qui perpenderit quae dixi de elegeis, de poematis aut κατὰ σχέσιν aut ἀπολελυμένοις, de epodicorum speciebus, de antitheticis, de specierum τῶν ἀπολελυμένων et τῶν ἐξ ὁμοίων aequalitate, de mesodis p. XXVI 12 sq. excitatis. Eodem

[1]) cf. p. 32, 5. 8.

pertinent terna μικτῶν et κοινῶν genera. Quis primus ipsorum poetarum usu (ἐμπειρία) postposito ratiocinationi potissimum rem metricam inniti docuerit nescimus[1]), verum eiusdem consilii etiam in Aristoxeni arte musica non pauca deprehendi vestigia satis notum est. Velut τῶν μελῳδουμένων γένη statuit non solum μικτά, verum etiam κοινά, quae vix unquam usu venisse videntur; cf. Aristox. Harmon. ed. Marquard (Berol. 1868) p. 64, 7 et 334. Adhibitos esse in doctrina περὶ ποιήματος contexenda ab Hephaestione vel eo quo usus est auctore poetas lyricos et comicos in propatulo est, sed tragicorum vestigium apparet nullum, nisi quis huc referat verba (p. XXIV 8) οἷα μάλιστα φιλεῖ γενέσθαι ἐν ταῖς παρόδοις τῶν χορῶν. Notatu autem dignissimum est illud carminum genus, quod tragicis fuit usitatissimum, cum complura stropharum et antistropharum paria epodo nunc subiuncta nunc omissa consociarent, ne verbo quidem apud Hephaestionem perstringi. Apud Aristophanem haec compositio rarissima est neque in Heliodori colometria eius exemplum deprehenditur.[2]) Itaque de Heliodoro nihil affirmaverim, Hephaestio certe hoc carminum genus omisit eadem ratione ductus qua in toto enchiridio sola fere lyricorum et comicorum metra respexit,[3]) cum tragica tironum institutioni parum apta esse censeret.

[1]) Nobis contra altera via ingrediendum esse omnes consentiunt, sed multum abest, ut hoc in doctrina certe περὶ ποιήματος iam satis accurate factum sit. Nonnulla de stropharum apud tragicos compositione perbene disseruit novissime A. Kirchhoff in Sitzungsber. d. Berl. Akad. 1889. p. 945 sqq.

[2]) Simile quid habes Ach. 1214—25, qui versus in scholio Heliodoreo dicuntur δυάδες τρεῖς δικώλους ἔχουσαι τὰς περιόδους.

[3]) Tragicorum versus commemorantur p. 5, 13. 20, 8. 38, 22. 43, 11. 54, 2; cf. etiam Westphal Metrik I[2] p. 185.

## Cap. II. De Aristidis Quintiliani doctrina.

Ut Hephaestio ultimum enchiridii caput doctrinae περὶ ποιήματος tribuit, ita Aristides vel potius is, ex quo τῆς μετρικῆς enarrationem deduxit, cum eum sequeretur ordinem, ut ab elementis profectus ad τὰ ἐκ τούτων συνιστάμενα ascenderet et sic deinceps progrederetur, ultimam artis metricae partem esse voluit doctrinam περὶ ποιήματος πρὸς ἔνδειξιν τοῦ σκοποῦ τῆς μετρικῆς (p. 28, 20). Disponendi igitur rationem ab Hephaestione, cum a certis syllabarum mensuris initium caperet (cf. Choerob. p. 37, 12—17), aliquanto obscuratam hic integram a principio usque ad finem servavit. Atque idem cum diserte explicare, cur praecepta περὶ ποιήματος assumeret, non supervacaneum esse censeret, haud scio an cuipiam non sine probabilitatis specie videatur has quinque τῆς μετρικῆς partes vel primus vel saltem in primis constituisse.[1]) Verum ne in temeritatis crimen incidam, hac opinione significata ad ipsa eius praecepta perlustranda aggrediar. Leguntur p. 37, 6—10 haec:

§ 1. Τὸ δ' ἐκ τῶν μέτρων εὐπρεπὲς σύστημα καλεῖται ποίημα.

§ 2. Τούτων δὲ τὰ μὲν γίνεται κατὰ στίχον, ὡς τὰ Ὁμήρου, τὰ δὲ ἐκ δύο μέτρων, ὡς τὰ ἐλεγεῖα, τὰ δὲ ἐκ τριῶν, ὡς ὅταν ἐλεγείῳ προστιθῇ τις ἰαμβεῖον ἢ ἄλλο τι, τὰ δ' ἐκ πλειόνων.

Discernuntur igitur apud Aristidem quattuor carminum genera, cum alia constent ex singulis versibus continuatis, alia ex binis, alia ex ternis, alia ex compluribus. Postremo loco posita esse carmina κατὰ περίοδον nemo non videt,[2])

---

[1]) Parum accurate Westphal. Metrik I² p. 229 has categorias fuisse disciplinae Heliodoreae atque Hephaestioneae dixit; cf. Longin. p. I 12—15 (in schol. Heph. β). Iam Platonis aetate rhythmici scholarum principium ab elementorum explicatione ducere soliti sunt (Plat. Cratyl. 424 c).

[2]) Vocabulum περίοδος, non σύστημα Aristidi in usu fuisse docui p. 42.

tsi certum nomen desideratur; qui defectus soli excerptoris eglegentiae tribuendus est, qua universa haec de poemaım generibus disputatio foede truncata est. Longe enim nte illud carminum genus statutum est quam Aristidis ars xcogitata. Elegeis ab Hephaestione parum apte systemacis subiunctis hic multo melius peculiare genus effici voluit, ıi ab Aristidis auctore similiter atque fit apud Hephaestioem epodos quoque Archilochicos annumeratos fuisse putaərim. Scrupulum vero prima specie movent carmina tribus ərsibus confecta ὡς ὅταν ἐλεγείῳ προςτιθῇ τις ἰαμβεῖον ἤ λλο τι; de quibus ut recte iudices inspicias velim Hephaeionis μετρικὰ ἄτακτα: en quod quaeritur exemplum offertur imonidis epigramma. At enim apud Hephaestionem μετρικὰ τακτα quam non apte subiuncta sint systematicis ipso noine ad carmina stichica delegata et quantopere repugnent ırminibus absolutis supra exposui, Aristidis auctor cur imonidis epigramma arcessiverit in propatulo est. Aut itur egregie fallor aut vel ex hac particula Aristidis de oematum generibus enarrationem Hephaestionea multo sse simpliciorem atque vetustiorem evincitur. Aristidis ıctor περίοδον ἐκ πλειόνων μέτρων συνεστηκέναι docuit, Hehaestio vel is, cuius disciplinam amplexus est, ut schema ırminum simplicius redderet, σύστημα esse dixit μέτρων ναγωγὴν ἤτοι δύο ἢ πλειόνων ἢ ὁμοίων ἢ ἀνομοίων, quo facım est, ut inter systematica recipere potuerit elegeas et oodos; quamquam, cum systematicorum species enumeraret, ıutationis illius oblitus speciem, quo illa carmina referret, on excogitavit. Verum carminum binis versibus usque petitis constantium genus non ab Aristidis demum auctore ıarratione Hephaestionea offenso fictum esse, sed antiquis in usu fuisse aliis quoque argumentis arguitur. Etenim se Hephaestio carmina Sapphica alterius et tertii libri non ὸ στίχου, sed ὑπὸ διστιχίας vel ὑπὸ δυάδος στίχων distribui fert (p. IV 1. X 1 sqq.), quae dispescendi ratio in antiquis e. Alexandrinorum editionibus paragraphis adscriptis signiata erat.

Neque μικτῶν neque κοινῶν ulla genera apud Aristidem mmemorantur, sed quoniam huius rationis vestigia iam

apud Aristoxenum deprehendimus, ea ab Aristide omissa esse quam ab illius auctore repudiata probabilius est; p. 30, 2 συλλαβαί dicuntur κοιναί vel μέσαι, p. 36, 26—32 μέτρα μέσα describuntur.

§ 3. Καὶ τούτων τὰ μὲν ἀπολελυμένα, τὰ δὲ κατὰ σχέσιν· ἀπολελυμένα μὲν ὡς παρὰ τοῖς κωμικοῖς αἱ παραβάσεις, κατὰ σχέσιν δὲ ὡς τὰ ἀντιστρέφοντα.

Carminum e compluribus versibus constantium[1]) alia esse ἀπολελυμένα, alia κατὰ σχέσιν docet Aristides. Desunt, ut par est, et μετρικὰ ἄτακτα et carmina ἐξ ὁμοίων, quae genera aliunde esse profecta neque convenire poematum ἀπολελυμένων et κατὰ σχέσιν distinctioni supra ostendi. Itaque probabile est ea ab Aristide abesse non ideo, quod is, qui largiores copias in artius contraxit, casu haec potissimum genera omisit, sed quod in eo, quo utebatur, fonte illa poemata huc delapsa nondum erant. Quid Aristidis auctor de poematis ἐξ ὁμοίων iudicaverit dici nequit; illud unum fortasse mentione dignum est Aristidem, cum omnia metra quasnam magnitudines (μεγέθη) contineant, accurate doceat, de ionico a minore h. e. eo metro, quo carmen illud Alcaicum (cf. p. XIV 3) conditum est, ne tecte quidem quidquam significare; cf. p. 33, 12. 34, 1. 19. 29. 35, 2. 7. 20. 36, 1; contra p. 35, 25—31.

Quae ad τὰ ἀπολελυμένα illustranda proferuntur αἱ τῶν κωμικῶν παραβάσεις haud temere cuipiam difficultatem movebunt, utpote quae ex septem partibus constantes, quarum tres quae praecedunt sunt ἀπολελυμέναι, reliquae κατὰ σχέσιν, non efficiant carmen ἀπολελυμένον sed μικτὸν συστηματικόν; cf. schol. p. XV 12 — 13. At, inquis, vocabulo παράβασις ab Aristide significatur non tota parabasis, sed sola altera illius pars, cui apud Heliodorum αὐτὴ ἡ παράβασις, apud plerosque οἱ ἀνάπαιστοι nomen est. Quae etsi re vera κατὰ στίχον distribuitur, etiam apud Hephaestionem (p. XXVIII 8. 12) inter τὰ ἀπολελυμένα enumeratur. Multo tamen probabilius est apud Aristidis auctorem primas tres parabaseos

[1]) Ad hoc unum genus vocem τούτων spectare ex ipsa re intellegitur; cf. etiam p. 29, 12.

partes fuisse significatas eiusque verba ab Aristide parum accurate esse exscripta.

Verbis insequentibus τὰ δὲ κατὰ σχέσιν ὡς τὰ ἀντιστρέφοντα non ut antea certo generis nomini peculiare compositionis exemplum additur, si quidem verba τὰ κατὰ σχέσιν et τὰ ἀντιστρέφοντα de isdem valent poematis. Verba tradita ita tantum interpretari posse videmur, ut certae artis voci adiunctum esse putemus illud vocabulum, quo imperiti neque artem metricam professi eandem rem appellare solebant.[1])

Nimis ab Aristide mutilata est ultima paragraphus:

§ 4. Καὶ πάλιν τούτων ἃ μὲν διμερῆ, ἃ δὲ τριμερῆ, ὡς τὰ καὶ τὴν ἐπῳδὸν προσλαμβάνοντα.

Καὶ τὰ μὲν ὁμοίως τῇ τάξει, τὰ δὲ ἐναντίως ἔχει· ὁμοίως μὲν ὡς ὅταν τὸ πρῶτον τῆς ἀντιστρόφου τῷ τῆς στροφῆς ἀποδοθῇ πρώτῳ, τὸ δὲ δεύτερον τῷ δευτέρῳ καὶ τὰ ἑξῆς ὁμοίως· ἐναντίως δὲ ὡς ὅταν τὸ πρῶτον τῷ τελευταίῳ, τὸ δὲ δεύτερον τῷ παρατελεύτῳ καὶ τὰ λοιπὰ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον.

Τριμερῆ explanationem non requirunt; eadem enim sunt quae apud Hephaestionem epodica proprie dicuntur. Quorum ad similitudinem si διμερῆ fingimus, quandoquidem nulla re differre dicit epodica nisi addita epodo, hoc existit schema AA|AA|AA... h. e. carmen monostrophum. Διμερές tale carmen ideo vocari potuit, quia duabus minimum strophis ut responsio fieret opus erat. Atque re vera, etsi neque in graecis neque in latinis carminibus monostrophis numeri aequales observantur, grammaticos quosdam carmina monostropha habuisse pro epodicis, in quibus epodi omissae sunt, nonnullis testimoniis comprobatur; cf. Caes. Bass. GL VI 266, 26—267, 1, Atil. Fort. ibid. p. 294, 24—27, Mar. Vict. p. 59, 6—7 „sunt quaedam carmina, quae monostropha appellantur, quod d u a s periodos et eas pares habeant neque epodo ut alia concludantur“, de quibus locis infra dicturus sum. Eandem fere sententiam ex scholiis Pindaricis deprompsisse videtur Is. Tzetzes p. 65, 16:

---

[1]) Si ariolari licet, apud Aristidis auctorem haec fere scripta fuisse coniecerim: ἀπολελυμένα μὲν ὡς παρὰ τοῖς κωμικοῖς ἐν ταῖς παραβάσεσι τὰ τρία πρῶτα ᾄσματα, κατὰ σχέσιν δὲ ὡς τὰ ἕτερα τὰ ἀντιστρέφοντα.

τοίνυν μονόστροφόν ἐστι στροφὴ σὺν ἀντιστρόφῳ.
ἀνόμοιον ὁ ἐπῳδός· τὰ γὰρ ἐπῳδικά τε
ὅταν στροφή, ἀντίστροφος καὶ ἐπῳδὸς τυγχάνῃ.

Et hanc definitionem et eam quam profert Hephaestio significat Tzetzes p. 73, 2—3. Denique conferas schol. Pind. Pyth. VI ἔστι δὲ ἡ ᾠδὴ μονόστροφος· αἱ δὲ μονόστροφοι ἀντιστρόφους ἔχουσι τὰς στροφὰς ἀλλήλαις, ὥστε ἴσα εἶναι τά τε τῆς στροφῆς καὶ ἀντιστρόφου. Apud Aristidis auctorem utrum secuta sit explicatio, qua singulae διμερῶν species, in quibus carmina huius modi ABAB et fortasse huius AABB vel AABB...C, enumeratae fuerint, necne nunc iam discerni nequit.

Duplex in eis quae in § 4 sequuntur describitur responsionis genus, alterum aequale, cum primo strophae colc respondet primum antistrophae, secundo secundum et sic deinceps, alterum contrarium, cum primo strophae par est ultimum antistrophae, secundo paenultimum et sic deinceps Quae ad sola διμερῆ spectare videntur; nam quam volueri epodorum responsionem ne verbo quidem commemorat Bipartitorum evadunt genera haec:

$$A\left\{\begin{array}{l}a\\b\\c\\d\end{array}\right. \quad A'\left\{\begin{array}{l}a'\\b'\\c'\\d'\end{array}\right. \quad \text{et} \quad A\left\{\begin{array}{l}a\\b\\c\\d\end{array}\right. \quad A'\left\{\begin{array}{l}d'\\c'\\b'\\a'\end{array}\right.$$

Illae strophae sunt prima et altera carminis monostroph hae num differunt ab Hephaestionis carminibus antithetici Neque enim id quidquam refert, quod apud Hephaestione ἀντιθετικά unum huiusmodi schema complectuntur, ap Aristidem quominus plura comprehendant nihil obstat. ] vera carmen, in quo schema antitheticum bis aut saepi recurrat, sub oculos non cadit. Sed illud summi est m menti, quod antitheticorum condicio apud Hephaestione permira quemadmodum orta sit hinc dilucide intellegit Nam Aristides cum antithetici carminis partem priorem p stropha, posteriorem pro antistropha haberet, haud illepi hoc genus usitatae διμερῶν formae opposuit. Etiam apert in antitheticis stropha et antistropha distinguuntur ab Ioan Siceliota, qui in Rhet. graec. VI p. 129, 7 sqq. (W.) ha

rotulit enarrationem, quae undenam in Hermogenis scholia uxerit, ex quibus Ioannes Siceliota eam hausisse putandus st, ignoratur.

Ἔστι καὶ ἄλλο εἶδος στροφῆς καὶ ἀντιστρόφου κατὰ περίοδον[1]· ράφουσι γὰρ τὴν μὲν στροφὴν ἢ διὰ δύο στίχων ἢ τριῶν ἢ ὁπόσων[2]) βούλεται ὁ ποιητής, ἔχουσαν[3]) τοὺς στίχους διάφορα μέτρα[4]), ὸν μὲν πρῶτον τυχὸν τροχαϊκόν,[5]) τὸν[6]) δεύτερον ἰαμβικὸν καὶ ὸν τρίτον ἄλλον τινά· εἶτα τὴν ἀντίστροφον ἐπάγουσιν ἔχουσαν ὸν πρῶτον στίχον ὅμοιον τῷ τελευταίῳ τῆς στροφῆς, τὸν δεύτερον τῷ πρὸ τοῦ τελευταίου, τὸν τρίτον τῷ μετὰ τοῦτον τρίτῳ[7]) ως ὅλων, ὡς συμβαίνειν τοὺς μέσους τῶν δύο, τῆς τε στροφῆς ⟨καὶ τῆς ἀντιστρόφου⟩[8]), καὶ τοὺς ἄκρους ἀλλήλοις ἀντιστρέφειν ατὰ τὴν πλοκὴν καὶ τὴν κατάληξιν; cf. Isaac. Tzetz. in ipsa ntitheticorum explicatione p. 65, 33

ὡς εἶναι μέσον τὸ αὐτὸ καὶ παραδόξως τέλος.

Huiusmodi ab explanatione quomodo profecta sit Hephaestionea apparet. Etenim cum usitatum responsionis ordinem liserte statuere molestum ducerent, ne antithetica quidem pro binarum stropharum coniunctione habebant. Sic, ut ilia omittam, factum est, id quod supra mirati sumus, ut ipud Hephaestionem inter diversas stropharum conformaiones subito sermo incidat de colis inter se respondentibus.

Satis iam opinor probavimus apud Aristidem deprehendi περὶ ποιήματος doctrinam quae Hephaestioneam et simpliciate et aetate longe superet. Hephaestionis praecepta etsi ion recta via ex Aristidis fonte manaverunt, tamen per circuitum ad explicationem Aristidi simillimam revocanda sunt. Facile concedo plura fuisse in Aristidis fonte, quam quae ipse Aristides nobis praebeat, sed praefracte nego omnia

---

[1]) Περίοδος hic idem fere atque ἀνταπόδοσις vel ἀνακύκλησις significare videtur.

[2]) ὁπόσων scripsi, ὁπόσην cod.

[3]) ἔχουσαν scripsi, ἔχων cod.

[4]) scribendum videtur διαφόρων μέτρων.

[5]) τροχαϊκόν scripsi, τροχαῖον cod.

[6]) an τὸν ⟨δὲ⟩?

[7]) τρίτῳ delendum videtur.

[8]) καὶ τῆς ἀντιστρόφου inserui.

genera in eo fuisse enarrata, quaecumque Hephaestio novit, aut eorum, quae utrique fuerint communia, eundem fuisse ordinem. Neque vereor, ne quis censeat excerptoris incuria mirum in modum ea ipsa genera omissa aut recte transposita esse, quae postea vel addita vel perperam collocata esse re ipsa ostenditur. Immo quandoquidem eorum generum, quae maxime offensioni sunt apud Hephaestionem, originem facile expedimus ex Aristide, huius explicationem pro vetustiore habebimus. Cui sententiae aliquid fortasse adminiculi vel eo paratur, quod praeter locutionem κατὰ στίχον satis tritam certa artis vocabula singulis generibus non induntur nisi carminibus κατὰ σχέσιν et absolutis.

Quaerat aliquis num haec eis conveniant, quae de Aristidis aetate fontibusque aliunde comperta habemus. At primum quidem quoniam artis metricae explicationem, quae apud Aristidem scripta est, non ab ipso esse excogitatam inter omnes convenit, nostra non multum interest utrum Aristides saeculo p. Chr. n. primo exeunte vel altero ineunte an saeculo tertio vel quarto fuerit.[1]) Deinde de auctoribus ab illo exscriptis quae tandem explorata sunt? Nihil proficimur eis quae de harmonicae et rhythmicae apud Aristidem artis fontibus docuerunt Susemihl, Deiters, Westphal, Caesar. In metrica arte redeunt universa disciplinae Hephaestioneae fundamenta; sunt tamen permultae res eaeque haud leves, quae et ab Hephaestionea et quantum videre licet ab Heliodorea recedant.[2]) Nam licet Aristides p. 30,

[1]) Quae Caesar (Rhythmik p. 2 sqq.; indic. lect. Marburgens. hib. 1862/63. 1882/83 et aest. 1884) de Aristidis aetate disseruit, nemodum refutavit. Etiamsi reliqua argumenta ab eo allata non admodum gravia esse concesserim, summi tamen momenti est, quod et Eusebii nomen et Florentii (Arist. p. 1, 5) saeculo demum tertio vel potius quarto in consuetudinem venerunt. Florentii nomen auctore de Vit (Onomast. tot. lat.) primum legitur in cod. Iustin. II 38, 1 in rescripto quodam a. 198 p. Chr. n. dato, sed propter codicum discrepantias utrum Florentius an Florentinus fuerit non liquet; cf. etiam de Rossi La Roma Sotteranea III p. 42.

[2]) cf. Caesar Rhythm. p. 33, Westphal Metrik I² p. 229—231, G. Schultz l. c. p. 22 sq.

7 sqq. sententiam proferat, cui similem ut Heliodoream
apugnat Hephaestio p. 8, 17 sqq. W., tamen Aristidis sylla-
arum communium descriptio omnino adeo dissentit ab
eliodorea (cf. Choerob. exeg. p. 46 sq. et 52—54), ut, si
iodo etiam hoc loco differentiam quandam non deesse per-
endas, cum Heliodorus de solis versibus heroicis disserat,
ristides de syllabis universis loquatur, iure dubites, utrum
ristides ex ipso Heliodoro an ex eius fonte haec mutuatus
t. Neque de Philoxeno quidquam affirmari potest. Ergo
oc solum constat exscriptum esse ab eo libellum quendam
usdem doctrinae, cuius assectator erat Hephaestio; quam
isciplinam iam cognitam fuisse Dionysio Halicarnasensi
netori docuit Georgius Amsel[1]). Optimae notae fuisse eius
intes non modo in rhythmica et harmonica arte, sed etiam
i metrica constat; quod iudicium congruit cum eis, quae
upra de capitis περὶ ποιήματος pretio disseruimus, sed ad
ertum quendam hominem explorandum ne ex universa
uidem fontium analysi quidquam proficitur.

[1]) l. c. p. 36.

## Cap. III. De metricis latinis.

Hephaestio atque Aristides in universa arte metrica quamvis in singulis rebus inter se differentes eandem di sciplinam secuti sunt, cuius cardo vertitur in novem vel oct metrorum prototyporum[1]) sive physicorum[2]) doctrina. Se apud metricos latinos praeter hanc occurrit altera, qua a hexametro dactylico et iambico senario primitus inter se i ipsis quidem diversis[3]) cetera metra per certos quosda addendi, demendi, mutandi modos derivantur. Quas int disciplinas quae ratio intercesserit explicare non huius lo est et quoniam a proposito nostro longius abduceremur quoniam quaestio illa certo tum demum diiudicabitur, cu metrici latini multo accuratius quam adhuc factum est pe quisiti et cum metricis graecis eisque praeceptis metrici quae apud Hermogenis scholiastas scripta sunt, compara erunt. Paucis tamen hanc quaestionem perstringere ex i esse videtur. Nuperrime enim Frider. Leo (Herm. XXI 280—301) eam doctrinam, quam Philoxenus, Heliodoru Hephaestio, Aristides amplexi sunt, altero a. Chr. n. saecu ineunte a grammaticis Alexandrinis conditam esse, alteri a Varrone, Ps.-Censorino, Caesio Basso, Terentiano Mau probatae fundamenta iacta esse saeculo a. Chr. n. alte fere medio a Pergamenis demonstrare studuit. At primu quidem minime ea argumenta refutavit, quibus Westphali (Metrik I² p. 111 sqq. et 168 sqq.) Schultzius alii addu sunt, ut doctrinam quam dicam Varronianam aetate su riorem esse censerent. Qua in doctrina tantum abest,

---

[1]) cf. Arist. p. 32, 16.

[2]) cf. Hermogenis scholiast. in rhet. gr. (W) VII 936, 26 = V 47? cf. VI 488, 31.

[3]) cf. Heraclid. Pontic. apud Athen. XV 701 (Kiessling phil. 1 vol. II p. 65); Terent. Maur. 1580—95; Thacom. apud Vict. p. 146, 24 al

pede antispasto in errores abducamur, ut primitus pedes tantummodo binarum et ternarum syllabarum propositi fuerint.[1]) Accedit quod in eadem doctrina nomina βακχεῖος et χορεῖος antiquo more pro – – ⏑ et – ⏑ usurpantur, quod eiusdem doctrinae sectatores sunt Varro et Cicero, cum alterius asseclae primum p. Chr. n. saeculum non superent.[2]) Atque recte quidem Leo (p. 300) negavit licere metrum antispasticum ex doctrina metrorum physicorum quasi sequioris alicuius additamentum eximere, sed universa illius coniectura haud scio an non commendetur eo, quod illam pedis antispasti vim atque notionem iam altero a. Chr. n. saeculo ineunte ab Alexandrinis excogitatam, post consulto a Pergamenis abiectam fuisse censuit. Praecepta Varroniana a rhetoribus praecipue a Cicerone, Dionysio Halicarnasensi, Quintiliano in artes recepta esse iam Westphalius vidit atque hoc factum esse auctoribus Pergamenis Leo demonstravit, sed doctrinam illam a Pergamenis ipsis esse excogitatam neque aliunde derivatam nullo quod video argumento comprobavit. Deinde ut non dicam de argumentis ex exempla afferendi more apud doctrinae Varronianae asseclas conspiciendo et ex Caesii Bassi peroratione GL VI 271, 23 sqq., qua de rectius mihi iudicasse videtur Schultzius Herm. l. c. p. 280, petitis, quibus opinor ne Leo quidem multum tribuit, Dionysius eo, quod (de comp. verb. cap. 25) in oratione Demosthenica in versus dissolvenda de pedibus adiciendis aut demendis verba facit, non tam luculenter quam Leoni (p. 290 sq.) visum est Pergamenorum eruditionem indicat. Etenim cum in oratione illa deprehenderet non versus integros, sed tantum non omnes mutilos, Dionysius ne potuit quidem alia via ingredi. Neque obliviscaris eidem Dionysio illam quoque doctrinam notam fuisse, qua ad antispasti pedis formam tamquam primariam Priapea revocabantur.[3]) Denique tres modos adiciendi, detrahendi, permutandi in Pergamenorum

---

[1]) v. Schultz Herm. XXII 265; Ps.-Censor. p. 611, 2.

[2]) cf. etiam quae de καταλήξεως doctrina brevissime significavit Schultz de Aphth. p. 11 adn. 1 et p. 19 adn. 1.

[3]) cf. Dion. de c. v. p. 48 Sch.; G. Amsel l. c. p. 36.

arte rhetorica aliquam vim habuisse concedo, sed illos modos a Pergamenis solis propositos fuisse ubi demonstraverit Leo non video. Immo ille ipse rectissime significavit eisdem modis Varronem in arte etymologica quam vocant Graecis auctoribus usum esse, sed addere debuit Graecorum nomina a Varrone ipso citata; v. Varr. de l. l. VI 2 „Huius rei auctor satis mihi Chrysippus et Antipater et ... Aristophanes et Apollodorus, qui omnes verba ex verbis ita declinari scribunt, ut verba litteras alia assumant, alia mittant, alia commutent.“ Neque tres illi modi metrorum derivatorum, quae Westphalio duce appellare consuevimus, doctrinae proprii erant. Commemoravit enim eosdem Plotius Sacerdos solam quamvis metrorum physicorum doctrinam amplexus; cf. GL VI 543, 15 sqq. „si quis invenerit aliquod metrum in hoc libro non positum, ... non imperitia iudicet ignoratum. Nam aut aliqua re detracta aut addita aut commutata inveniet figuratum“; cf. eund. 544, 15. Addendo et demendo Heliodorum atque Hephaestionem ἐπιπλοκῆς doctrinam effecisse satis notum est, sed Hephaestionem saltem ad metrorum συμπάθειαν aut ἀντιπάθειαν indicandam etiam μετάθεσι usurpasse homines docti nescire videntur. Tamen vide verba scholiastae Hermogenis anonymi (rhet. gr. VII p. 983 26 sqq):

Ἐν τῷ περὶ μέτρων φησὶν ὁ Ἡφαιστίων[1]) ὅτι συγγένεια γίνεται μέτρου πρὸς μέτρον τριχῶς, κατὰ ἀφαίρεσιν, κατὰ πρόσθεσιν, ⟨κατὰ μετάθεσιν⟩·[2]) οἷον ἐὰν ἀφέλῃς τοῦ μῆνιν ἄειδε θεὰ τὴν πρώτην συλλαβήν, ποιεῖς ἀντὶ δακτυλικοῦ μέτρου ἀναπαιστικόν· οὕτως οὖν καὶ τὸ ἰωνικὸν ἀπὸ μείζονος συγγενές ἐστι τῷ τροχαϊκῷ κατὰ μετάθεσιν· τοῦ γὰρ ἰωνικοῦ ἀπὸ μείζονος ἐκ μακρῶν δύο καὶ ⟨δύο⟩ βραχειῶν[3]) ὄντος, ἔξεστι ματαθεῖναι κα ποιῆσαι διτρόχαιον ἐκ μακρᾶς καὶ βραχείας καὶ μακρᾶς κα

[1]) Petita videntur haec verba ex commentario quo Longinus Hephaestionis enchiridium instruxerat; cf. l. c. p. 984, 7. Longinus ipse ex ampliore aliquo Hephaestionis opere ea deprompsit; ἐν τῷ περὶ μέτρων parum accurate dictum est ut saepe fit.

[2]) κατὰ μετάθεσιν addidi.

[3]) In alio codice inest ἐκ μακρῶν καὶ δύο βραχειῶν, in aliis ἐκ μακρῶν δύο καὶ βραχειῶν.

βραχείας; cf. Arist. Q. p. 36, 15 sqq., Victor. p. 63, 16 sqq., 94, 15 sqq., 102, 12 sqq. Tres igitur illi modi ex Alexandrinorum arte grammatica in utramque doctrinam metricam fluxisse videntur. Atque per se consentaneum est Alexandrinos, qui tantum laboris in poetarum scriptis explicandis recteque in cola digerendis posuerunt, sicut grammaticae item metricae artis, quae cum illa artissime cohaeret, certas quasdam normas regulasque proposuisse. Et quamquam ne grammatica quidem Alexandrinorum ars ab omni parte nobis nota est, nonnulla tamen eius vocabula sollemnia et certa distribuendi genera in posteriorum artibus metricis redeunt. Huc faciunt tres illi modi de quibus dixi, huc nomina πρωτότυπα et παραγωγά [1]), quas voces in ipsa arte grammatica natas esse inde efficitur, quod in hac sola τῶν τύπων doctrina invenitur. Doctrinae Varronianae πρωτότυπα et παραγωγά notissima sunt, sed πρωτότυπα saltem ad alteram quoque doctrinam pertinent, quod nollem negasset Schultzius p. 27 adn. Perpendas enim Aristidis verba haec (p. 32, 16) τῶν δὴ μέτρων πρωτότυπα μέν ἐστι καὶ ἁπλᾶ τὸν ἀριθμὸν ἐννέα. Atque quamvis Hephaestio his verbis abstinuerit, non est cur huic quoque doctrinae ea apta esse negemus, cum πρωτότυπα et παραγωγά inter se opponantur ut ἁπλᾶ et varia τῶν συνθέτων genera velut τὰ κατ' ἀντιπάθειαν μικτά et τὰ ἀσυνάρτητα [2]); cf. etiam Atil. Fortun. p. 283, 4—6. Itaque prototypa cum in utraque doctrina deprehenderet, Aphthonius duabus illis disciplinis confusis insulse dactylicum hexametrum et iambicum senarium prototyporum prototypa vocavit (p. 104, 26). Neque casu factum esse videtur, ut nomina ἀμετάβολα et μεταβολικά grammaticis satis usitata apud M. Vict. p. 57, 9 sqq. in poematum generibus redeant, quamvis longe alia notio illis subiecta fuerit apud grammaticos, alia apud metricos. Quid intersit inter poesin et poema explicavit Varro (cf. Wilmanns l. c. p. 201), quod quin factum sit auctoribus grammaticis Alexandrinis non

---

[1]) cf. Dion. Thr. ed. Uhlig p. 25, 3—5, 50, 1—2, 65, 1 sqq., schol. in Bekk. anecd. Graec. II p. 849, 25 sqq. 863, 3 sqq. 908 sqq.

[2]) cf. etiam Plot. Sacerd. 543, 12 sqq. et Iub. apud Vict. p. 53, 12 sqq.

dubitabit, qui cum Varronis explicatione comparaverit Dion. Thr. p. 8, 4 (cf. schol. l. c. p. 768, 22 sqq. et in Crameri AO IV p. 313, 4 sqq. et apud Sturzium post Et. Gud. p. 681ª 4 sqq.). Ex Varrone ea ad posteriores scriptores Latinos pervenit.[1]) Neque vero rhetores Graeci ea carent, qui comparant differentiam inter διήγησιν et διήγημα intercedentem; cf. Hermog. in rhet. gr. (ed. Spengel) vol. II 4, 21 sqq. et Aphthon. ibid. II 22, 2 sqq. Sed etiam gravius est, quod apud Dionysium Thracem inter varia nominum genera repperimus τὸ πρός τι ἔχον (p. 35, 3) et τὸ ἀπολελυμένον (p. 44, 6). Ad posteriorem locum spectat scholion hoc (p. 879, 11 sqq.): ἀπολελυμένον ἐστὶν ὃ δύναται καθ' ἑαυτὸ θεωρεῖσθαι· ... διὸ καὶ ὁ τεχνικὸς ἀπολελυμένον αὐτὸ ἐκάλεσε δηλονότι τῆς πρὸς ἕτερον σχέσεως· καὶ γὰρ ἀπολελυμένον ἐστὶν ὃ μὴ μεθ' ἑτέρου νοεῖται ὥσπερ τὸ πρωτότυπον. Sed hae locutiones ne in grammatica quidem arte creatae videntur. Quamquam Steinthalius (Gesch. der Sprachwissensch., Berol. 1863, p. 607 sqq.) totam hanc de nominum generibus explicationem a Dionysio alienam postea infersam esse opinatus est. Quam coniecturam nimis fortasse subtilem accuratius examinare opus non est et quoniam ad satis antiqua tempora redire hoc caput aliorum scriptorum testimoniis evincitur[2]) et quoniam, quidquid de hac quaestione iudicamus, is qui haec scripsit, cum non grammaticas sed logicas ratiocinationes secutus sit, philosophorum scholas adiisse putandus est. Quin etiam Steinthalius cum complures huius capitis partes sine dubi[illegible] Peripateticos sapere perspexisset, universum caput horum disciplinae vindicare non dubitavit. Ergo eas quoque de quibus agitur categorias Peripateticis tribuere ausim, praesertim cum ea in qua generum illorum discrimen positum est categoria philosophica τὸ πρός τι ἔχον, quae iam Aristoteli [illegible] usu erat, post recepta videatur a Peripateticis, cum Stoi[illegible] distinguerent τό πως ἔχον et τὸ πρός τί πως ἔχον.

Metricorum latinorum antiquiores velut Varro, Ps.-Censorinus, Caesius Bassus, Terentianus Maurus solam metr[illegible]

[1]) Vict. p. 56, 18—21 eam capiti de poematum generibus praemi[illegible] Collegit Latinorum testimonia Wilmannsius l. c.

[2]) cf. Uhlig p. 33 sqq. adn.

rum derivatorum doctrinam referunt. Sed non longe post Terentianum, cuius librum de metris anno fere 175 p. Chr. n. conscriptum esse Schultzius (Herm. l. c. p. 279) non sine probabilitate coniecit, Iuba Heliodori artem sermone latino reddidit, alii alias eiusdem doctrinae artes latine verterunt. Posteriores igitur metrici latini partim utramque doctrinam confuderunt quamvis diversis usi rationibus velut Atilius et Diomedes vel eorum auctores et Aphthonius, partim velut Plotius Sacerdos, Mallius Theodorus, Servius (in libro centimetro) totos metrorum physicorum doctrinae sese dederunt.

Iubae fontem primarium fuisse Heliodori libros praecipue propter Victorini verba p. 94, 6 sq. „Iuba noster . . . insistens Heliodori vestigiis“ omnes consentiunt, sed Hensius illius libros Iubae in metrorum physicorum doctrina — perperam enim a Iuba alteram quoque doctrinam descriptam fuisse censuit — pro unico fonte fuisse contendit atque, ut alia omittam, Hephaestionis libros a Iuba consultos fuisse praefracte negavit (de Iuba p. 48 sqq.). Quod vereor ut iure fecerit. Longinus, cum Hephaestionis enchiridium interpretaretur, non potuit non saepius praecepta Heliodorea addere: vix credi potest Iubam, qui procul dubio Hephaestione recentior fuit, etiamsi in universum ad Heliodori doctrinam sese applicaret, non interdum admiscuisse praecepta Hephaestionea, cum, quod quidem cognoscere liceat, non is esset, qui unum scriptorem ad verbum exscriberet, sed qui et optimis quos existimaret fontibus et proprio iudicio usus universam rem metricam pluribus libris[1]) exponeret. Neque debuit Hensius, sicubi Aphthonii praecepta ad verbum ex scholiis Hephaestioneis translata esse animadvertit[2]), ob eam unicam causam sumere illis in scholiis inesse Heliodori verba. Nam primum a scholiastis consultos esse ipsius Hephaestionis libros ampliores per se consentaneum est. Praeterea cum Philoxenus proceleumaticum inter principalia metra recepisse, Heliodorus, paeonico inter

[1]) Excitatur liber octavus apud Priscian. GL III p. 420, 24.
[2]) Hense de Iuba p. 47. 52. 57 sq. 115.

rhythmos ablegato, octo metra principalia[1]) statuisse putandi sint, ea quae Victorini verbis p. 96, 14 „(Paeonicum metrum) quidam ultimo loco posuerunt proceleumatico repudiato“ describitur metrorum principalium doctrina, Hephaestionis propria fuisse videtur.[2]) Graviore exemplo rem demonstrare non possum, cum, ubi aliqua vel enchiridii Hephaestionei vel scholiorum illius verba cum Victorino conspirant, utrique loco Heliodori verba subesse redargui nequeat. Sed omnino me iudice fallitur, qui Iubam tantummodo ad verbum Heliodori libros vertisse censuerit. At quae tandem de Heliodori περὶ ποιήματος doctrina explorata sunt? Hensius cum, quae in priore commentario Hephaestioneo p. V 4—VII 4 leguntur, re vera esse Heliodori sibi persuasisset, haud temere Heliodorum ceterum quoque fere eundem in modum atque Hephaestionem de poematum generibus docuisse coniecit, nos iam illo auxilio destituti sumus. Atque quandoquidem eorum, quae apud alios scriptores passim Heliodori nomine insignita circumferuntur fragmenta[3]), nullum ad illud de quo agitur argumentum pertinet, si a certis fundamentis proficisci volumus, sola colometria Aristophanea nitimur, in qua commemorantur carminum genera haec tantum: μονοστροφικά (schol. Pac. 775. Eq. 973. 1111. Ach. 204. 284. 836. 929), τριὰς μεσῳδική (schol. Ach. 490), μέλος προῳδικόν (schol. Ach. 1143), συζυγία κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερής (schol. Pac. 1127. Ach. 971) vel συζυγία ἐπιρρηματική (schol. Eq. 551. 1263. Ach. 665). Denique ea quam Hephaestio p. XXXI 15 sqq. descripsit compositionis forma in schol. Pac. 939 significatur verbis μέλος, ὃ ὑπονοῶ μὲν ἔχειν τὸ ἀντίστροφον ἐν διεχείᾳ. Haec quam pauca atque vilia sint tuo iure mireris, cum praesertim tantum non omnium generum Hephaestioneorum exempla in colometriae reliquiis esse explicata Hensius (HU p. 134 sqq.) demonstraverit. Idem certa nomina

[1]) Hense Hel. Unt. p. 119 sqq.

[2]) cf. etiam Vict. p. 83, 2. 10. 19—22 et quae dixi p. 68; Vict. p. 69, 15 sqq. et schol. Heph. α p. 132 ad p. 30, 3; novem prototypa Vict. p. 87, 27 sqq., 98, 21. 160, 22.

[3]) Keil quaest. gramm. (Lips. 1860) p. 12—14, Westphal Metrik I² p. 217 sqq., Studemund An. var. I ind. s. v. Heliodorus.

leesse indidem explicavit, unde universorum generum metri-:orum nomina desiderari expedivit h. e. ex ipsius colonetriae indole atque ratione. Cui quamvis multum con:edam, nomina ἀλλοιόστροφα, ἑτερόστροφα, ἀπεριόριστα non sunt generalia, ut ὁμοιοειδῆ vel asynarteta, sed peculiaria, juae quemadmodum a nominibus μονοστροφικά vel ἐπῳδικά lifferant non video. Heliodorus igitur nomina illa aut ignoravit aut, id quod propius a veritate abesse videtur, siquidem nomina illa ab Hephaestione demum ficta esse nemo sibi persuadebit, consulto in colometria ut nimis molesta aut intricata evitavit. Sed in libris, quibus artificiose totam doctrinam metricam illustravit, eum non secus atque Hephaestionem copiose de carminum generibus egisse quivis concedet. Atque in hac quoque re Iubam Heliodori vestigiis institisse veri est simillimum.

Contra Varro ea potissimum e Graecis in libros suos transtulit, quae in poetis Romanis interpretandis usui erant. Verumtamen et a Plauto Terentioque et a ceteris poetis Romanis multifariae illae stropharum conformationes, quibus Hephaestionis doctrinae fundamentum efficitur, alienae sunt. Caesius universam fere doctrinam metricam ad Horatii armina explicanda direxit, Fortunatianus p. 278, 11 sqq. e de universa arte metrica eo tantum consilio agere, ut d metra Horatiana aditum sibi patefaceret, diserte professus st. Hi igitur causam accurate de poematum generibus gendi non habebant, nisi de carminibus Horatianis monotrophice conscriptis pauca monere ex re esse censebant.

Atque Caesius quidem, cum carmina Horatiana ex rdine perlustrare institueret, in primo carmine interpreando de universa Horatii carminum conformatione haec raemonuit (p. 266, 26—267, 2):

„Monostropha vocantur haec carmina, quia ad primam trophen cetera respondent nulla interveniente epodo, quae cum a prima strophe differat, faciat eam, quam musici et grammatici triada nominant.“

Quae enarratio quamvis ad certum auctorem revocari nequeat, ex eodem fonte hausta esse videtur ex quo Aristidis Quint. verba p. 37, 12 sq. καὶ πάλιν τούτων (sc. τῶν ἀντι-

στρεφόντων) ἃ μὲν διμερῆ, ἃ δὲ τριμερῆ, ὡς τὰ καὶ τὴν ἐπῳδὸν προσλαμβάνοντα, de quibus disserui p. 85 sqq. Ceterum inspicias velim Fr. Leo l. c. p. 298 sq.

Haec sunt quae nunc apud Caesium leguntur, sed olim omnia ea lecta fuisse, quae apud Victorinum p. 56, 22—60, 25 tradita sunt, affirmavit Hensius de Iuba p. 55. Quod quo argumento probaverit frustra circumspexi. Contra singularem si carminum generibus describendis locum dedicasset, Caesius non pauca illa quae exscripsi ἐν παρόδῳ adnotasset, verum ea quoque ad peculiare illud caput relegasset. Deinde Terentianus, qui in argumento certe totus a Caesio pendet, neque ubi a pedibus ad metra transitum fecit (v. 1578), neque ubi a generali metrorum explanatione ad Horatiana transgressus est (v. 2914), de poematum generibus disseruit. Neque igitur in extremo libri capite nunc vel scriptoris vel librarii culpa mutilo, quo de metris Horatianis antea nondum explicatis res erat, accuratam poematum divisionem extitisse veri simile est, praesertim cum libri dispositionem in vv. 1596—1605 ipse adumbret.

Arripuit Caesii enarrationem modo exscriptam Aphthonius in metrorum Horatianorum descriptione p. 162, 1—3 et 167, 18 sq. neque non ea usus est Fortunatianus in capite de metris Horatii ineunte (GL VI p. 294, 24 sqq. = p. 17, 7 sqq. eius Fortunatiani editionis, quae a Keilio Halis a. 1885 publici iuris facta est[1]):

„Haec autem Horatii carmina ... monostropha Graeci appellaverunt, quod prima strophe . . . ceteras sequentes similes habeat, nec in aliqua parte interveniente epodo cola mutentur."

Verum Fortunatianus solo Caesio non contentus, cum etiam de carminibus quae „non — monostropha" essent disserere vellet, alium praeterea auctorem arcessivit. Verba „colon quid sit iam diximus, a quo ⟨dicola sive⟩ tricola sive tetracola dicuntur haec carmina" (p. 17, 10—11) de suo addidit. Verbis „in cantionibus autem lyricis legitime scriptis" novus fons clarissime indicatur, quem ut cum

[1]) Hac in posterum utar.

priore conecteret Fortunatianus verba „hoc est ⟨non⟩[1]) monostrophis“ interposuit. Reliqua usque ad „ὅτι τῇ στροφῇ καὶ ἀντιστρόφῳ ἐπῇδον“ (p. 17, 16) bene decurrunt, tum a strophis epodicis ad versus epodicos transiluit Fortunatianus „hinc translatum nomen — epodicum carmen“ p. 17, 16—18), ost verbis „haec igitur cantio lyrica, quae tres has partes abet, periodos appellatur, eadem trias, si ex tribus[2]) his onstet,“ ad priorem enarrationem rediit. Hensius (HU ). 135) Thiemannum secutus ita haec verba corrigenda esse ensuit: „quae tres has partes habet ⟨aut⟩ periodos, appelatur[; eadem] trias[, si ex rebus his constet];“ ei in summa ei assensus Caesar in ind. lect. hib. Marburg. 1874/5 p. VII sq. aec proposuit: „quae tres has partes habet ⟨aut⟩ periodos, ppellatur eadem trias, quia ex his tribus constat“. Vereor e uterque fallatur. Primum Hensii mutatio est gravissima, aesar enuntiati conformationem nimis contortam et perersam reddit. Cum utraque lectione ut in sola coniectura osita pugnat collocatio verborum „partes habet ⟨aut⟩ periolos“. Suo iure neutram coniecturam recepit Keilius; nam erba tradita omni ex parte sunt integra. Distinguit enim ortunatianus periodum a triade ita, ut nominetur trias niversum carmen, quod ex stropha, antistropho, epodo onstat, velut apud Pindarum Ol. IV, XI, XII, cum periodus sa pars sit carminis cuiusdam, quod complures periodos ontineat, velut in Pind. Ol. I vv. 1—45, 46—94, 95—140, 41—186 singulas periodos efficiunt. Quae distinctio licet arum apte descripta nec ab alio quodam scriptore tradita it, non tamen illepida est, cum ipsa hac differentia bene xplicetur, quod periodus non sicut apud Heliodorum aliosue fieri solet stropha nominatur, sed ternarum stropharum ntra carmen conformatio. Nullis enim certis terminis circumscripta periodus est illa pars, in qua σχέσις et ἀνακύκλησις conspicitur. Similiter vocabulo σύστημα usus est Hehaestio p. XXVII 14 σύστημα κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερές.

[1]) ⟨non⟩ add. Thiemann et Caesar in ind. lect. Marburg. 1874/5 VIII; cf. Hense de Iuba p. 210 adn. 1.

[2]) tribus *Bergk*, rebus *cod. Neapol.*

Denique differentia modo depicta significatur atque stabilitur verbis insequentibus quamvis mutilatis „solet enim abundantior et plenior cantio habere" sc. complures periodos.[1]) Hanc enim enuntiati illius sententiam fuisse probabile est. Keilium p. 17, 21 pro „antistrophen", quod est in codice Neapolitano, recte scripsisse „ante strophen" non negaverim, sed sententiam quam Keilius effecit lacunae signo, quod in priore editione post „habere" posuerat, deleto non modo Fortunatiani auctori, verum ne Fortunatiano quidem vindicaverim. Fortunatianus postquam pauca, quorum pars lacuna hausta esse videtur, de carminibus proodicis atque mesodicis et de responsione intra ipsam triadem conspicua monuit, eum qui plura de triade quaereret ad magistros Graecos relegavit, cum ipsi Horatii interpreti triadum exempla deessent. Hanc de triade explicationem p. 17, 11—24 unde hauserit Atilius apparebit demum, ubi Victorini libros percensuerimus.

Victorini enarratio p. 56, 15—60, 25 et scriptoris et librariorum incuria tam foede depravata est, ut non raro quid Victorinus, quid Aphthonius, quid Aphthonii auctor scripserit certo definiri nequeat. Accuratius autem quam adhuc factum est quae singulis debeantur discerni posse mihi persuasi. Atque etiamsi quae proponam non ab omni parte certa sint, fortasse alicui ad rectam viam inveniendam usui erunt. Initium capio ab ea parte, cui idem fons subest atque Fortunatiano p. 17, 11—24 h. e. a p. 58, 5 sqq. Etenim ad verbum usque duae illae enarrationes concinunt, cuiusmodi consensum, ubicunque inter Victorinum et Fortunatianum deprehenditur, sic solent homines docti expedire, ut utrumque eodem fonte usum esse statuant: quam rationem hic quoque valere cum ex aliis rebus tum ex Victorini in initio additamentis et ex differentia in epodi et periodi explanatione (p. 58, 13 sqq.) conspicua apparet. Fortunatiani enarrationem, si recesseris a paucis librariorum errori

---

[1]) Qui differentiam illam ex verbis traditis eruendam esse negaveri scribat necesse est „haec igitur cantio lyrica, quae tres has partes habe periodos appellatur; eadem trias, quia ex tribus [his] constet".

bus et a lacuna p. 17, 20, integram et offensione liberam esse supra ostendi, sed aliter iudicandum est de Victorino. Insulse enim Aphthonius ut videtur explicationi aliunde petitae inseruit enuntiatum (p. 58, 13 sq.) „nam epodos est tertia pars aut periodos lyricae odes“, quae verba et disputationem, qua epodi nominis origo declaretur (cf. Fortun. p. 25, 28), foede discindunt et recte apud Fortunatianum desiderantur. Ecce

| haec sunt Fortunatiani: | haec Victorini: |
| --- | --- |
| „strophen vocabant, . . . . . post, cum in conspectu dei consistentes cantici reliqua peragebant, epodon, ὅτι τῇ στροφῇ καὶ ἀντιστρόφῳ ἐπῇδον.“ | „στροφήν vocabant, . . . . . dein in conspectu deorum soliti consistere cantici reliqua persequebantur, appellantes id epodon. nam epodos est tertia pars aut periodos lyricae odes. igitur quod post στροφήν et ἀντιστροφήν ἐπῇδον, dicebant epodon.“ |

Quin etiam pugnat illud enuntiatum cum eis quae sequuntur. Apud Fortunatianum periodus nominatur tota strophae antistrophae epodi coniugatio, qua in notione minime esse offendendum supra demonstravi: eadem periodi vis apud Victorinum significatur aperte p. 58, 19 verbis „ut omnis et στροφή et ἀντίστροφος <et> ἐπῳδός totidem habeant syllabas in proxima periodo, quae subicitur priori“; cf. 58, 23 „in proxima epodo subiectae triados“. In communi igitur Fortunatiani atque Victorini fonte vocabulo periodi trium illarum stropharum copulatio significata erat, post Aphthonius sive anonymus quidam eam epodi definitionem quae erat usitatissima inculcavit; cf. e. g. rhet. gr. V 510, 17 sq.

Diversum in modum viri docti corrigere studuerunt p. 58, 17—23, tamen ex eorum coniecturis, quas enumerat Hensius (de Iuba p. 211 adn.) omisso Thiemanno, qui in annal. phil. vol. 107 (1873) p. 432 totum hunc locum paululum mutatum post p. 59, 24 ablegavit, mihi quidem nulla omni ex parte satisfacit. Verbis „omnis et στροφή et ἀντίστροφος ἐπῳδός totidem habeant syllabas in proxima periodo“ dilucide declaratur agi hic de responsione inter complures triadas

intercedente. Ergo procul dubio cum Keilio statuenda est lacuna ante „ita ut“ et cum Thiemanno inserendum „et“ ante „ἐπῳδός“. In enuntiato „ut sit aut ἰσόμετρος — rhythmo subsistens“ sic ut scriptum est subiectum esse oportet „periodus“. Sed cum huic parum apta sint verba „quolibet metro seu rhythmo subsistens“, probabilius videtur p. 58, 19 pro „habeant“ Aphthonium scripsisse „habeat“, ita ut enuntiati illius subiectum sit „omnis et στροφή et ἀντίστροφος et ἐπῳδός“; cf. Fortunat. p. 17, 22 sq. In enuntiato insequenti oratio hiat inter „dissimilia“ et „in proxima epodo“. Thiemannus scripsit „sic et strophes cola, cum sint dissimilia ⟨inter se, similia sunt⟩ in proxima periodo subiectae triados“, sed nimis audacter pro „epodo“ substituit „periodo“. Propius a Victorini sententia abesse videtur Keilii emendatio, quam probavit Caesar: „sic et strophes cola, cum sint dissimilia, ⟨tamen antistrophae similia sunt et epodo redduntur similia⟩ in proxima epodo subiectae triados.“ Lacunam quam ante „ita ut“ deprehendimus haud incommode suppleveris hunc in modum: „appellatur ⟨τριάς: et repetitur tota⟩ τριάς“, sed propter Fortunatiani enarrationem (p. 17, 19—22), de cuius cum Victorino cognatione dixi, Aphthonium hic et de periodo et fortasse de proodicis atque mesodicis verba fecisse crediderim.

Post brevem de syllabarum divisarum et coniunctarum responsione digressionem sequuntur praecepta quae ad carmina monostropha spectant. Thiemannus l. c. p. 431 sq. verba „ita ut — servabimus“ (p. 58, 18—59, 5) collocanda esse putavit post p. 59, 24 „in epodis saepe fecerunt“. At fallitur. Nam prius enuntiatum (p. 58, 18—23) eo quo exaratum est loco non modo non supervacaneum est, sed paene necessarium, alterum neque ubi nunc legitur aptum est neque ubi Thiemannus posuit. Sed verba „ita ut — triados“ (p. 58, 18—23) post p. 59, 24 ne possunt quidem ferri. Nam enuntiato „cui varietati — iungatur“ (p. 59, 21—22) non describitur, id quod Thiemannus cogitare videtur, compositio haec A A B A A B . . . . , sed haec A A B B C C . . . D.

In monostrophorum descriptione p. 59, 6—7 iniuria Hensius (HU p. 133 et de Iuba l. c.) offensus est vocabulo

„duas", cum in ipso illo grammatici ratiocinatio perspiciatur, qui, postquam a carminibus κατὰ τριάδα compositis epodum dempsit, residua esse censuit carmina, in quibus non, ut in ceteris, post binas strophas aequalitas epodo interveniente interrumperetur. Artissima cognatione hic locus continetur cum Caes. Bass. p. 266, 26 — 267, 2 et Ar. Quint. p. 37, 12—13, a quo cum commemorentur διμερῆ et τριμερῆ, facile conieceris Aphthonium non ipso Caesio, sed eius auctore usum esse, ex quo etiam verba p. 59, 7 „duas periodos" derivaverit. Cf. etiam Is. Tzetz. l. c. p. 65, 16. 73, 2.

In paragrapho insequenti (p. 59, 8—23), qua de carminibus κατὰ περικοπήν agitur, Keilius caute perpauca mutavit, sed vereor ut quisquam ex ipsis textus verbis et adnotationibus ei subiunctis Aphthonii vel eius quem compilavit auctoris sententiam aperiat. Thiemannus nonnulla recte perspexit, sed plura artificiosius emendavit vel in margines ablegavit, quam ut coniecturae eius aptae sint ad persuadendum. Caesar non pauca licentius mutavit, alia transposuit, alia delevit, qua via effecit enarrationem, quae ipsa obruta est offensionibus expeditu difficillimis et a codicum memoria tam longe abest, ut quemadmodum haec ex illa orta sit nemo possit explicare. Hensii quoque emendationes nimis longe a verbis traditis recedunt, quam ut eas unice veras esse quivis sibi persuadeat. Haec sufficiant in universum de illorum hominum doctorum commentis, quae singillatim redarguere et magni est laboris et supervacaneum. Spero enim fore ut ipsae corruant, ubi eam sententiam, quam veram esse censeo, protulero. Ac primum quidem nulla est dubitatio, quin enuntiatis p. 59, 18—23: „Si quidem inducta prima strophe et antistropho rursus aliam strophen et antistrophon praecedentibus dissimilem adferant et rursus tertiam (sc. strophen et antistrophon) nihil duabus praeeuntibus similem et quartam (sc. strophen et antistrophon) aeque a ceteris discrepantem. cui varietati solent illud adiungere, ut postrema (*lege* postremo) epodos cunctis dissimilis aliquando iungatur, quod non tantum tragici, sed et lyrici auctores in epodis saepe fecerunt," haec compositionis genera satis pervulgata describantur: AA BB CC.... et AA BB CC... D.

Quae apud lyricos poetas non deprehendi non me fugit, sed utrum grammatici inscitiam culpaveris an sumere malis auctorem scripsisse „tragici sed et comici", ad ipsum genus explicandum nihil valet. Pro „in epodis" proposuit Caesar „in epodicis carminibus", sed satius videtu notare epodorum nomine significari universa carmina epo dica. In eis quae antecedunt duas permixtas esse pericopa notiones iam Thiemannus perspexit. Altera est talis, qua lis in Hephaestionis carminibus κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερέσ descributur, altera ea, quae Hephaestionis verbis (p. XXI 5 sq.) κατὰ περικοπὴν . . . ᾄσματα . . . ὥστε εἶναι στροφὴν κα ἀντίστροφον καὶ ἐπῳδόν notatur. Praeterea teneamus oporte antea p. 58, 19 strophae·antistrophae epodi coniugationei periodi vocabulo esse significatam. Ac primum quivis vide accurate inter se respondere μονοπερικόπων et πολυπερικόπω definitiones:

„est . . . περικοπή carmen subsistens ex strophe et ant stropho et epodo:

| | |
|---|---|
| ⟨qua quando⟩ vel bis vel ter vel saepius carmen concludatur, μονοπερίκοπον nominatur; | si vero dissimilia inter se i epodis cola iungantur, πολ περίκοπον nuncupatur." |

Ergo ut μονόστροφα sunt ὁπόσα ὑπὸ μιᾶς στροφῆς καταμετρεῖτ (Heph. p. V 15), ita μονοπερίκοπα sunt ea carmina, in quib ab initio usque ad exitum eadem pericopa repetitur h. AAB AAB . . . ; sequitur ut πολυπερίκοπα sint quae ex plı ribus et inter se diversis pericopis constent h. e. AA CCD . . . . Atque re vera haec sententia verbis traditis aper significatur, modo Aphthonium epodi vocabulum hic no secus atque p. 59, 23 ad tota carmina rettulisse concede neque vocem coli ad singulos versus revoces. Minime eni quae ad hanc coli notionem probandam attulit Caesar l. p. X, ad illius interpretationem defendendam sufficiunt, se qui in illa coli notione perstare velit non potest non ha verba stolido interpolatori dare. Neque vero sanae ration est, ubi de loco aliquo interpretando desperatur, interpol torem nescio quem arcessere, qui, quomodo ad perversis mas sententias abductus sit, neutiquam ostenditur. M iudice manifesto hic coli vocabulum non sollemniter e

usurpatum, sed solas partes sive membra significat, quae hoc loco singulis pericopis efficiuntur. Eandem coli notionem deprehendimus iam apud Hephaestionem p. XXXI 1[1]), in quo loco explicando Osannus pariter atque eo de quo agitur loco Caesar, cum sollemnem colo vim subesse censeret, summam effecit perturbationem.

Enuntiatum „quando non sollemni continuatione, sed per distantiam (κατὰ διέχειαν) et varietatem (cf. ἀνομοιομερῆ) in epodis periodi compleantur (συμπληροῦται)“ ad carmina κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῆ referendum esse in propatulo est. Ut antea epodi sunt carmina, periodi binarum stropharum complexiones. Verba „id est tres partes ea⟨e⟩, e quibus pericope subsistit“ ab eo, qui alteram pericopae notionem amplexus est, inepte hic esse inculcata nemo non videt. Integra sunt verba „quae ἀνομοιομερῆ — conclusio“, in quibus iterum binarum stropharum coniugatio appellatur periodos. Post „conclusio“ oratio hiat. Cum antea explicatum sit, carmina AB AB AB ... esse κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῆ, postea sermo incidat de carminibus sic compositis AA BB CC ..., non audaculus mihi videbor, si hunc fere in modum lacunam supplevero: „periodi conclusio. ⟨contra merito κατὰ περικοπὴν ὁμοιομερῆ dicimus similium partium copulatione periodi conclusionem,⟩ si quidem ....“ Ergo altera enarratio erat haec fere:

„Praeterea reperitur nonnumquam huiusmodi compositio versuum in carminibus, non ut prima compositio secundae compositioni sicut in στροφῇ et antistropho respondeat, sed ut prima tertiae, secunda quartae similis habeatur, quae compositio κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῆ dicitur; quando non sollemni continuatione, sed per distantiam et varietatem in epodis periodi compleantur; quae ἀνομοιομερῆ merito diximus id est dissimilium partium copulatione periodi conclusio. ⟨contra merito κατὰ περικοπὴν ὁμοιομερῆ dicimus similium partium copulatione periodi conclusionem⟩, si quidem inducta prima strophe et antistropho rursus aliam strophen et antistrophon praecedentibus dissimilem adferant

---

[1]) cf. quae dixi p. 56 sq.

. . . ; quod non tantum tragici sed et comici auctores in ( dis saepe fecerunt;" altera fere haec:

„est . . . περικοπή carmen subsistens ex strophe et ε stropho et epodo, ⟨qua quando⟩ vel bis vel ter vel sae carmen concludatur, μονοπερίκοπον nominatur. Si vero d milia inter se in epodis cola iungantur, πολυπερίκοπον ι cupatur." Eandem pericopae notionem amplexus ad quidam p. 59,16: „id est tres partes ea⟨e⟩, e quibus ] cope subsistit."

Sic verbis quae tradita sunt servatis omnibus et lacuna statuta omnes corruunt difficultates. Quae re: parum lepide dicta facile ex universo dicendi et compil genere, quo utitur Aphthonius, expedias. Apud Aphtl auctorem vocabulum periodi similiter atque p. 58, 1! eam carminum partem significandam usurpatum erat, ir σχέσις posita est. Quod cum ad singulas strophas ref Aphthonius p. 58, 13 verba „nam epodos est tertia aut periodos lyricae odes", p. 59, 16 verba „id est partes eae e quibus pericope subsistit" addidit. Car κατὰ περικοπήν (AAB AAB ...) in Aphthonii fonte prae epodica appellata esse videntur pariter atque factum apud Hephaestionem (p. XVIII 4. XXIX 5 sq.), ex qua ' buli notione sive Aphthonius sive Victorinus mirum qui nunc legitur epodi usum derivavit.

Maxime obscura est insequens paragraphus p. 59, 24 in qua cum ne illud quidem dubitationi exemptum sit u de carminibus monostrophis an epodicis agatur, non p difficultatibus implicaretur, qui quomodo Victorino au collocanda sint ἐφύμνια, προύμνια, μεθύμνια accurate descr vellet. At enim ne Aphthonius quidem, non modo V rinus hanc rem satis bene perceptam habuit. Verba epodicis carminibus", fortasse ad proxime praecedentem : graphum pertinentia, recte seclusit Bergkius. Epodoe ] 25 apud graecum scriptorem sine dubio erant οἱ ἀρρε οὕτω καλούμενοι (Heph. p. XXVI 1), sed Aphthonius ec eis epodis de quibus paulo ante dixerat non diversos censuit. Mira sunt in ultimo enuntiato μεθύμνια, praeter eum de quo agitur locum ne semel quidem

memorantur. Occurrunt ἐπῳδοί, ἐφύμνια, ἐπιφθεγματικά, sed praepositio μετά in huiusmodi formulis nusquam deprehenditur. Adde quod enumerantur ἐφύμνια, προύμνια, nonne quivis requirit μεσύμνια ab Hephaestione p. XXV 4 commemorata, cum praesertim quid intersit inter ἐφύμνια et μεθύμνια non intellegatur? Quae fuerit meshymniorum descriptio non iam dici potest, quamvis facile scripseris (p. 59, 28) „si autem post <strophen et ante> antistrophen collocentur."

De ultimo capite (p. 60, 1—25), quod verbis „hoc genus in sacris cantilenis ferunt" continuatur enarrationi p. 58, 6–23, quod adnotem non habeo. Itaque ad primum caput (p. 56, 15—58, 4) me converto, cui ab Aphthonio vel fortasse Victorino[1]) parum apte inscriptio „de poetice" praefixa est. Quae locutio quo pertineat facile cognosces collato Diomede in GL I p. 473, 15—20. Atque in prima paragrapho (56, 16—21) perperam a Wilmannsio deleta esse verba „vel rhapsodia" intellegitur ex locis iam supra p. 94 allatis velut schol. Dion. Thr. ed. Bekker p. 768, 23: ποίησις γὰρ ἡ πᾶσα Ἰλιάς, ποίημα δὲ ἑκάστη ῥαψῳδία. In capite insequenti, in quo duae carminum divisiones coniunctae sunt, p. 57, 1 Aphthonius sine dubio scripsit „aut tetrametris" et 57, 2 „ex pluribus metris": hoc restituit Bergkius, illud Keilius.[2]) Quae p. 57, 5 sequuntur et Victorini et librariorum vitiis adeo depravata sunt, ut quid Aphthonius vel is quo usus est scripserit cum probabilitatis specie quantum video enucleari nequeat. Hoc tantum is, qui Hephaestionis verba iam a Keilio allata perpenderit, concedet verbis „ex trimetro et tetrametro" (p. 57, 5) reliquias effici enarrationis cuiusdam carminum μικτῶν κατὰ στίχον. Caesar verba „quamquam — fiunt" (p. 57, 5—9) post p. 57, 15 „ad iambicos redit" transposuit, sed verba illa quo sententiarum vinculo cum carminum μεταβολικῶν descriptione conectantur me non intellegere ingenue fateor. Quapropter hunc fere in modum

[1]) cf. Schultz l. c. p. 13. 52.

[2]) Vocabulum „continentur" p. 57, 3 non modo offensione caret, sed quod maluit Keilius „continuantur" et a sententiarum conexu alienum est et repudiatur praepositione „ex".

Aphthonium scripsisse suspicor: „mixta autem quae partim sunt κατὰ στίχον partim <systematica. Carmina autem κατὰ στίχον partim sunt ἄμικτα partim μικτὰ κατὰ στίχον velut> ex trimetro et tetrametro mixta, quamquam non uno versu semper sensus[1]) expleatur ut <et> in elegia vel epodis" h. e. etiam ex trimetro et tetrametro mixta et elegiae et epodi carminibus κατὰ στίχον adnumerantur, quamquam cum hoc genere pugnare videtur, quod non ex uno versu continentur. Hensius p. 57, 9 vocabulo „epodoe" deleto verba „quae similiter κατὰ δίστιχον fiunt" post „epodis" p. 57, 6 collocanda esse dubitanter coniecit. Sed quoniam verba illa ita ut scripta sunt quamvis aegre possunt tamen intellegi, satius videtur in codicum lectione acquiescere, cum certa emendatio proferri nequeat. Nullos movet scrupulos carminum ἀμεταβόλων et μεταβολικῶν descriptio (p. 57, 10—15), sed idoneo sensu prorsus carent verba (p. 57, 15 sqq.): „haec etiam in carminibus . . . προῳδικά et ἐπῳδικά vocaverunt." Nescio an Aphthonius ita fere scripserit: „haec etiam in carminibus quae mutuo adnexa ita ex se pendent, ut alterum sine altero audiri non possit; <quae> προῳδικά et ἐπῳδικά vocaverunt . . . ut fit in hexametro: προῳδικόν ipsum epos etc."; qua coniectura probata haec sententia efficeretur: „μεταβολικά sunt metra tragica et comica. Nam non solum apud reliquos poetas tragicos comicosque, sed etiam apud Menandrum ab aliis metris ad alia genera transitus fit. Sed hoc usu venit etiam in carminibus proodicis atque epodicis". Ne eis quidem quas proposui mutationibus hanc de poematum speciebus enarrationem omni offensione liberari non me fugit, verum non solum Victorinum, sed etiam Aphthonium saepe inepte auctorum quos exscripsit et verba et sententias pervertisse constat.

Itaque quoniam quae Aphthonius scripsisse videatur quantum fieri potuit reconcinnavi, inquirendum est a quibus auctoribus Aphthonius hanc περὶ ποιήματος doctrinam petiverit. Atque cum de Caesio aut Terentiano cogitari nequeat,

---

[1]) versus *codd.*, sensus *Keil* (cf. Vict. p. 58, 17. 161, 25. 163, 14 sq.), metrum *Caesar*.

ad Iubam refugit Hensius de Iub. p. 49. 208 sqq. Verum ab Aphthonio praeterea alium auctorem exscriptum esse, qui octo illis metra ad versum heroum trimetrumque revocandi modis a Victorino p. 101, 6 sqq. excitatis usus sit, nuper nos docuit Schultzius l. c. Nomen illi fuisse Thacomesto ex p. 140, 3 concludendum esse censuit: quae coniectura etiamsi dubitationi obnoxia sit, nos quoque scriptorem illum Thacomestum appellabimus. Huic totum illud de quo agitur caput p. 56, 15—60, 25 vindicandum esse Schultzius vel ex singulorum capitum in primo Victorini libro ordine effici putavit (l. c. p. 40. 50). Permixtam enim esse in hoc libro Iubae doctrinam atque Thacomesti et illi tribuenda esse capita de rhythmo, de pedibus p. 43, 9—24. 44, 10 sqq. 47, 1 sqq., de metris p. 51, 19—53, 25, de colis metrorum, de metrorum fine seu clausula, de epiploce, huic de syllabis, de arsi et thesi, de pedibus p. 43, 25—44, 9 et 46, 6—33, de metris p. 50, 10—51, 18, de versu, de poetica, de strophe. At enim arte inter se cohaerere enarrationem p. 53, 26—55, 9, qua de colo, commate, sticho, periodo agitur, et eam quae carminum generibus tributa est cognoscitur collato commentario Hephaest. II p. VII 7 sqq. Ergo Victorini ordo ab Hephaestionis enchiridio, cuius primo capite agitur de syllabis, altero de synecphonesi, tertio de pedibus, quarto de metrorum clausula, eo potissimum distat, quod capiti de fine metrorum brevis de metris eorumque partibus coniugationibusque disputatio praemissa est. Quod utrum a Iuba[1]) an a Thacomesto factum sit, nisi alia argumenta accesserint, discerni non poterit. Itaque cum non sit quo Iuba excludatur, singula percenseamus.

Ac primam quidem paragraphum p. 56, 15—21, quam suo iure inter fragmenta Varroniana recepit Wilmannsius l. c. p. 200 sq. (cf. ibid. p. 68), per Thacomestum ad Aphthonium pervenisse nemo negabit. In capite insequenti p. 56, 22—58, 4 Aphthonius primum tres carminum species enumerat, quarum prima efficitur carminibus κατὰ στίχον, altera systematicis, tertia mixtis, tum eadem ferme esse ἀμετάβολα

---

[1]) cf. Iub. apud Vict. p. 50, 6. 52, 15—18. 53, 13—17.

et μεταβολικά addit. Atque carmina ἀμετάβολα non diversa esse a poematis κατὰ στίχον compositis et per se consentaneum est et Aphthonius ipse profitetur: sequitur ut μεταβολικά comprehendant et systematica et mixta. Sed inspicias velim locum ad quem verba (p. 57, 13 sq.) „qualia esse tragica et comica paulo ante memoravi" nos revocare videntur. Illic (p. 50, 10—32) enim quattuor metrorum species describuntur, quarum prima dicitur epica, altera melica sive lyrica, tertia tragica, quarta comica: quas accurate amplexus in poematum speciebus distinguendis scriptor exemplum profert carminum κατὰ στίχον vel ἀμεταβόλων „metrum epicum", systematicorum ea „quae apud lyricos invenimus", μεταβολικῶν metra „tragica et comica". Consulto igitur sine dubio p. 57, 2 sola carmina lyrica, p. 57, 13 sola tragica et comica excitavit, cum poematum species ad metrorum specierum similitudinem fingeret. Itaque si ac curate scribere voluisset, μεταβολικά eadem esse atque mixta diserte dicere debuit: quamquam nomen μεταβολικά ad omnia iuxta carmina, quae non sunt κατὰ στίχον, quadrare patet. Carmina μικτά vel potius μικτὰ γενικά Hephaestio esse dixit (p. IX 4) τὰς τραγῳδίας et τὰς παλαιὰς κωμῳδίας, Menandri autem comoedias mixtas esse κατὰ στίχον (p. XI 6). Contra Victorini auctor de industria docet μεταβολικῶν nomen non solum ad reliquas fabulas, sed etiam ad Menandri comoedias pertinere. Vocabulum „epodoe" p. 57, 3 Aphthonium non secus atque p. 59, 14. 23 ad universa carmina epodica rettulisse ideo probabile fit, quia versus epodici paulo post explicantur. Syzygias (p. 57, 4) non appellari binorum pedum coniugationes in promptu est. Immo illustrantur illa voce verba p. 57, 2 sq. „quae ex pluribus metris ... continentur"[1]) et explicatur certum artis vocabulum συστηματικά non secus atque apud Hephaestionem p. VIII 1 σύστημα vocabulo συναγωγή. Iam Caesar monuit apud Heliodorum alteram parabaseos partem vocari συζυγίαν ἐπιρρηματικήν, sed etiam melius

[1]) cf. Heph. p. III 12 συστηματικὰ δὲ ὅσα ὑπὸ πλειόνων μέτρων εἰς ἓν σῶμα (= εἰς συζυγίαν) παραληφθέντων . . . συμπληροῦται.

roferre potuit Heliodorum non raro verba facere de versibus υνημμένοις et de syzygia versuum; cf. schol. Hel. ad Arist. ch. 284 et Thiemann. colom. Hel. p. 115 sq. Quae p. 57, 5-58, 4 de epodicis et proodicis scripta sunt ab eodem oriinem duxisse a quo p. 163, 11—15 h. e. a Thacomesto recte chultzius p. 46. 53 perspexit. Neque iniuria eidem ille ribuit ἀμετάβολα et μεταβολικά p. 57, 10—15[1]): cui senentiae patrocinium paratur non leve collatis verbis p. 57, 2: „μεταβολικά . . . quae ab aliis metris ad alia genera ransitum faciunt, qualia esse . . . comica . . . memoravi. am et Menander etc." cum p. 50, 31: „comicum (sc. merum) . . . varia versuum et modulorum lege compositum eperitur, sicut plerumque apud Menandrum . . . cognosciius." Totam enim illam metrorum divisionem p. 50, 10—32 d Thacomestum redire tantum non certum est;[2]) cf. Schultz. . 48. Quam arte inter se cohaereant p. 57, 13 et p. 56, 25 t p. 57, 3 supra demonstravi; quem conexum ab Aphthonio emum fictum esse cum a probabilitate abhorreat, statuamus ecesse est iam a Thacomesto duas illas carminum diviiones ex diversis fontibus fuisse collectas atque una proositas. Neque Iuba commendatur nomine συστηματικά. am Heliodorus certe carminum strophice compositorum artes vocavit περιόδους neque debuit Hensius (de Iub. p. 49) leo, quod in perpaucis illis qui extant locis vocabulum εριοδικόν non occurrit, suspicari Heliodorum vocabulo περιο-

[1]) cf. etiam p. 160, 33—161, 1 et 164, 28.

[2]) Quid ex p. 57, 14 sq. et Heph. p. XI 6 sq. de Menandri comoerum forma concludendum sit exposuit F. Leo in Mus. Rhen. XL 163 sqq. Thacomestus saepius comoediam Atticam respexit; cf. p. 81, 104, 5. 151, 24. 134, 32. Ex doctrina Varroniana per Thacomestum Victorinum fluxisse videtur enarratio p. 78, 19—79, 1 vel 78, 19—79, 6 . Rufin. p. 556, 22—557, 18 et Firmian. [sc. Lactant.] apud Rufin. 564, 7—20 et Priscian. GL III p. 421, 12 sq. 422, 9 sq. 422, 22 sq.). rum enim quae illic leguntur vocabulorum „semis" et „quadrans" tis singulariter a nummorum nominibus ad versus dimetiendos transtorum hoc apud nullum alium scriptorem metricum, illud apud solum agustinum (de mus. III p. 1117 et 1127 ed. Migne vol. 32) deprehendi otione a semipede non diversa indutum. Augustinum autem a Varrone endere iudicare consuevimus. Cf. etiam GL VI p. 555, 4 (16). 556, 14.

δικόν, quod rhetoricis saltem scriptoribus satis est usitatum[1], repudiato una singulas strophas περιόδους, universa carmina συστηματικά appellasse[2]). Quin etiam haud scio an Hephaestione demum auctore, cum varia periodi notione offenderetur[3]), vocabula σύστημα et συστηματικά in sollemnem usum abierint. Certe Aristidis auctor, qui pedes dixit συστήματα συλλαβῶν (p. 31, 8), metra συστήματα ποδῶν (p. 32, 6), poemata συστήματα μέτρων (p. 37, 6 sq.) certam vocabuli σύστημα vim non agnovit.[4]) Itaque Victorini verba p. 76, 28 „cum sint periodi seu systemata ut quidam vocant"[5]), quae propter Accii et Pacuvii versus p. 77, 4 sqq. 12 sqq. Hensius (p. 50) et Schultzius (p. 35) a Caesio repetenda esse coniecerunt, magis propter locutiones „sensum includere" (p. 77, 2) et „finire sensum" (p. 77, 8), quas Thacomesti proprias fuisse docuit Schultzius (p. 33), per Thacomestum Victorino fluxisse putaverim. Neque est cur Fortunatiani verba p. 296, 1 sq. „systematica sunt, hoc est binis vel tribus vel quattuor versibus constant" per ambitus quosdam ad doctrinam Hephaestioneam redire negemus. Sed insunt in tripartita Victorini divisione etiam quae cum Hephaestionis praeceptis pugnent. Hephaestio quattuor carminum genera secrevit haec: κατὰ στίχον, συστηματικά, μικτά (vel μικτὰ γενικά), κοινά (vel κοινὰ γενικά): hic utrum κοινά consulto excerptor repudiaverit an in fonte quo usus est non deprehenderit,

---

[1]) cf. Hermog. p. 252, 9 (in Spengel. rhett. gr. II). Apud Hermogenis scholiastas hoc verbum admodum frequens est.

[2]) Eandem discrepantiam cum apud unum scriptorem ferendam esse negaret, antea Hensius in HU p. 142 sqq. totam illam de prioris commentarii Hephaestionei περὶ ποιήματος origine quaestionem moverat.

[3]) cf. quae dixi p. 68 sqq. Periodi notio in ipsa arte metrica tam varia est, ut ad periodum rhetoricam confugere, id quod fecit Fritzschius l. c. p. XCIII, non opus sit.

[4]) cf. etiam quos attuli locos p. 43 adn. 1. 2. 3.

[5]) Pro stasimi vocabulo, quod et hic et p. 77, 10 in codicibus inest, utroque loco Hensius (p. 50) systematis vocem substituit. Vocem stasimi idoneo sensu carere optime dispiciet, qui quomodo eam ab emendatione defendere studuerit Westphalius in Allgem. Metr.[2] p. 183 adn. 3 percensuerit.

non video quomodo pro certo diiudicari possit[1]). Sed gravius est quod Hephaestio carminibus systematicis adnumeravit elegias et epodos (p. VIII 2 sqq.), quae apud Victorinum, si modo supra recte de lacuna p. 57, 5 iudicavi, μικτοῖς κατὰ στίχον subiciuntur similiterque atque apud Arist. p. 37, 8 κατὰ δίστιχον distribuuntur.

Ἀμετάβολα et μεταβολικά a quo auctore graeco petiverit Thacomestus prorsus ignoramus. Neque enim quod Hensius (HU p. 129) comparavit schol. Hel. Arist. Ach. 204, recte iam a Caesare l. c. p. VI adn. 1 sic emendatum μονοστροφικὸν μέλος ἐκ δύο μονάδων μεταβολικῶν, huc pertinet. In colometria habemus carmen ex variorum versuum strophis constans, apud Victorinum diversa versuum genera inter se permixta. Heliodori μεταβολή plane congruit cum ea, quam Hephaestio p. XXX 5 verbis τὸ μεταβολικῶς τὸ ᾆσμα γεγράφθαι significat. Aptius comparari potuit Arist. Quint. p. 94, 3 sqq. 23 sq. 26 sqq. Neque igitur licet propter solum illud scholion hanc distinctionem Heliodoro vindicare. Hoc unum certum videtur primitus nomen μεταβολικά ad omnia carmina pertinuisse, quae non κατὰ στίχον conscripta sunt.

Altera explicationis de carminum generibus pars p. 58, 5—60, 25 e duabus particulis composita est: p. 58, 5—23 vel 58, 5—59, 5 quae sit indoles carminum triadicorum describitur, qua cum enarratione paragraphus p. 60, 1—25, et ipsa triadicorum naturae atque origini expediendae tributa, arte conectitur verbis p. 60, 1: „hoc genus in sacris cantilenis ferunt quidam etc." Adnexa sunt priori parti p. 59, 6—7 carmina monostropha, quae scriptor ex poematis lyricis legitimis h. e. triadicis[2]) epodo dempta oriri censuit;

[1]) Hensius, cum p. 49 tripartitam divisionem Heliodoro vindicaret, gravissime secum pugnavit, quoniam carminum κατὰ σχέσιν divisionem quadripartitam, quae est p. V 12—14, antea (in HU p. 148) eidem Heliodoro tribuerat. Nam qui in carminibus κατὰ σχέσιν distribuendis carmina μικτά et κοινά statuit, idem profecto in principalibus carminum generibus dispescendis fecit.

[2]) cf. Fortun. p. 17, 11 sq. „in cantionibus . . . lyricis legitime scriptis . . . haec tria inveniri necesse est: strophen, antistrophen, epodon"; Vict. p. 58, 6 sq. „pleraque lyricorum carminum . . . ex strophe

cf. quae dixi p. 102 sq. Sequuntur p. 59, 8—29 praecepta a carmina κατὰ περικοπήν et ephymnia pertinentia. De font bus pro certo haec affirmare licet: particula p. 58, 23 — 59, qua de syllabarum coniunctarum et divisarum inter stroph responsione agitur, a Thacomesto originem duxit; cf. Schu p. 46. Idem, qui p. 58, 19 triadi epodicae nomen periodi i didit, p. 59, 16 et 18 carminum κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερ partes inter se respondentes periodos nominavit. Con qui μονοπερίκοπα et πολυπερίκοπα p. 59, 12 — 15 descrip carmen ex strophe et antistropho et epodo constans πε κοπήν appellari docuit. Denique quamvis per ambages eundem auctorem redeunt Vict. p. 58, 6 — 23 et Fort p. 17, 11—25. Haec sunt certa, sed coniectura etiam pa longius progrediendum esse videtur. Particula p. 59, 24— qua ephymnia describuntur, quae „vel hymnis vel dithyra bis supercini (ἐπᾴδειν) moris est", utrum a Iuba an a Tha mesto repetenda sit pro certo non disceptaverim. Sed c perquam similis sit Hephaestionis explicationi p. XXV 1 sq in qua ephymniorum exempla proferuntur locutiones ἰὴ πα et ὦ διθύραμβε, cumque ab eis quae praecedunt p. 59, 15 sq quae a Thacomesto originem duxisse infra probabile f verbis „hoc loco non supersederim dicere" ad alium font transitus fieri videatur[1]), particulam illam a Iuba esse de vatam a vero haud abhorret. Certa sermonis Thacomesti vestigia in capite p. 58, 5 — 60, 25 excepta particula p. 23—59, 5 nusquam inveniuntur. Neque enim vereor ne c unicam locutionem „sensum finire" p. 58, 17 certi te monii loco habeat. Sed exempla a Vario et Varrone pe (p. 60, 14 sqq.) magis Thacomesto quam Iubae fav Schultzio (p. 46) concedendum esse arbitror. Iubam, He dori sectatorem, triadi epodicae nomen periodi tribui cum vel per se veri sit dissimile etiam magis improba ea periodi definitione, quam a Iuba depromptam Victori affert p. 55, 7—9: „περίοδος dicitur omne hexametri ver

et antistrophe et epodo . . . subsistunt"; p. 59, 6 „inter haec sunt q dam carmina quae monostropha appellantur."

[1]) cf. Schultz p. 34.

modum excedens . . . subsistit autem ex commatis colis et versibus.“ Contra cum ea periodi descriptione quae Vict. p. 55, 5—7 legitur[1]), egregie convenit, quod et p. 58, 19 et 59, 7 et 59, 16. 18 periodus dicitur ea carminis pars, in qua σχέσις et ἀνακύκλησις conspicitur. Illam autem definitionem p. 55, 1—7 Thacomesti esse et propter alia argumenta probabile est (cf. Schultz p. 46) et quia prorsus eadem periodi vis deprehenditur in metrorum Horatianorum explicatione p. 165, 13 „quae compositio tetracolos strophe dicitur eo quod quarto versu vertatur, quo periodus clauditur“. Eadem periodi notione factum est, ut p. 58, 6 poematum lyricorum elementa enumerentur tantummodo versus, colon, comma. Itaque cum dubitationi obnoxium sit, utrum Fortunatianus vel is quem exscripsit ipso Thacomesto an illius auctore usus sit[2]), Thacomesto totum caput p. 58, 5—60, 25 exceptis particulis p. 59, 12—15 et 59, 24—29 vindicaverim. Sequitur ut illae particulae ex Iuba insertae sint. Singula verba ab Aphthonio et Victorino non mediocriter esse depravata uno exemplo luculento illustrabo. Fortunatianus p. 17, 22 sqq. in triade singula strophae et antistrophae cola et metra inter se respondere recte dixit, contra Aphthonius inepte partes quae inter se respondent ex aequali syllabarum numero constare docuit (p. 58, 19), quamquam eis quae insequuntur non syllabas, sed tempora inter se respondere diserte praescribitur.

Sed utut de Iuba et Thacomesto iudicas, ex graecis Aphthonii auctoribus ut unum nominatim proferre possimus Crusii opera factum est.[3]) Ille enim cum in anonymo quodam tractatu (cf. Nauck post Lex. Vindob. p. 321 sqq., Hense de Iub. p. 213 adn. ad 24* B) haec scripta videret: κέκληται δὲ ἡ μὲν στροφή, καθά φησι Πτολεμαῖος ἐν τῷ περὶ στατικῆς ποιήσεως[4]), διὰ ⟨τὸ⟩ τοὺς ᾄδοντας κτλ., Ptolemaeum

[1]) cf. etiam Ps.-Censor. p. 614, 9.

[2]) Certa Thacomesti vestigia apud Fortunatianum non inveni; sed cf. Fort. p. 12, 19. 23, 19 (permixtio). 25, 1 et Vict. p. 94, 1. 101, 9. 168, 19.

[3]) cf. Commentat. philol. Ribbeckio sacrae, Lips. 1888, p. 9 sqq.

[4]) περὶ ⟨περι⟩στατικῆς ποιήσεως coniecit Guil. Christ in Griech. Litt. Gesch. in Iw. Mueller Handb. vol. VII p. 506 adn. 2.

esse Claudium Ptolemaeum, clarissimum Marci imperatoris aequalem, suo iure contendit, et ab eo totam de strophae antistrophae epodi pronuntiatione et denominatione doctrinam originem duxisse demonstrare studuit. Complures quibus doctrina illa traditur locos iam Crusius collegit, sed addendi sunt primum nonnulli loci qui apud Hermogenis scholiastas deprehenduntur in rhet. gr. VII 1031 adn. et V 510 adn. = schol. Heph. β ed. Hoerschelm. p. 30 adn. Eandem enarrationem quamvis foede truncatam exhibet Max. Planudes V 510, 2 sqq.; cf. etiam VI 128, 12 sqq., VII 1032 et 822 adn.; V 428, 9 sqq.; VII 820, 1 sqq. Simile quid habes etiam apud Longinum in vol. IX p. 566, 17 sqq. atque Eustathius, qui in prooem. comm. Pind. (ed. F. G. Schneidewin, Gotting. 1837) p. 27 sq. hanc rem attigit, accurate de ea egisse τοὺς τῆς ῥητορικῆς τέχνης ὑπομνηματιστάς diserte professus est. Breviter rem perstrinxit, ita tamen, ut summa cum Victorini verbis p. 58, 8 — 13 cognatio neminem fugiat, Euanthius in comm. de comoed. ed. Reifferscheid (in ind. lect. hib. Vratisl. 1874/5) p. 4, 13 — 15. Isaacum Tzetzam (in Cram. AP I p. 66, 7 sqq.) iam commemoravi. Ex locis a Crusio allatis nullius est pretii schol. Triclinianum ad Eur. Hec. 647, quod recurrit apud eundem Triclinium in schol. ad Soph. Ai. v. 194 (ed. Turnebus, Paris. 1553, p. 5, 5 sqq.). Secludendum est a Ptolemaei eruditione schol. Aristoph. Nub. 563, in quo scholiasta, ab etymologia quam dicunt profectus, non multo secus de strophae notione coniecturas finxit atque Demetrius Triclinius, cum in schol. ad Soph. El. 1281 (l. c. p. 48, 10 sqq.) haec diceret: Στροφή . . . . τοῦτο τὸ σύστημα ὠνόμασται παρ' ἡμῖν, ἐπεὶ καὶ στροφὴν ποιησαμένη Ἠλέκτρα πρὸς τὸν χορὸν ποιεῖται τὸν λόγον· ἔπειτα δὲ καὶ πρὸς τὸν Ὀρέστην; cf. etiam Ter. Maur. v. 2707 sq. Omnes locos, quibus chororum motus conferuntur cum caeli siderumque motionibus, quamvis hic illic mutatos ex Ptolemaei disciplina profluxisse quivis Crusio dabit. De illa autem re dubitaverim an iam ante Ptolemaeum homines, ut strophae antistrophae epodi nomina expedirent, de variis chororum decursibus cogitaverint, qua sententia arrepta Ptolemaeus sua de mundi

rationibus respondentibus praecepta adiecerit. Sed et de hac re et de illa notione quam strophae vindicavit Crusius l. c. p. 19, quae vis potius periodo subiecta esse videtur, cum stropha antiquitus cum antistropha coniuncta fuerit, fortasse alias pluribus disputabitur, nunc hoc unum adnotasse sufficiat non omnes illos locos recta via ex Ptolemaei libris esse deductos, sed receptam fuisse Ptolemaei explicationem a scriptore quodam, qui posteriorum saeculorum hominibus admodum in deliciis fuerit. De Heliodoro propter temporum rationem vix cogitaveris, contra ad Hephaestionem praecipue Ioannes Siceliota VI 128, 16 sqq. nos revocare videtur [1]). Neque scholia Pindarica, quibus usus est Is. Tzetzes, neque metrici latini neque Demetrius Triclinius a doctrina Hephaestionea abhorrent. Nulla cum reliquis testimoniis cognatione continentur Etym. M. s. v. προσῴδιον et tractatus a Nauckio l. c. editus.

Victorini περὶ ποιήματος doctrinam Hephaestionea multo esse simpliciorem censuit Schultzius p. 46, ego aliter sentio. Quae p. 56, 22—57, 5 leguntur uno κοινῶν genere omisso ab Hephaestione discedunt; quae de epodicis et carminibus κατὰ περικοπήν a Victorino traduntur, Hephaestione etiam ampliora et intricatiora sunt. Quod Hephaestionea carminum systematicorum divisio deest, non tam graeco fonti quam Aphthonio vel eius auctori dabimus, qui consulto ea tantum, quae ipsi gravissima videbantur, in libros suos transtulit. Hephaestio versus epodicos, ἐφύμνια, ἐπιφθεγματικά addidit, ut varia τῶν ἀναφωνημάτων (p. XXII 7 sq.) genera explicaret, Victorinus qua via ad ἐφύμνια (p. 59, 24) delapsus sit, optime intellegitur, si statuimus in eius fonte fuisse plura eaque Hephaestionis enarrationi similia. De universae doctrinae causis incrementisque ex Victorino nihil fere discimus. De carminum κατὰ στίχον et συστηματικῶν distinctione iam egi. Quae de strophae antistrophae epodi pronuntiatione proferuntur, ex solis nominibus a posterioribus esse derivata cum Crusio (l. c. p. 14) consentio, cum

[1]) Commentarius quo Longinus Hephaestionis enchiridium instruxit saepe ab Hermogenis scholiastis exscriptus est.

praesertim placita illa Ptolemaei in plurimis explicationibus adnectantur huiusmodi locutionibus velut ὠνομάσθησαν δὲ οὕτω κτλ. (rhet. gr. V 510 adn.). Carminum κατὰ περικοπήν divisiones p. 59, 8—23 bonam eruditionem redolent et notatu dignissimum est illa quae apud Hephaestionem frustra quaesivimus carminum genera AA BB ... et AA BB C, apud Victorinum diserte commemorari eorumque alterum, si modo recte lacunam p. 59, 18 supplevi, etiam certo artis nomine affici. Μετρικὰ ἄτακτα a metricis latinis non commemorantur. Neque enim ad eos pertinebant talia epigrammata quale Simonideum illud ab Hephaestione p. V 1. XIII 1 excitatum. Margitae testimonio Fortunatianus p. 8, 16 sqq. comprobare voluit iambicum senarium iam Homero in usu fuisse, sed de singulari huius carminis compositione ne verbum quidem emisit. Reliqui metricorum latinorum loci, quibus de Margita agitur (GL VI 68, 14. 79, 12. 133, 31. 633, 28 sqq.), omnes ad Thacomestum redire videntur. Assecla erat Thacomestus eius doctrinae, qua omnium metrorum origo ducebatur ab heroico hexametro et iambico senario primitus ne ipsis quidem inter se diversis.[1]) Itaque „tamquam pares numero" (p. 68, 15) versus illos ab Homero in Margita mixtos fuisse docet et Homerum ipsum iure totius metricae disciplinae fontem atque originem dici[2]). Neque carmina ἐξ ὁμοίων metricis latinis nota sunt, sed aliam in huiusmodi carminibus explicandis normam secuti sunt. In Varroniana enim disciplina, cum primitus pedes esse tantummodo binarum et ternarum syllabarum censerent, ionicos versus non metra esse dixerunt, sed numeros continuos, qui per synaphiam cederent; cf. Ter. Maur. v. 1512 sqq. 2056 sqq., Vict. p. 91, 8 sqq. De anapaesticis Terentianus v. 1517 haec docet: „anapaestica fiunt itidem per συνάφειαν;" cf. Thacom. apud Victor. p. 93, 4. 21. 129, 23 sqq. 131, 4 sqq., Schultz p. 28—30, Christ Metrik[2] p. 89. 101. 131, Rossbach spec. Metrik[3] p. 323 sqq. Itaque in Varroniana certe doctrina

[1]) cf. quae dixi p. 90.

[2]) Haud scio an ab Margitae carmine, quod Homericum putaverunt, tota metrorum derivatorum disciplina profecta sit.

metra quae Hephaestio ἐξ ὁμοίων vocavit, inter rhythmos ablegata erant, quia carerent certis clausulis (καταλήξεσιν), quibus additis metra a rhythmis segregari Varro docuerat; cf. Wilmanns l. c. p. 196 fr. 66. Hephaestio maluit systematum in modum περιορισμούς impares statuere, qui ipsi clauderentur dimetris anapaesticis catalecticis, quae p. XXIV καταλήξεις appellavit.

Praeter eos de quibus dixi locos metrici latini de doctrina περὶ ποιήματος nihil fere praebent. Diomedem p. 485, 18—29 iam commemoravi, ex Mallii Theodori verbis p. 600, 17—22 „diversa vero inter se metra posse coniungi lyricorum poetarum permulta et graeca et latina scripta declarant" hoc solum colligimus, pluribus de hac re ab eius auctore disputatum fuisse. Perstringit doctrinam Diomedes p. 501, 29—502, 5, ubi sex „modos (τρόπους?) metricos" enumerat hos: κατὰ στίχον definitivum vel principalem, συστηματικόν compositum, ἀσυνάρτητον incompositum, συγκεχυμένον confusum, συνεζευγμένον coniunctum, παραγωγόν derivativum. Nulla explicatione eget modus definitivus neque metra confusa[1]) difficultatem movent. Sed συστηματικά toto genere diversa sunt ab eis quibus Hephaestio atque Victorinus hoc nomen tribuerunt. Immo optime illustrantur συστηματικά, ἀσυνάρτητα, συνεζευγμένα Aristidis Quintiliani verbis p. 36, 9—13: γίνεται δὲ ἐκ τούτων τῶν αὐτῶν μὲν διπλασιαζομένων μέτρων σύνθετα, τῶν δ' ἀνομοίων ἀσυνάρτητα· τούτων δὲ τὰ μὲν ἐκ δυεῖν μέτρων ἓν ἀποτελεῖ κῶλον, τὰ δὲ ἐκ μέτρου καὶ τομῆς ἢ μέτρου καὶ τομῶν ἢ ἐκ πασῶν τομῶν ἢ ἀνάπαλιν τομῆς καὶ μέτρου ἢ τομῶν καὶ μέτρου, de quibus sagacissime disputavit Caesar in ind. lect. aest. Marburg. 1864 p. VIII sqq.; cf. etiam Thacom. apud Vict. p. 103, 10—13, quo de loco egit Schultzius p. 22 sq., et Vict. p. 53, 12 sqq. 114, 15 sqq. 148, 29 sq. Ergo, ut Aristidis verbis utar, quae apud Diomedem vocantur

[1]) Cf. praecipue schol. Heph. p. 212, 5—13; Ar. Quint. p. 36, 32—37, 5; schol. Hermog. in rhet. gr. VII 937, 1 sq. = V 473, 11 sq. (et Ps.-Castor ed. Studemund, Vratisl. 1888, p. 13, 7); Vict. p. 103, 19. 105, 27 sqq. 106, 15 sqq.; Iuba apud Priscian. GL III 421, 1 sqq.; Sisenna apud Rufin. 561, 9, ubi pro „concisa" correxit „confusa" Bergkius in Philolog. XVI p. 642 adn. 27; Christ Metrik² p. 99; Schultz p. 23 sq.

συστηματικά vel composita, sunt σύνθετα, ὅσα ἓν ἀποτελεῖ κῶλον ἐκ μέτρου καὶ τομῆς; quae ἀσυνάρτητα vel incomposita, sunt ἀσυνάρτητα, ὅσα ἓν ἀποτελεῖ κῶλον ἐκ τομῆς καὶ μέτρου; quae συνεζευγμένα vel coniuncta[1]), sunt ἀσυνάρτητα, ὅσα ἓν ἀποτελεῖ κῶλον ἐκ δυεῖν μέτρων. Similia fuisse videntur παραγωγά vel derivativa, quorum definitio periit. In modi compositi descriptione medietas non diversa est ab incisione vel τομῇ; cf. Thac. apud Vict. p. 111, 19 et Iub. apud Vict. p. 62, 26. Modi incompositi explicatio foede corrupta est et Diomedis ipsius et librariorum culpa. Fortasse Diomedes haec fere scripserat „incompositus est, cum fuerit alius versus medi⟨etas, ali⟩us secutus ⟨ut⟩ trimeter ⟨et⟩ heroicus.“

Plura de his modis proferre a nostro proposito abest, quoniam non ad doctrinam περὶ ποιήματος pertinent, sed ad eam artis metricae partem, qua a prototyporum disciplina ad poematum enarrationem quasi transitus fit; cf. Arist. p. 36, 9—37, 5. Quaeritur enim quemadmodum singula κῶλα componenda sint ad metra efficienda. Quo fonte Diomedes usus sit ignoratur. Traduntur a Diomede non pauca, quae unius illius propria sunt. Ex quibus postquam enarrationem pedum ex quinis et ex senis syllabis constantium p. 481, 13—482, 10 ex Galeno esse derivatam Studemundus ostendit (An. var. I p. 232 sqq.), animus inclinat etiam alia Diomedis praecepta, quae a communi doctrina metrica aliena sunt, ad eundem fontem revocare. Certa vero illius indicia desunt.

Perlustratis continuis quae extant doctrinae περὶ ποιήματος enarrationibus[2]) iam in universum qualia fuerint doctrinae rudimenta, quibus viis atque rationibus quorumque hominum ope exculta et propagata sint adumbrandum est.

[1]) Aliter apud Diomedem p. 498, 15 sqq. dicuntur caesurarum figurae tres, quarum „simplex est, cum invenitur in versu una incisio, composita, cum duae inveniuntur, coniuncta, cum tres inveniuntur“. Eo de quo agitur loco coniuncta „ex duobus metris ordinantur“.

[2]) Quae de parabaseos indole atque partibus tradita sunt (cf. Heph. p. XXVII 15—XXVIII 16), cum ad longe diversos nos avocassent auctores, ab hac commentatione secludenda putavi.

Verum tanta est fontium penuria ut vix perpauca de hac re cum probabilitatis specie suspicari liceat. Spero quidem fore ut doctrinae metricae historia etiam accuratius quam adhuc factum est examinata atque illustrata huic quoque parti aliquid lucis affulgeat: quae nunc dici possunt, haec fere sunt. Prima specie quivis videt non pauca artis vocabula velut κῶλον, κόμμα, μέτρον, περίοδος, στροφή, ἀντίστροφος, ἐπῳδός distinctionemque carminum κατὰ στίχον et κατὰ περίοδον ad antiquissima tempora redire, contra genera μετρικῶν ἀτάκτων, ἀντιθετικῶν, carminum ἐξ ὁμοίων speciesque carminum ἀπολελυμένων et ἐξ ὁμοίων posterioribus demum temporibus a grammaticis esse excogitata. De singulis quae dicenda sunt supra occasione data attuli; sed pauca addenda sunt de carminibus κατὰ σχέσιν et ἀπολελυμένοις, quae exceptis carminibus κατὰ στίχον sola ab Aristide vocibus sollemnibus afficiuntur.

Aristoteles in artis rhetoricae libri III cap. 9 (p. 1409$^a$ 24 sqq.) loco conclamato duas esse primarias pedestris orationis formas docet, alteram εἰρομένην καὶ τῷ συνδέσμῳ μίαν i. e. coniunctione solum coartatam sive vinculo, quod non ex ipsius indole profluxerit, sed foris petitum sit, alteram κατεστραμμένην i. e. arte et ratione bene conclusam. Hanc multo praestare, quippe quae numerum (ἀριθμόν 1409$^b$ 5) contineat et per se ipsa tam initium quam finem habeat, cum illa aequabiliter ne ad spiritum quidem ducendum concesso spatio decurrat, quoad exhausta materia ipsi quoque finis imponatur. Idem fere discrimen cerni in poematis, cum illam formam constituant αἱ ἐν τοῖς διθυράμβοις ἀναβολαί, hanc αἱ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν ἀντίστροφοι. Opponuntur igitur inter se omnia carmina, in quibus eadem stropha plus semel recurrat sive monostropha sunt sive epodica sive alium responsionis ordinem exhibent[1]), et dithyramborum prooemia, quorum compositionem non aliam fuisse atque Timothei nomorum, quos carminum ἀπολελυμένων exemplum esse voluit Hephaestio (p. XII 3 sq.), pluribus demonstrare non opus est; cf. etiam Aristot. problem. XIX cap. 15. Ergo artissime cohaeret

[1]) Similiter apud Arist. Qu. p. 37, 12 locutio τὰ ἀντιστρέφοντα usurpata videtur.

Ausonii consuetudine floruit; Andronicus studiis liberalibus et claritudine carminum notus fuit (Seeck praef. CXCV sq. Sievers l. l. 279); ad Valerium primum de nuptiis librum scripsit Augustinus; Palladius orator fuit celeberrimus.[1])

Symmachum igitur cum ad tot tantosque homines litteras dederit omnibusque summae admirationi fuerit, ipsum quoque aliquot doctrinae vestigia ornamentaque exhibiturum esse merito expectamus. Quaecunque autem in libris eius indagare potui, in hac commentatione congessi atque ita disposui, ut primum de Graecis, deinde de Latinis studiis dissererem priore loco collocans quae ad historiam et antiquitates, altero quae ad litteras pertinent.

[1]) Cf. Boissier Journ. des Sav. 1888 p. 715.

# Pars prior.

## De Graecis Symmachi studiis.

### § 2.

Quantum litterarum linguaeque Graecae studium quarto post Christum natum saeculo apud Romanos valuerit, tum demum accuratius definiri poterit, cum in singulos scriptores diligenter de hac re inquisitum erit. Illud constare mihi videtur eos, qui non a pueris utraque lingua imbuti essent, raro pleniorem Graecae linguae scientiam assecutos esse. Hieronymus quidem, qui praeter ceteros aequales doctrina florebat, poetarum carminumque Graecorum nil noverat nisi nomina, prosaicos paucos legerat atque etiam in vertendo errores commisit.[1] Ausonius, cuius pater

*sermone impromptus Latio, verum Attica lingua*
*suffecit culti vocibus ingenii* (XI 2,9 sq. Schenkl),

ipse non sine negotio Graece didicit XVI 9,13 sqq.:

*obstitit nostrae quia credo mentis*
*tardior sensus neque disciplinis*
*appulit Graecis puerilis aevi*
*noxius error.*

Ac ne Sidonius quidem, quamvis multos enumeret Graecos scriptores, nimium in eis legendis consumpsisse videtur studium.[2])

---

1) Luebeck, Hier. quos noverit scriptores et ex quibus hauserit, p. 6 sq. 74 adn. 1. Neque igitur cum Zoecklero, Hieron. p. 34 fidem derogem Rufino adv. Hier. II 635 scribenti: ***ante enim quam converteretur mecum pariter et litteras graecas et linguam penitus ignorabat.*** De Gallis Graece magis quam Latine institutis falso loquitur Zoeckler; cf. Teuffel LG[5] 466,2. Mommsen RG V[3] 100 sqq. Mamertum egregie Graece scivisse docet Engelbrecht l. l. p. 428, Ausonium Stahl, de Ausonianis studiis poetarum graecorum, Kiliae 1886.

2) Geisler, de Apollinaris Sidonii studiis, Vratisl. 1885 p. 82 adn.

d tamen aliqua Graecae linguae cognitione cuivis homini ɜlegantiori opus fuisse videtur;[1]) quam etiam in Sym- fuisse vel inde concludi potest quod Africam pro consule stravit (Seeck praef. XLVII sq.). Gravissimum vero ipsius ›nium est, quo quodammodo confitetur sese ea studia ılta robustiore aetate neglexisse: *dum filius meus Graecis initiatur, ego me denuo studiis eius velud aequalis adiunxi* !.

ıcabula graeca saepius admiscuit Ciceronem opinor imi- qui idem in epistulis ad Atticum fecerat. Sunt autem ere: I 1,2 *emmetra.* I 14,2 ἀμουσότερος. I 15,2 λόγος? *apographa.* III 44,1 ἀρχαισμόν. III 47 πανηγυρικώτερον. *nomisma.* V 64 VI 25 VII 45 IX 9 *mystagogus* (Cic. Verr. ). VIII 23,1 ὑπόθεσις. IX 116 *aenigma.* IX 110,2 περιδέξιον 12).

## Caput primum.

### ıdiis in historia et antiquitatibus Graecorum positis.

ˈmmachus ut erat maxime oratoriae laudis cupidus,[2]) ad potissimum studia sua rettulisse putandus est. Neque ɔrofundam in eo historiae scientiam expectabimus, quippe aecipue ideo rerum scriptores tractaret, ut flosculos ad lam illustrandamque orationem ex iis delibaret; neque mur narratiunculas passim ab eo sive expositas sive :atas plerumque depromptas esse ex eo thesauro, qui ex i rerum copia ab oratoribus paulatim electus erat. Ubi simplicitatis exemplo opus erat, Catones, ubi iuris pe- Scaevolae laudabantur; si quando longior enarranda erat — quod genus apud Symmachum frequentius est quam :eteros panegyricos — confugiebatur ad libros in hunc conscriptos, qualis Valerii Maximi est, in quo cuiuslibet

Cf. Sievers l. c. p. 13 adn. 26.

I 96: *studium quod scribendis orationibus exhibebam, praemio laudis vetus quippe sententia est artes honore nutriri. quis autem tam cumu- honor quam palma dicendi?*

et virtutis et vitii exempla nullo negotio reperiuntur. Livii autem historiae similesque libri raro in manus sumebantur, quippe qui minus essent habiles nec facile ea oratoribus ministrarent quae quaerebant. Qui fit ut pauci restent loci ad historiam spectantes, qui non ex certo quodam auctore exscripti sint. Eam igitur rationem tenendam esse existumavi, ut locis Symmachianis secundum temporum quantum fieri poterat ordinem digestis eam commentationis partem indicarem, qua de singulorum scriptorum lectione acturus sum.

IV 33,2: *non vides oracula olim locuta desisse nec ullas in antro Cumano litteras legi nec Dodonam loqui frondibus nec de spiraculis Delphicis ullum carmen audiri? patere igitur ut homullus Promethei manu fictus mandare cessem papyro, quae dudum in vatum foliis non leguntur.*

Prometheum Ovidio (met. I 78 sqq. cf. § 5 sect. X), Sibyllam Cumanam Vergilio (A. VI 9 sqq. cf. § 5 sect. VIII) acceptam referre videtur; unde cetera hauserit in medio relinquo. Neque enim omnia ex certis auctoribus repeti possunt, quoniam pueri in ludis rhetoricis etiam mythologia et historia instituti esse et multa ex commentariis didicisse censendi sunt, quos lectos esse Hieronymus dicit adv. Ruf. I 16.

rel. 3,16: *silvestribus arbustis vita producitur et rursus ad Dodonaeas arbores plebis rusticae inopia convolavit.*

Cf. Verg. G. I 147 sqq. (cf. § 5 sect. VIII).

IV 28,4: *mallem Aboriginum more dictionem salutis alternae ligno aut corticibus scribere; Aegyptus papyri volumina bybliothecis foroque texuerit.*

Cf. Plin. h. n. XIII 68 (§ 5 sect. XXI).

or. II 21: *prodidit vetus fabula giganteam manum quondam montanas turres intulisse sideribus. talia forte temptavit; neque enim terrigenas licet iuvenes Pelion adque Ossan convexisse credibile est.*

Cf. Verg. G. I 278 sqq. (§ 5 sect. VIII).

rel. 4,2: *absit ut moderator urbis liberae adque ideo devotae tamquam Salmoneus Elius invehatur.*

Cf. Verg. A. VI 585 sqq. (§ 5 sect. VIII).

*ubi hic equinus hinnitus Persici quondam lector imperii fectata ad regnum via libidine pecudis concubitum gesti-? qualis ille dominus fuit, de quo imprudens animal ıvit?*

Val. Max. VII 3 ext. 2 (cf. § 5 sect. XX).

*nec ignoro multa invicti animi exempla posse referri. cles amissis recens liberis venit in curiam: sed patria cogebat. Anaxagoran physicum gravis de filio nun-a disputationibus non retraxit: sed philosophiae deferebat ıitatis suae neglegentiam.*

Val. Max. V 10 ext. 1. 3 (cf. § 5 sect. XX).

*am et Phidiae Olympium Iovem et Myronis buculam ›lycliti canephoros rudis eius artis hominum pars magna ta est.*

ıephoros novit ex Cic. in Verr. IV 5,[1]) buculam ex (cf. § 5 sect. XVII), Olympium Iovem ex eiusdem or. l. Max. III 7 ext. 4 (cf. § 5 sect. XX).

*ferunt Socraten si quando excidit cupitis aut destinatis bi utile quod evenerat aestimasse; nam meriti sui securus pres ea coniectabat esse meliora, quae casus dabat, quam animus adpetebat.*

a multi similia narrent (cf. Zeller II 1⁴ p. 67 a. 3), veri-um videtur Symmachum hausisse ex Cic. de off. I 90 sect. XVII).

*ıceat prodiga laudis vetustas, quae Apellem et Zeuxin ıorum similes ut quemque aetas tulit, voluminum honore ıta est.*

›: *si quis mihi Zeuxis discoloribus ceris haec comitia ında digereret, si quis Apelleus imitator illud caeleste ium verisimili adfectu artis animaret, viserent posteri vix nda miracula.*

---

lemo praeterea commemorat; cf. Overbeck, Schriftquellen 964/5. ›hlingium (de Cic. artis aestimatore, Halis 1877 p. 12) a solo Cice-dere Symmachum. Sententia nova non est; cf. Iuliani ep. 33,1: ἀνάξιόν με λέγῃ τις εἶναι, οὐδὲ οὕτω τοῦ ποθεῖν ἀφαιρήσεται, ἐπεὶ ιάτων καλῶν ἀκούω πολλοὺς ἐραστὰς γενέσθαι μὴ μόνον τοῦ δημιουργοῦ ν μὴ βλάπτοντας, ἀλλὰ καὶ τῷ περὶ αὐτὰ πάθει τὴν ἔμψυχον ἡδονὴν προστιθέντας.

Nomina fortasse Ciceroni vel Plauto debet, apud quem bis coniuncta inveniuntur (Epid. 625 sq. Poen. 1271 sqq.); cf. Stat. silv. II 2,64 (cf. § 5 sect. XIII).

I 20,2: *an ignoramus Magnum illum, cui supra votum fortuna fluxit, Stagiritae suo nihilum commodasse?* Cf. p. 15.

or. III 10: *queri de paterna gloria Macedonum rex solebat, quod subactis longe lateque provinciis nihil ad victoriam virtuti reliquisset heredis.*

Rem narrat Plut. Alex. 5, quem a Symmacho lectum esse haud affirmaverim; fortasse Trogum exscripsit.

or. III 7: *cum magno Alexandro mundanam paene militiam philosophorum comitatus exegit.*

Hoc quoque e Trogo depromptum esse haud absurdum erit conicere.

IX 72: *Alexandrum, sicuti loquuntur historiae, gravis momordit invidia, quod Achilli fortissimo aevi sui Homerum praeconem fortuna tribuisset.*

Cf. Cic. pro Arch. 24 (cf. § 5 sect. XVII).

or. II 18: *hactenus Syracusani Archimedis stetit gloria; docuit namque exitus nihil valuisse pro civibus commenta prudentis.*

Cf. Val. Max. VIII 7 ext. 7 (cf. § 5 sect. XX).

or. III 6: *sic Antiocho ante robur aetatis Syria sponte subiacuit; Pellaeum ducem praecox fortuna delegit; Ptolomaeo inter prima rudimenta lactantis infantiae regnum Roma reparavit.*

Ex Trogo haec fortasse hausta, cui etiam Hieronymus multo plura debere videtur quam indicavit Luebeck l. l. p. 203 sq. Cf. Droysen Gesch. d. Hell. III 1,378[1]. Antiochus est Magnus ille, qui undeviginti annos natus regnum accepit; Pellaeus dux Alexander (cf. Stat. silv. I 1,85 sq. § 5 sect. XIII), Ptolomaeus Epiphanes, is qui quattuor annos natus rex factus est. Cf. Val. Max. VI 6,1 (cf. § 5 sect. XX).

rel. 5,2: *nam et Carneaden Cyrenaeum et Poenum Clitomachum Atheniensis curia societate dignata est, itidem ut nostri Zaleucum, legum Locrensium conditorem, civitate donarunt.*

Locus difficilis, de quo quid sentiam statim exponendum esse arbitratus sum. Quod scribit Carneadem in senatum Atheniensium receptum esse, conclusisse videtur ex legatione

.am cum alii multi tum haud raro memorat Cicero (or. Tusc. IV 5 ad Att. XII 23,2). Clitomachum autem eodem affectum esse nusquam quod sciam legitur; sed cum a Cicerone simul cum Carneade nominetur (or. 51 de Acad. II 78), talis loci memor Symmachus opinatus letur utrumque ab Atheniensibus Romam legatum esse. d. II 137: *legi apud Clitomachum, cum Carneades et Stoicus s ad senatum in Capitolio starent* et Tusc. III 54: *legimus Clitomachi, quem ille eversa Karthagine misit consolandi d captivos cives suos. in eo est disputatio scripta Carneadis.*
loco[1]) *Poenum* videtur hausisse Symmachus. Sed ubi Zaleucum a Romanis civitate donatum esse nescio. n quod de Pythagora tradebatur (Plut. Num. 8) perad Zaleucum transtulerit; similiter iudicat Gerlachius, ›s Charondas Pythagoras, Basel 1858 p. 65.
ud ab re erit etiam haec hoc loco commemorare:
: *memini brevitatem Spartanam laudi quondam fuisse; ego Romanis tecum legibus ago et si ita vis Atticis; quibus um decus a facundia fuit, ut mihi videantur Lacones metu tionis in diversum studia destinasse.* I 14,1: *Laconicae studere brevitati.* III 11,1: *deesse huic epistulae Atticam itatem boni consule.* V 37: *litterae tuae Spartana brevisuccinctae sunt.*
certo auctore profectum putare proverbium tritissimum on est. Locos e Latinis scriptoribus collegit Otto, Archiv Lexicogr. III 372. Sprichwörter der Römer 206 sq.
l: *vulgati quippe proverbii est enavigato Maleo oblimari um memoriam, quos domi reliqueris.*
rabo VIII p. 378 haec narrat: ἦν δ' ὥσπερ ὁ πορθμὸς οὐκ ; ὁ κατὰ τὴν Σικελίαν τὸ παλαιόν, οὕτω καὶ τὰ πελάγη καὶ ι τὸ ὑπὲρ Μαλεῶν διὰ τῆς ἀντιπνοίας, ἀφ' οὗ καὶ παροιμιάζονται· κλέας δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε.
ım apud alium scriptorem huius proverbii mentio non fiat l. c. p. 380), putaverim Symmachum proverbium graecum ım habuisse, sed aliter ac Strabonem interpretatum esse.

[1] Eodem loco usum esse Hieronymum recte dicit Luebeck p. 62.

# Caput alterum.

## De litterarum Graecarum studiis.

### § 3.

Homerum etsi commemorat Symmachus VIII 22,2: *nam et Homerum novimus a dissimilibus praedicari* (cf. III 74,2 *vatum maximus*. IX 110,2 *Homerica appellatione*. or. II 26 *Troiani carminis auctor inlustris*) et res ex eius carminibus petitas interdum profert, tamen dubitari potest num ipsa eius carmina legerit; qua de causa enucleare studui, ex quibus auctoribus hauserit quae ut in Homero lecta ostentat.

Ex Iliadis rebus haec afferuntur:

III 11,1: *sumpsi pariter geminas litteras tuas Nestorea ut ita dixerim manu scriptas.*

Il. A 247 sqq. Cf. Cic. Cato 31 (§ 5 sect. XVII).

III 13,2: *nullam certe Nestor tertio aevi sui saeculo militiae vacationem poposcit, nec Achilli excusavit aetatis suae frigus senex monitor.*

Il. A 250 sqq., I 432 sqq. Cf. Cic. Cato 31 de or. III 57 (§ 5 sect. XVII).

or. II 8: *cedo mihi, imperator, belli Iliensis historiam: probabo Graeciam parva mentitam nec magnitudini servisse nec fidei. aiunt heroas ad Troiam classe delatos ignoti litoris timuisse contactum, donec formidata responsa vel strenuus temeritate iniret vel fraude versutus eluderet.*

Cum Homerus Il. B 698 sqq. pauciora enarret, aliunde hausit Symmachus, fortasse ex XIII. Ovidii heroide (§ 5 sect. X).

III 74,2: *nam et Achillen vatum maximus refert aegrum animi curas fidibus resolvisse.*

Il. I 185 sqq. Cf. Val. Max. VIII 8 ext. 2 et Hor. epod. 13,17 (§ 5 sect. XX).

IX 110,2: *ut plane Homerica appellatione usus* περιδέξιον *id est aequimanum*[1]) *te esse pronuntiem.*

Il. Φ 163.

---

[1]) Verba *id est aequimanum* inclusit Seeckius; an perperam, dubites; cf. Hier. in Dan. 12,5 *unde* φερνοφόρος *id est dotalis appellata est.* Accedit quod

II 26: *eat nunc Troiani carminis auctor inlustris et pro clade popularium Xanthum fingat iratum; artatas cadaveribus undas scriptor decorus educat: nescivit flumina posse frenari. tantumne valuit rivus Iliacus, ut in auxilium Vulcani flamma peteretur?*

Il. Φ 233 sqq.

Ad Odysseam pertinentia inveni haec:

82: *pomis tuis abunde honorem scripto facerem, si valerem; nunc obsessus membrorum omnium doloribus silvarum tuarum laudem sequestro. faciet frequens humanitas tua, ut saepe alias in Marsos bona Phaeacum translata celebremus.*

Od. η 115 sqq. Nosse videtur ex Stat. silv. I 3,81 sq.:

*quid bifera Alcinoi laudem pomaria vosque,*
*qui nunquam vacui prodistis in aethera rami?*

II 19: *solus Epius Troianis arcibus adduxit excidium, et Cretaeus Daedalus grassatorem Cecropiae nobilitatis inclusit.*

Od. ϑ 492 sqq., λ 523. Epeum fortasse ex altero Aeneïdos ro, Daedalum ex Ov. met. VIII 152 sqq. sumpsit. Cf. § 5 t. VIII. X.

7,1: *non illius caeli aut soli illecebram retinax advenarum lotos arbor aequaverit et suada Circae pocula et tricinium semivolucrum puellarum.* VII 16,3: *sed nimium quantum avarus es, qui Flaviano meo praesente quicquam requiris, in quo tanta rerum bonarum delenimenta sunt, ut mihi quasi apud Sirenas aut Lotophagos haesisse videaris.*

Od. ι 82 sqq., κ 133 sqq., μ 39 sqq. 166 sqq.

Circae pocula Horatio debet ep. I 2,23 (cf. § 5 sect. IX), tum forsitan Culici 124 sqq., semivolucres tres puellas Sirenes Homericae neque alas habent neque tres sunt — artis monumentis vidit.

II 23,2: *principium voluptatum de Formiano sinu nascitur, quae civitas quondam Laestrygonum populo fertur habitata. hos ventri et gulae usque ad feritatis invidiam legimus obsecutos.*

Od. κ 115 sqq. Cf. Plin. h. n. VII 9 (cf. § 5 sect. XXI).

---

cabulum rarissimum a glossatore insertum esse parum est probabile. Cf. ahl de Aus. studiis p. 3.

Hesiodus bis apparet; nam decantati illius somnii mentionem facit I 53,2: *nisi forte in silvis Apollinem continaris ut ille pastor Hesiodus, quem poetica lauru Camenalis familia coronavit*, quod legit apud Verg. E. 6,69 sqq. (cf. § 5 sect. VIII. Ov. fast. VI 14 sqq.). Praeterea fabulam significat a veteribus raro enarratam VII 20: *multo hoc factu promptius, quam quod Hesiodum ferunt posito senio in virides annos redisse.* Cognitum igitur fuisse ei videtur epigramma quod in Procli γένει Ἡσιόδου legimus, ubi Pindaro tribuitur (Westermann biogr. p. 49 Bergk PLG I[4] p. 479) et in paroemiogr. I. p. 456 s. v. τὸ Ἡσιόδειον γῆρας· Ἀριστοτέλης ἐν Ὀρχομενίων πολιτείᾳ δὶς τετάφθαι φησὶ τὸν Ἡσίοδον καὶ ἐπιγράμματος τοῦδε τυχεῖν·

χαῖρε δὶς ἡβήσας καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας,
Ἡσίοδ' ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

Quoniam Symmachus Varronis imagines legisse videtur (cf. § 5 sect. XVI), haud absurdum erit conicere ibi Hesiodi imagini hos versus adscriptos fuisse — similiter (Gell. III 11,7) *M. Varro in libro de imaginibus primo Homeri imagini epigramma hoc adposuit:*

*Capella Homeri candida haec tumulum indicat*
*Quod hac Ietae mortuo faciunt sacra* —

aut in quaestione de Hesiodi aetate ab illo tractata allatos fuisse (Chappuis, fragm. des ouvrages de M. Ter. Varron, Paris 1868 p. 92).

De ceteris poetis altum silentium; historicorum mentio nulla. Ex oratoribus unius Demosthenis locus citatur I 23,2: *fac veniat in mentem, quid Graeca super hoc dicat oratio: parvis nutrimentis, inquit, quamquam a morte defendimur, nihil tamen ad robustam valetudinem promovemus.* Vertit Dem. Olynth. III 39 (33): καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτ' ἰσχὺν ἐντίθησιν οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ. Eundem locum auctore non nominato expressit Sall. hist. III 82,19 K.

Ex philosophis, qui quidem libros reliquerint, Plato commemoratur IX 84: *veluti nunc litterae tuae halantes Platonicum nectar quantum mihi muneris et honoris dederunt.* Memor fuisse videtur rei a Cicerone de div. I 78 II 66 et a Val. Max. I 6 ext. 3 narratae (cf. § 5 sect. XVII).

Altero loco una cum aliis enumeratur[1]) I 4,2: *ille Pythagoran, qui animas in aeternitatem primus adseruit; ille Platonem, qui deos esse persuasit; ille Aristotelen, qui naturam bene loquendi in artem redegit . . . . parca laude perstrinxit.*

Haec omnia fere aut Ciceronis libris accepta referre putandus est (de Pythagora Tusc. I 39, de Platone nat. deor. I 18. 30, de Aristotele or. 114 de or. II 160 [cf. § 5 sect. XVII]) aut ipsas legit Varronis hebdomadas.

Aristoteles etiam rel. 5,2 nominatur: *quem memoria litterarum Aristoteli subparem fuisse consentit.* I 20,2 haec de eo narrantur: *an ignoramus Magnum illum, cui supra votum fortuna fluxit, Stagiritae suo nihilum commodasse?*

Adeo ambigua sunt verba, ut dubites quid significet Symmachus: potes in memoriam revocare, quod Plutarchus tradit Alex. 8: Ἀριστοτέλη δὲ θαυμάζων ἐν ἀρχῇ . . . ὕστερον ὑποπτότερον ἔσχεν οὐχ ὥστε ποιῆσαί τι κακὸν κτλ.[2]) Cf. Zeller II 2³ p. 33 sqq. Nisi forte minus accurate tenebat locum Ciceronis epp. ad. Att. XIII 28,3: *Quid? tu non vides ipsum illum Aristoteli discipulum summo ingenio, summa modestia, posteaquam rex appellatus sit, superbum crudelem immoderatum fuisse?*, ita ut *Aristoteli* pro dativo haberet.

De Carneade et Clitomacho cf. p. 10 sq.

Heracliti dicto utitur IX 115,2: *quod si mihi ullus honor testimonii publici adfectandus foret, iudicio tuo et similium contentus esse deberem, vel fidicinis exemplo, qui indignatus considentium turbam sibi et Musis cantum ciebat vel secundum Heraclitum physicum, qui summam laudis arbitrabatur placere uni, si esset optimus, qui probaret.*

Spectant haec ad illud εἷς ἐμοὶ μύριοι fr. 114 Byw., quod unde cognoverit, difficile est dictu; nam Galeni περὶ διαγνώσεως

---

[1]) Tales enumerationes apud Gallos usitatissimae sunt; cf. e. g. Aus. VIII 31. 32. epist. XVII. Sidon. 1,5. 138,17. 158,22. 233,6. Ennod. 24,19. Engelbrecht p. 436. cf. Symm. I 32,3.

[2]) Idem fere cadit in sequentia: *nisi quia Ennio ex Aetolicis manubiis captiva tantum chlamys muneri data Fulvium decolorat; enim vero neque Panaetio Africanorum secundus neque Opilio Rutilius vel Cineae Pyrrhus aut Metrodoro suo Mithridates Ponticus liberalium disciplinarum pretia solverunt.*

σφυγμῶν libellum ab eo lectum esse demonstrari non potest; Cicero autem ad Att. II 5,1 nomen non adposuit. Si hariolari liceret, cum Cicero Tusc. V 10 Heraclitum cognomine physici appellet ut hoc loco Symmachus, coniectari posset in deperdito libro Ciceronem dicti illius addito auctoris nomine mentionem iniecisse.

Hippocratis locus usurpatur VI 45: *nam, ut ait Hippocrates, praesentia hebetantur incommoda, si cui dolor maior accesserit.*

Significat aphor. II 46: δύο πόνων ἅμα γιγνομένων μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον ὁ σφοδρότερος ἀμαυροῖ τὸν ἕτερον. Legit hoc fortasse in latina Hippocratis versione aut in Galeni libro altero, qui inscribitur: Ἱπποκράτους ἀφορισμοὶ καὶ Γαληνοῦ εἰς αὐτοὺς ὑπομνήματα, in quo de hoc aphorismo agitur vol. XVII 2 p. 549 K.[1])

---

[1]) Memorabile est etiam Hieronymum Hippocratis nonnulla e Galeno attulisse; cf. Luebeck p. 99. 102. Cassiod inst. I 31 monachis praecipit: *legite Hippocratem atque Galenum latina lingua conversos.*

# Pars altera.

## De Latinis Symmachi studiis.

---

## Caput primum.

### De historiae et antiquitatum Romanarum studiis.

§ 4.

ladem qua supra ratione locos enumerabo.

13,2: *principium voluptatum de Formiano sinu nascitur, ae civitas quondam Laestrygonum populo fertur habita.*[1]).

Cf. Cic. ad Att. II 13,2. Plin. h. n. III 59 VII 9 (§ 5 sect. XXI).

V 15: *haec est illa Latii veteris aetas aureo celebrata cogomine, qua fertur incola fuisse terrarum necdum moribus fensa Iustitia.*

Cf. Verg. A. VIII 319 sqq. (§ 5 sect. VIII). de Iustitia cf. !².

I 32: *ipsas nobilium divisere gentes: Pinarios Hercules ccupavit, Idaea mater legit hospites Scipiones, Veneriis icris famulata est domus Iulia.*

Cf. Val. Max. VIII 15,3 Verg. A. VIII 270 paneg. II p. 89,21 B. § 5 sect. VIII. XX).

I 17: *Carthago Tyriorum, quam Punicis glaebis advena pulentus inposuit, pretio a Libysin venit. ecce exempla veterata aeculorum! armato populo terra Libyae tuta est† nec otiosae uspicor bovini tegminis ambitum definitum auctionis. inermitas mpulit breve spatium postulari, sed quo magis fieret turpe mmercium, dolus circumcisi tergoris auxit dedecus emptionis.*

Cf. Verg. A. I 340 sqq. et Serv. ad 367 (§ 5 sect. VIII).

---

[1]) Nullum Symmachi locum novi, quo doctrinae ostentatio ineptior sit.

IV 34,3: *itane me ludos facis, ut quae apud te incuriosius loquor, in † stili caudices aut tiliae pugillares censeas transferenda, ne facilis senectus papyri scripta corrumpat? et Marciorum quidem vatum divinatio caducis corticibus inculcata est, monitus Cumanos lintea texta sumpserunt: tu etiam sericis voluminibus Achaemenio more infundi litteras meas praecipis.*

De Marciis cf. Cic. de div. I 89. 115 II 113 (cf. § 5 sect. XVII), de Sibylla Verg. A. III 444 VI 9 sqq. et Serv. ad VI 72. De corticibus linteisque textis quae narrat, ubi invenerit nescio. Linteos magistratuum libros commemorat Livius IV 7. 20. 23; de tilia loquitur Dictys in prol.: *igitur de toto bello decem volumina in tilias digessit phoeniceis litteris;* de sericis voluminibus Gardthausen griech. Palaeogr. 51: „seidene volumina werden nur beim Symmachus erwähnt".

rel. 9,6: *nec putetis istiusmodi voluptatem plebi Martiae parvam videri, cui delenimenta circensium finitimorum conubium praestiterunt.*

Cf. Liv. I 9 (cf. § 5 sect. XIX).

rel. 15,1: *ab exortu paene urbis Martiae strenarum usus adolevit auctore Tatio rege, qui verbenas felicis arboris ex luco Streniae anni novi auspices primus accepit.*

Fons incertus; vocabulum Nonius p. 16 M. a *strenuitate*, Festus p. 313 M. a *treni* (= *trini*) derivant.

II 36,3: *qui adverterem neque honestati virginum talia in viros obsequia convenire neque more fieri, quod Numa auctor, Metellus conservator religionum omnesque pontifices maximi numquam ante meruerunt.*

Eum dicere videtur Metellum, de quo Valerius Maximus loquitur I 1,2 VIII 13,2 (§ 5 sect. XX).

III 11,3: *arma a Samnitibus, insignia ab Tuscis, leges de lare Lycurgi et Solonis sumpseramus.*

Cf. Sall. Cat. 51,38 Cic. de legg. II 59. 64 Liv. III 31,8 (§ 5 sect. XVIII. XIX).

rel. 4,3: *inritamentum superbiae Roma vestra non patitur mem... scilicet bonorum parentum, quos Tarquinius fastus et ipsi... Camilli currus offendit. nam tanto illi viro albentes quadrig... exilium triste pepererunt. at contra Publicolae decus tribu...*

*inclinatio potestatis; submisit enim contioni civium consularem securem et honoris sui culmen infregit, ut libertatem civitatis erigeret.*

Cf. Liv. V 23,5 Val. Max. IV 1,1 (§ 5 sect. XIX. XX).

I 6,3: *<M. Horatius> morte pignoris sui cognita cadaver efferri iussit: sed hac constantia esse debuit, qui Capitolium dedicabat.*

Cf. Val. Max. V 10,1 (cf. § 5).

58: *quid? tu libenter Atilio factum putas, quod fascibus aratra mutavit et in medio sementis opere anhelos boves statuit rusticus magistratus?* VII 15: *adde te rusticantium numero et paulisper Catones atque Atilios aemulare, quos vomis <et> stiva ad consulares misit secures.* V 68,2: *vos malo cum Atilio rusticari et ludum virium sequi.*

Cf. Val. Max. IV 4,5 (cf. § 5). Exemplum apud oratores usitatissimum: cf. paneg. XII p. 279,15 B. Otto Arch. f. lat. Lexicogr. III 363 sq.

rel. 3,9: *hic cultus in leges meas orbem redegit, haec sacra Hannibalem a moenibus, a Capitolio Senonas reppulerunt.*

I 47,1: *nec mirum si te illa ora totum sibi vindicat, cum ipsum Hannibalem fides certa sit bello invictum manus dedisse Campaniae.*

Cf. Val. Max. IX 1 ext. 1 (cf. § 5).

I 95,3: *olim cum res Romana adoreae militaris potita est, Polluces gemini apud Iuturnae lacum proelii secunda vulgarunt. eos quippe priscorum voluminum fides tradidit anhelis equis plenos sudoris et pulveris fama belli post tergum relicta indicium adfectasse victoriae.*

Cf. Val. Max. I 8,1 (cf. § 5) paneg. XII p. 306,31 (ex eodem fonte).

I 20,2: *nisi quia Ennio ex Aetolicis manubiis captiva tantum chlamys muneri data Fulvium decolorat; enim vero neque Panaetio Africanorum secundus neque Opilio Rutilius vel Cineae Pyrrhus aut Metrodoro suo Mithridates Ponticus liberalium disciplinarum pretia solverunt.*

Quae de Ennio tradit cum alibi non narrentur, dici non potest quo auctore usus sit; Panaetii et Scipionis consuetudinem norat ex Cic. Tusc. I 81 de rep. I 34 ad Att. IX 12,2 pro

Mur. 66; Opilii et Rutilii forsitan ex Suetonii de vir. ill. libro p. 105,1 R.: *Aurelius Opilius Epicurei cuiusdam libertus philosophiam primo, deinde rhetoricam, novissime grammaticam docuit. dimissa autem schola Rutilium Rufum damnatum in Asiam secutus ibidem Zmyrnae simulque consenuit.* Cetera exempla dubito an in fonte aliquo similiter congesta invenerit.

or. III 7: *nempe Fulvium nobilem tam laude quam nomine* (sc. Nobilioris) *inter aquilas cantusque lituorum praeceptor Accius frequentavit; Africanum illum terra marique victorem lectionis particeps et laboris Panaetius non reliquit; cum magno Alexandro mundanam paene militiam philosophorum comitatus exegit.*

Ad Accium transtulit quae de Ennio narrantur adductus errore orto ex Cic. pro Arch. 27, ubi primum consuetudinis inter Brutum et Accium, deinde familiaritatis inter Fulvium et Ennium intercedentis mentio fit (cf. § 5). Videtur plerumque memoria esse confisus, quae eum fefellit etiam IX 115,2.

or. I 5: *credamus historiis minora iactantibus, quae ferunt Gaium Marium pressum labe fortunae obiectu quodam prioris evasisse reverentiae. cum secundis, inquiunt, rebus eius in adversa mutatis virum toto orbe victorem Minturnensis carcer includeret, percussoris ictum, qui iussus inruperat, maiestate suspendit, quae ei sola restabat. stetit pro sene vetus gloria, nec valuit carnifex inpia manu ferire, quem necesse habebat agnoscere.*

Cf. Val. Max. II 10,6 (cf. § 5 sect. XX).

IX 115,1: *an ego istud feram moleste, qui noverim Marcellorum monumenta sublata Verre praetore et Marianis tropaeis nequaquam manus invidas pepercisse?*

De Marcellorum monumentis cf. Cic. in Verr. II 51 (§ 5 sect. XVII). Marii tropaeorum dirutorum, quae restituta esse a Caesare aedile tradit Plut. Caes. 6, mentio fortasse facta erat apud Livium aut in Sallustii historiis; nisi forte id spectavit Symm., quod de Marii Gratidiani statuis narrat Plin. h. n. 34,27 aut de Marii ossibus Val. Max. IX 2,1 (cf. § 5).

or. III 8: *sentio me ad exempla veterum tempestive esse dilapsum. iure igitur ex annalium memoria Pompei usurpabo respons-*

*is equestri censu equum de more traducens cum forte interpellaretur voce censoris, sub quo imperatore meruisset: me ipso, inquit, principe militavi.*

Idem legitur apud Plut. Pomp. 22[1]); S. fortasse ex Sallustii historiis hausit, quas ille in Pompei vita enarranda secutus esse videtur (Peter, Quellen Plutarchs 112 sqq.); has eum novisse certum est (cf. § 5 sect. XVIII).

II 46,2: *nihil igitur moror familiam Spartaco nequiorem.*

II 60,1: *tu mecum opera Lucullana partiris.* VI 70: *siquidem sermo distulit quaedam vos Lucullanis operibus aequanda fecisse.* VII 36: *quid multa? successisti in famam Luculli.*

III 23,2: *tenet te eruditio Scaevolarum, dum forenses rabulas pervigil doctor instituis.*

Scaevolas e Ciceronis libris ei notos fuisse suspiceris (cf. § 5 sect. XVII Lael. 1); cf. paneg. XI p. 260,10.

I 1,5: *hanc celebravit opum felix Hortensius aulam,*
*contra Arpinatem qui stetit eloquio.*

Pertinere potest ad Ciceronis vel pro Quinctio vel de imp. Cn. Pompeii (cf. § 5 sect. XVII) orationem vel ad or. 129 (Meyer orat. Rom. fragm. [2] p. 366).

or. II 5: .... *tenere secretum. itaque Crassus percontanti filio, quid noctis moveri castra iussisset: vereris, inquit, ne tuas aures forte non penetret occentatio bucinarum?*

Isdem verbis narrat Frontin. strateg. I 1,13: *M. Licinius Crassus percontanti, quo tempore castra moturus esset, respondit: vereris, ne tubam non exaudias?* Ex Livio haustum videtur ab utroque (per. 106); Bludau (de fontibus Frontini, diss. Regim. Brunsbergae 1883 p. 24) ex Sallustii hist. Frontini narrationem fluxisse non censuisset, si locum Symmachi novisset; nam cum ex eo cognoscatur rem in bello a Crasso una cum filio gesto accidisse, de Parthico, non de servili bello agi apparet. Ceterum apud Frontinum *filio* excidisse videtur.

or. I 16: *iactet se Punicis Africanus exuviis, sed diu in Sicilia palliatus erravit; Mithridaticis spoliis Lucullus exultet,*

---

[1]) Apud Plutarchum non interrogatur, sub quo imperatore meruerit, sed εἰ πάσας ἐστράτευσαι τὰς κατὰ νόμον στρατείας.

*sed [diu] in Pontico luxu paene victor elanguit; Orientis tropaea ostentet* A n t o n i u s, *sed inter Aegyptias taedas regio amore diffluxit. hi sunt illi triumfales viri delicatis negotiis frequentibus occupati, amoena litorum terrarumque opima sectantes. vis petam proximae aetatis exempla? ecce Baias sibi* A u g u s t u s *a continuo mari vindicat et molibus Lucrinis sumptus laborat imperii;* T i b e r i u s *in devorsoriis insularum natans et navigans adoratur;* P i u s *otia Caietana persequitur; in Lycio et Academia remissior* M a r c u s *auditur.*

Quae de Scipione tradit, hausisse videtur ex Liv. XXIX 19,10 (§ 5 sect. XIX); quae de Tiberio, ex Taciti ann. IV 67 (§ 5 sect. XXIII).

I 13,3: *bonus* N e r v a, T r a i a n u s *strenuus,* P i u s *innocens,* M a r c u s *plenus officii temporibus adiuti sunt, quae tunc mores alios nesciebant: hic in laude est natura principis, ibi priscae munus aetatis.*[1])

## Caput alterum.

### De studiis in litteris Romanis positis.

### § 5.

Quoniam supra congessi quidquid de Symmachi litterarum studiis ex ipsius verbis colligitur, nunc inquirendum esse videtur, quos potissimum scriptores legerit. Quam ad rem si solis eis locis uteremur, quibus auctorem suum nominat aut ab altero se pendere fatetur, sane exiguus esset fructus. Immo alia ingredienda est via. Nam satis constat cum saepe alias tum illa aetate sterili et magnis ingeniis carente plurimum valuisse apud scriptores Romanos imitationem.[2])

---

[1]) Eadem est sententia corrupti loci VI 67,2; similem principum enumerationem habes paneg. XII p. 281,13.

[2]) Egregie Kaufmann, Rhetorenschulen . . . . in Gallien . . (Raumer hist. Taschenb. 1869) p. 16: „sie hatten schließlich so unendlich viel auswendig gelernt, daß sie einen Gedanken kaum halb ergriffen, daß ein Gefühl sich kaum leise regte — und gleich ist ein Citat zur Hand; Horaz läßt sie nicht ausdenken, sie fühlen, wie Vergil befiehlt“. Quod cum magis ca-

Consentaneum autem est omnes litterarum Romanarum pias ne a doctissimis quidem viris illius aetatis exhaustas se, sed sensim delectum quendam (κανόνα) scriptorum in dis rhetoricis tractandorum factum esse; qui qualis fuerit ncludere licet ex enumerationibus[1]) apud quosdam auctores currentibus, quarum facile gravissima legitur apud Hieronyum adv. Ruf. I 16: *puto quod puer legeris Aspri in Vergilium Sallustium commentarios, Volcati in orationes Ciceronis, Victorini dialogos eius et in Terenti comoedias praeceptoris mei Donati, que in Vergilium et aliorum in alios: Plautum videlicet, Luetium, Flaccum, Persium atque Lucanum.* Cf. Aug. conf. I 13 rud. praef. 7 Aus. protr. 46 sqq. Commod. carm. apol. 583 sq.:

*Vergilius legitur, Cicero aut Terentius item;*
*Nil nisi cor faciunt, ceterum de vita siletur.*

ecti igitur esse videntur in ludis maxime Vergilius Sallustius icero Terentius, minus Plautus Horatius Persius Lucanus; e Lucretii lectione dubitaveris. Ex his autem non tam res c fabulae quam sententiae, locutiones atque etiam singula ocabula desumebantur ita, ut auctoris nomen rarissime apponeetur. Si cui autem mirum videtur etiam ex poetis tam multa austa esse a prosae orationis scriptoribus, consideret semper orrupti sensus iudiciique esse, quod singulorum litterarum ge-

---

ı poetas, hos maiore cura perscrutati sunt viri docti; ad prosaicos posterioris etatis pertinentia haec fere adhibui: Schwierczina, Frontoniana, Vratisl. 883. M Hertz, Aulus Gellius und Ammianus Marc. Herm. VIII 257—302 = opusc. Gell. 146—201; de Amm. studiis Sallustianis, ind. Vrat. 1874. Michael, de Amm. Marc. studiis Ciceronianis, Vrat. 1874. E Geisler, de pollinaris Sidonii studiis, Vrat. 1885, qui etiam indicem editionis Luethannianae confecit. Lübeck, Hieronymus quos noverit scriptores et ex uibus hauserit, Lips. 1872. F Vogel, Sallustiana, act. Erlang. I 313—65 405—48; idem Ennodio indicem adiecit, Avito Peiper. M Ihm, studia mbrosiana, Fleck. ann. suppl. XVII p. 80—94. Haud pauca didici ex Ausonii idicibus Peiperiano et Schenkeliano, Claudiani Ieepiano (praef. vol. II), anitii commentatione quae inscribitur: Zu spätlateinischen Dichtern, ZöG 386 p. 81. 241. 401.

[1]) De Claudiani Mamerti loco Teuffelius rectius iudicasse mihi videtur uam Engelbrechtius l. l. p. 436; Varronis libros a Claudiano lectos esse peradere mihi non possum. Ambrosius plurimum studii in Sallustio Cicerone ergilio posuit; de Livii Taciti Phaedri lectione dubitandum est, quoad plura dagentur vestigia. Cf. Ihm l. c. 82.

nerum diversitas magis magisque tollitur. Atque, si paulum digredi licet, etiam ita fines ante arte circumscripti propagantur, ut permulta vocabula vivi sermonis admittantur a superioribus vitata. E. Th. Schulze, (de Q. Aur. Symmachi vocabulorum formationibus ad sermonem vulgarem pertinentibus, diss. Halens. VI p. 114) arbitratur Symmachum, si ipse edidisset epistulas, nonnulla vulgaria amoturum fuisse, id quod equidem non crediderim. Nam adeo limatae sunt epistulae ad eos plerumque datae, qui praeter ceteros doctrinae copia et dictionis elegantia florerent, ut nihil fere mutari possit. Ac ne Koreno (quaestiones Symmachianae, Vindob. 1874 p. 37) quidem assentior, qui Symm. ipsum litteras exiguas quales sunt VIII 71. 72 editurum non fuisse putat (cf. Teuffel [5] 425,6 „sogar blosse Papierschnitzel sind aufgenommen"). Nam talia quoque publicare moris fuit; cf. Plinii et Traiani epp. 58, multas Frontonis e quinto ad M. Caesarem libro, Synesii epp. 64. 65, quarum utraque ex una constat sententia.

Sed ut redeat unde digressa est oratio, iam de poetis a Symmacho imitatione expressis agamus.

De priscorum poetarum lectione quaestionem instituere difficilius est. Nam si viri docti audiendi sunt,[1]) Symm. non minus studiosus est veterum imitator quam verbi causa Fronto; sin in indice Seeckii quaerimus, quos attulerit priscos scriptores, admodum pauci sunt: Naevium Plautum Caecilium Catonem singulis, Terentium tribus locis. Neque aliter se habet res apud ceteros: Hieronymus Terentium probe cognitum habet, Plautum aliquanto minus, reliquorum locos sive Ciceroni sive aliis debet (Lübeck 8. 105 sqq.), Ambrosius nihil fere nisi proverbia quaedam e comicis hausit (Ihm 82 adn. 22), Sidonius Plautum et Terentium legit (Geisler 40 sqq.), Ammianus Catonem ter, semel Plautum, semel Terentium citat (Michael p. 3) unus Ausonius magis in antiquis versatus est.

---

[1]) Burckhardt p. 437: „der Epigone verrät sich durch sein Schwanke zwischen plautinischen Archaismen und den allermodernsten abstrakte Substantiven". Wölfflin Arch. I 357. Sittl loc. Versch. p. 124, qui fal dicit *tunc locorum* apud S. inveniri; *adhoc locorum* habes I 31,2 III 5? IX 83,1 X 2,1. Rectius iudicavit CFW Müller, Fleck. ann. 73 (1856) p. 3?

Hac cum re pugnare videtur, quod S. multa e veteribus umpsisse dicitur. Sed si diligentius attendimus, plerumque ingula esse vocabula videmus, quae ab antiquis mutuatus esse utatur. Cui imitationis generi omnino diffidendum est, praesertim si de comicis agitur. Qui cum quod argumentum postulabat, tum quod nondum diligenter inter vulgi et scriptorum sermonem distinguebatur, permultis usi sunt vocabulis, quae postea imprimis ex elatioribus litterarum generibus eici coepta sunt. Qua in re septimo urbis saeculo ineunte Scipiones (Mommsen RG II$^{8}$ 430 sq.), exeunte Cicero elaboravit; qui praecipue in eis orationibus, quas provecta aetate conscripsit, multa summa cura vitavit, quae et ipse in primis extremisque orationibus et in aliis litterarum generibus, praecipue in epistulis admisit[1]) neque alii aequales, ut Sallustius Varro Pollio (Wölfflin Arch. VI 84—106), unquam fugienda esse arbitrati sunt. Valuit autem Ciceronis ratio maxime apud eos, qui similia genera excolebant; velut Plinius etiam in epistulis purissimo usus est sermone, qualem in hoc genere ne Cicero quidem adfectaverat. Sed cum in dies magis planum fieret hanc imminutam verborum copiam non sufficere, exstiterunt qui legibus severis antiquatis ad vivum sermonem redirent ex eoque plus minusve reciperent in litteras. Quo in genere clarissimi habentur Africani, qui non modo verba intermortua ex priscis scriptoribus aucupati sunt, sed etiam primi omnium, ut videtur, multa quae inde a Ciceronis Caesarisque aetate a litteris exclusa fuerant, sine ulla dubitatione adhibuerunt; consentaneum autem est in his haud pauca esse antea apud solos vetustos scriptores obvia. Maximopere igitur cavendum est, ne quod e vulgi sermone depromptum est, aut Afrorum proprium aut ex priscis scriptoribus repetitum putemus.[2]) Symmachus autem a vulgaribus i. e. ab

[1]) Cf. Hauschild diss. Hal. VI 235 sqq. Hellmuth act. Erlang. I 101 sqq.

[2]) In utroque erraverunt viri docti; verum viderunt Ebert, Gesch. d. Litt. d. Mittelalters I$^{2}$ 35 Petschenig Arch. VI 269 Mommsen RG V$^{3}$ 658 adn.: „freilich ist dabei nicht zu übersehen, daß wir das Vulgärlatein überhaupt vorzugsweise aus afrikanischen Quellen kennen und daß der Nachweis der Beschränkung der einzelnen Spracherscheinung auf Afrika ebenso notwendig wie größtenteils unerbracht ist. Es gab nebeneinander sowohl allgemein gebräuchliche Vulgarismen wie afrikanische Provinzialismen . . . aber daß Formen wie glorificare . . . zu der zweiten Kategorie gehören, ist

eis, quae Cicero eiusque similes vitaverant, se non abho fatetur III 11,1: *trahit enim nos usus temporis in plausibili monis argutias. quare aequus admitte linguam saeculi no deesse huic epistulae Atticam sanitatem boni consule.* Proin de hac re iudicandum esse censuerim: si quod vocabulum Frontonem Apuleium Symmachum omneque id genus erudi scriptorum invenitur praeterea apud solos comicos aut al veterem occurrens, fieri potest ut imitatione expressu sin autem etiam ab inculto atque indocto homine usu de imitatione cogitare non licet. Atque cum dubitari non quin Symmachus etiam singula verba ex priscis poeti sumpserit certorum versuum non recordatus, sic rem ir ut primum versus ab eo sive allatos sive significatos, vocabula et locutiones e veteribus haustas enumerarem. a vulgarismis secernere ideo facilius est quam in ceteris toribus, quod certum est Symmachum inprimis in ep aetate prioribus doctrinae laudem adfectasse. Etenim in epistularum libro tot archaismi imitationesqu veniuntur quot in primo, ex cuius plus nonaginta epi quarum tempus definiri potest, longe plurimae ante a nulla post a. 385 scripta est. Qua de causa haud archaica vocavi, quae vulgaria potius existumassem, nisi norma exstaret.

I. Naevii

versum 18 Rb.: *laetus sum laudari me abs te, pater, a l viro* significat I 3,1: *laudari quippe ab laudato viro ra messis ingenii.* Quem ex Cicerone haustum esse, qui eu affert (Tusc. IV 67 ad fam. V 12,7 XV 6), recte putavit Se (cf. sect. XVII).

II. Plauti:

| | |
|---|---|
| Amph. 634: *ita quoiquest in aetate hominum comparatum, ita dis est complacitum, voluptatem ut maeror comes consequatur.* | IV 34,2: *hanc omnibus h gaudiis legem natura di curae voluptatem sequa* |

dadurch noch keineswegs bewiesen, daß sie uns zuerst in Afrika be da analoge Dokumente, wie wir sie für Karthago z. B. an Tertul sitzen, uns für Capua und Mailand fehlen“.

| | |
|---|---|
| Aul. 117: *rogitant me ut valeam, quid agam, quid rerum geram.* Cf. 54 Men. 789 Mil. 396 Pers. 511 Pseud. 1063 Rud. 897 Ter. Eun. 923 Catull. 28,4 quibus omnibus locis *quid rerum* legitur (Wölfflin Philol 34,148). | V 78: *quaeris ut valeam vel quid rerum geram.* |
| Aul. 803: *haec propemodum iam esse in vado salutis res videtur.* Cf. Ter. Andr. 845: *omnis res est iam in vado.* | VI 11,2: *si res in vado sunt.* |
| Bacch. 180: *ita me vadatum amore vinctumque attines.* | I 31,1: *sic vadatum me honorabili amore tenuisti.* (Peiper ed. Auson. p. 478.)[1]) |
| Bacch. 213 sqq.: *non res, sed actor mihi cor odio sauciat. \| etiam Epidicum, quam ego fabulam aeque ac me ipse amo, \| nullam aeque invitus specto, si agit Pellio.* | X 2,1: *non idem honor in pronuntiandis fabulis Publio Pellioni qui Ambivio fuit, neque par Aesopo et Roscio fama processit.* Cf. sect. XVII. |

Si praeter hunc locum nihil de Pellione legisse Symmachum putamus, apparet cum Studemundo (comm. Momms. p. 801) vocem *P(ublio)* dittographiam habendam esse; sin alibi plenum nomen eum invenisse censebimus, quod nunc non extat nisi in Stichi didascalia (l. c. p. 800 *T. Publilius Pellio*), Seeckio poterimus assentire, qui edidit *Publilio Pellioni.*

| | |
|---|---|
| Bacch. 1170: *senex optume quantumst in terra.* Cf. Capt. 836: *o mihi quantumst hominum optumorum optume.* Poen. 88 Pseud. 351 Rud. 706 Ter. Ph. 853: *o omnium quantumst qui vivont homo hominum ornatissume.* Catull. 9,10. | I 37,1: *vir quantum hominum in terris est spectatissime.* |

[1]) Primum similitudinis inventorem semper indagare studui; quod si non usquequaque consecutus sum, veniam legentium impetraturum me esse spero.

| | |
|---|---|
| Capt. 80 sq.: *quasi quom caletur, cocleae in occulto latent, \| suo sibi suco vivont, ros si non cadit.* | I 33: *aiunt cocleas, cum sitiunt roris atque illis de caelo nihil liquitur, suco proprio victitare.* |
| Capt. 191: *memorem mones;* cf. Pseud. 940: *memorem immemorem facit qui monet quod memor meminit.* Stich. 578: *capti consili memorem mones.* | II 53: *desine memorem commonere.* III 31: *licet tenaciter memorem rursus admoneo.* VI 44: *redundantis est operae memorem commonere.* |
| Curc. 405: *inibis a me solidam et grandem gratiam.* | IX 87: *summa tibi apud me laus et solida gratia est.* |
| Curc. 596: *quia mi quaesitost opus;* cf. Men. 915: *quid tibi quaesitost opus.* Cic. parad. 46. | VII 120: *quod quaesito opus est.* |
| Epid. 569: *remigrat animus nunc demum mihi.* | I 11,2: *tunc mihi animus ab aegritudine remigravit.* VII 78: *in tranquillum denuo animus remigravit.* |
| Epid. 625 sq. Poen. 1271 sqq. | Cf. quae dixi p. 9 sq. |
| Men. 228: '*non dicam dolo.* Trin. 90: *edepol haud dicam dolo.* | I 90,2: *non dicam dolo utpote subpalpandi nescius* (quo loco etiam v. *subpalpandi* archaismum redolet, de quo cf. p. 41). |
| Merc. 843: *spem speratam quom obtulisti nunc mi, tibi grates ago* (*insperatam* coni. Brixius). | or. III 2: *salve novi saeculi spes sperata.* |
| Most. 60: *orationis operam compendi face.* Pseud. 1141: *operam fac compendi quaerere.* — *compendii facere* praeterea exstat Asin. 307 Bacch. 183 Capt. 965 Pers. 471 Poen. 351 Pacuv. 175 Lucil. XXIX 37 M. | I 75: *decet operam verborum facere conpendii.* I 46,1: *potui facere scripta conpendii.* |
| Most. 65: *saginam caedite.* | I 7,2: *nam comitibus vestris utpote sobriis caedundae saginae cura posterior est.* Cf. Auson. IV 1,7 Sch. Ammian. XXII 12,6. (Goetz acta Lips. IV 1875 p. 354 sqq.) |

Most. 1122 Rud. 586.

Cf. sect. XVII.

Poen. 892: *erus si tuos volt facere frugem, meum erum perdet.*

I 7,2: *si bis tanto plures quam scribis adfuerint, frugem bonam feceris.* (Scioppius.)

Pseud. 668: *suo viatico reduxit me usque ex errore in viam.* Ter. Andr. 190: *dehinc postulo sive aequomst te oro, Dave, ut redeat iam in viam.*

III 5,2: *ego in viam* (sic Iuretus, *invidiam* libri) *reduxi amicitiae nostrae fortuitum stuporem.*

## III. Ennii

Fab. 76 M.: *caeli scrutantur plagas* (cf. Stat. Th. I 25: *plaga lucida caeli*); fortasse spectavit or. I 1: *mutando varias caeli plagas usum tibi omnium cardinum vindicasti.* Novit e Cic. de div. II 30 rep. I 30 (cf. sect. XVII).

Fab. 208 sq.: *ego deum genus esse semper dixi et dicam caelitum; sed eos non curare opinor, quid agat humanum genus.*

VIII 6: *ne optimi senatoris longa vexatio fidem faciat nihil curare caelestes.* Hausit ex Cic. de div. II 104 cf. I 132 nat. deor. III 79 Verg. E. 8,35 (cf. sect. XVII).

Fab. 419 sq.: *nam flammam sapiens facilius ore in ardente opprimat, quam bona dicta teneat.*

I 31,2: *nam facilius est ardentes favillas ore comprimere quam luculenti operis servare secretum.* Cf. Cic. de or. II 222 (cf. sect. XVII).

## IV. Caecilius.

Versum 264 Rb. solus servavit Symmachus IX 114: *recte Caecilius comicus: h o m o, inquit, h o m i n i d e u s e s t, s i s u u m officium s c i a t.* Legit fortasse in deperdito Ciceronis libro, qui saepe Caecilii dictis usus est.

## V. Terentius.

Ex didascaliis nosse videtur nomen Ambivii I 31,3: *ea propter in comoediis summatem*[1]) *quidem gloriam scriptores tulerunt; Roscio*

---

[1]) Sic cum V edendum videtur (cf. p. 39); ***summatim*** apud nostrum semper idem valet ac s t r i c t i m, b r e v i t e r: IV 5,1 V 21 rel. 34,2. 41,8.

*tamen adque Ambivio ceterisque actoribus fama non defuit.* X 2,1: *non idem honor in pronuntiandis fabulis Pellioni qui Ambivio fuit.*

| | |
|---|---|
| Andr. 481 sq.: *quaeque oportent* \| *signa esse ad salutem omnia huic esse video.* Heaut. 207: *atque haec sunt tamen ad virtutem omnia.* | VI 65,2: *expecto igitur, ut illi deo iuvante ad salutem esse omnia nuntietis.* |
| Heaut. 75: *tantumne ab re tuast oti tibi?* | V 25: *si tibi aliquid ab re tua otii est.* Cf. Paul. Pell. pr. 5. |
| Heaut. 342: *in aurem utramvis otiose ut dormias.* Cf. Plaut. Pseud. 123 sq.: *de istac re in oculum utrumvis conquiescito.* — C. *utrumne oculum anne aurem?* Plin. ep. IV 29,1: *nihil est quod in dextram aurem fiducia mei dormias.* | IV 61,1: *Tuentius tuus in utramvis aurem somnum capessat.*[1] |
| Eun. 237 sq.: *quoniam miser quod habui perdidi, em* \| *quo redactus sum.* | II 30,1: *et quo redacti sumus* codd., ubi *en* proposuit Iuretus memor ut videtur loci Terentiani, quo coniectura mihi quidem probatur. |
| Eun. 791: *nunquam accedo, quin abs te abeam doctior.* | IX 84: *quod ait noster comicus: nunquam te adeo, quin abs te doctior abeam, id ego de epistulis tuis iure memoraverim.* |
| Phorm. 293: *neque testimoni dictiost.* | I 99: *si quando mihi apud amicum testimonii dictio est.* (CFW Müller Fleck. ann. 73,329.) |
| Phorm. 623: *erus liberalis est et fugitans litium.* | IV 68,1: *quorum inpotentia conpulit, ut matrona litium fugitans ad iudicium praetoriani culminis convolaret.* |

[1]) De graeca locutione ἐπ' ἀμφότερα καθεύδειν cf. Förster Herm. XII 214¹.

| | |
|---|---|
| ›rm. 1012: *haecine erant itio- ›es crebrae et mansiones diuti- ›ae.* | I 20,3: *itiones longas et mansiones asperas . . . . vitavi.*[1]) |
| c. 79: *si non quaerat, nullus ›ixeris.* | I 1,4: *nullus feceris, ne mei periculo gloriere.* 23,3: *antelucano somno nullus indulseris.* 47,2: *amicitiarum munia nullus exequeris.* Cf. p. 35. |
| elph. 69 sqq.: *malo coactus qui ›uom officium facit, \| dum id ›escitum iri credit, tantisper ›avet; \| si sperat fore clam, rur- ›um ad ingenium redit.* | V 14: *an expectas, ut te illa expostulatione perstringam: tu nisi malo coactus recte facere nescis?* (Seeck.) |
| ›lph. 532: *vah quam vellem ›iam noctu amicis operam mos ›sset dari!* | I 23,3: *an tibi parum exempli videtur in comico, cum ait: quam vellem . . . dari!* |

## VI. Index archaismorum.

Sic materiam digerendam putavi, ut primum locutiones, de- ›e singula vocabula secundum verborum ordines disposita ›merarem.

›ectare viam. rel. 10,3: *viam capessendi honoris adfectat.* ›or. I 9: *adfectata ad regnum via.* — Plaut. Aul. 575 Men. 686 Ter. Heaut. 301 Ph. 964 Verg. G. IV 563 poeta inc. apud Cic. pro Roscio Am. 140 (*iter*).

›re est. VI 64,2: *nam mihi ob alia quoque aegre est turbas ›patriae cogitanti.* Apud solos comicos inveniri dicit Schmalzius in Antibarbaro s. v. Cf. e. g. Plaut. Capt. 129 Ter. Ph. 159.

›tandem? I 3,2. — Plaut. Asin. 901 Aul. 298 Truc. 609 Ter. Andr. 875 Cic. ad fam. IX 21,1 de legg. I 53 pro Planc. 49 Liv. X 25,6.

---

| praef. l. II p. 36,13 B.: *cum paene supervacua sint tarda solatia.* | I 100,1: *instaurant dolorem sera solacia.* |
| II 1,48: *Hyblaeis vox tincta favis;* cf. Ov. ex P. IV 15,10: *quot Sicyon bacas, quot parit Hybla favos* (similia ap. Zingerle, Ov. und sein Verh. zu den Vorgängern. I. Innsbruck 1869 p. 38 sq.). | I 102: *saltem posthac epistulae tuae Romam frequentent Hyblae aut Hymetti favis iucundiores.* Cf. Otto Sprichw. 168 sq. |

[1]) Talia propterea hoc loco collocavi, quod Statium diligentius quam Ovidium legit Symmachus.

[2]) Cf. Ov. ex P. II 1,5: *pulsa curarum nube.*

| | |
|---|---|
| *si quid Apellei gaudent se colores.* | or. III 5: *si quis mihi Zeuxis discoloribus ceris haec comitia spectanda digereret, si quis Apelleus imitator illud caeleste iudicium verisimili adfectu artis animaret.* |
| p. 66,5 B.: *hac cui tam · inhaeres quiete dignis-* | IV 44: *me in silvis Laurentibus continatus est rurali inhaerentem quieti.* |
| *viam morum longaeque a vitae.* | V 16: *Lampadio . . . ad bonam viam morum causidicinam credidi profuturam.* |
| sq.: *quali te subvehat Doris Agenorei furtis ı iuvenci;* cf. Ov. her. | VI 81: *nobis Tiburis aura blanditur.* |
| *florentibus annis.* | or. III 6: *decuit annis florentibus omnium favere iudicia.* |
| *hos humeros multo sinus ostro.* | or. II 1: *ambiat licet sacros umeros gemmarum cohaerentium velamen opulentum.* |
| *quae morum caruere bo-* f. I 3,106: *macte bonis* | V 36: *ceteris bonis morum tuorum similem patientiam.* IX 64: *reperies in eo morum bona.* |
| *ingens reserat tibi limen m* \| *Caesar.* | VIII 41: *nunc primum honoris limen ingressus nimis inmature adventum successoris exoptas.* |
| *ardentes restinxit lacte* . | I 31,2: *nam facilius est ardentes favillas ore comprimere.* |

Thebaide:

| | |
|---|---|
| *lcataque flumina.* | or. II 26: *fluvium incendisse vindicta est, calcasse victoria.* |
| *vigilesque operi transnoctes;* cf. Tac. ann. | VIII 41: *nondum ante ianuas eminentium potestatum vigi-* |

| | |
|---|---|
| IV 48: *noctemque in castris tutam et vigilem capesserent.* | *lem noctem salutator expertus es.*[1]) |
| IV 196 sq.: *regum animos et pondera belli* \| *hac nutare videt.* | III 47: *ut d. n. Gratiani ... manu nutantia reip. pondera fulciantur.* |
| IV 390: *positis gentilibus armis.* | rel. 47,1: *adsuetae armis gentilibus manus.* |
| V 612: *prono vexantem gramina cursu.* | VII 96,2: *prono cursu in consulares legetur.* |
| XI 632 sq.: *mutumque dolorem* \| *ipsa premit;* cf. IX 546: *pressitque dolorem.* IX 824: *pressum tacito sub corde dolorem.* Verg. A. I 209: *premit altum corde dolorem.* | IX 26: *malui premere mutum dolorem* (*mutum* Seeckius, *mutuum* F). |

XIV. Iuvenalis.

| | |
|---|---|
| I 18: *periturae parcere chartae.* | IV 34,3: *mandari enim periturae chartae epistulas quereris.*[2]) |
| VII 55: *communi feriat carmen triviale moneta.* | I 3,2: *monetam Latiaris eloquii Tulliana incude finxisti.* III 11,2: *spectator tibi veteris monetae solus supersum.* |

Venio nunc ad prosae orationis scriptores.

XV. Cato Censorius.

Mentio eius fit III 44,2: *an si nobis scribenda sit forensis oratio, Iovem deosque ceteros Catonis lege praefabimur, ne nobis vitio detur vel neglegentia antiquitatis vel inscitia?* Fieri potuit ut haec a Servio ad Aen. XI 301 disceret: *nam maiores nullam orationem nisi invocatis numinibus inchoabant, sicut sunt omnes orationes Catonis et Gracchi; nam generale caput in omnibus legimus. unde*

[1]) Totus locus poetico colore tinctus est; obversantur Symmacho descriptiones qualis est Sen. Herc. fur. 165: *ille superbos aditus regum* | *durasque fores expers somni* | *colit* eqs. Hor. epod. 2,7 Verg. G. II 461.

[2]) Quod S. longe alio sensu locutionem adhibet, non obstat, quominus imitationem statuamus. De Ammiano cf. Hertz Herm. VIII 296 sqq.

*Cicero per irrisionem ait: si quid ex vetere aliqua oratione 'Iovem ego optimum maximum'.* Cum extremis fortasse insequentia Symmachi verba debeantur: *atqui praestat Tullium sequi, qui ignorata maioribus usurpat exordia,* etiam veri similior fit Seeckii opinio, qui Servii locum attulit.

Locum ex Originum initio, quem tecte significat I 1,2, novit ex Cic. pro Planc. 66 (cf. p. 69).

## XVI. M. Terentius Varro.

Saturas et hebdomades memorat I 4,1: *studium quidem Menippei Varronis imitaris, sed vincis ingenium. nam quae in nostrates viros nunc nuper condis epigrammata, puto hebdomadon elogiis praenitere; quod haec aeque sobria, †nec (decies?* cf. p. 54) *tamen castigata sunt, illa bono metallo cusa torno exigi nescierunt.* (2) *et duriorem materiam, nisi fallor, adniteris. ille Pythagoran, qui animas in aeternitatem primus adseruit, ille Platonem, qui deos esse persuasit, ille Aristotelen, qui naturam bene loquendi in artem redegit, ille pauperem Curium, sed divitibus imperantem, ille severos Catones, gentem Fabiam, decora Scipionum totumque illum triumphalem senatum parca laude perstrinxit: tu rutubam proximae aetatis inluminas.*

Nec dubium est quin utrumque opus legere potuerit Symmachus; saturas eum legisse probabile fit usu vocis *rutuba,* de quo cf. p. 37. Etiam proverbium: *mutuum muli scabunt* fortasse hausit ex saturis (fr. 322 B.); cf. I 31,1: *si plura de te praedicem, videbor mutuum scabere.* X 1,3: *hoc est quod aiunt: mutuum scabere mulos.* Silentio praetereundum non est idem proverbium adhiberi ab Ausonio in technopaegnio (XXVII 4 Sch.) certe post utramque Symmachi epistulam condito (Schenkl praef. XVI sq.). De hebdomadibus cf. p. 14.

Non multum tribuo alteri similitudini: S. enim or. III 5 *ceras* vocat *discolores,* itemque Varro de r. r. III 17 Pseudo-Ascon. in divin. p. 109.

## XVII. Cicero.

Nudum nomen ponitur I 3,2: *unus aetate nostra monetam Latiaris eloquii Tulliana incude finxisti.* I 31,1: *erat quippe in his oblita Tulliano melle festivitas.* IX 110,2: *prope est ut te*

*arguere debeam, quod saeculo nostro Tullianum stili tam parcus invideas.*[1])

Singulos autem locos hos expressit Symmachus:

Ex libris de oratore:

| | |
|---|---|
| I 204: *facillime vos ad ea quae cupitis perventuros ab hoc aditu ianuaque patefacta;* cf. Plin. ep. I 18,4: *illa actio mihi . . . ianuam famae patefecit.* | IX 67: *ut . . . tibi ad celsiores gradus ianuam pandas.* V 70: *aditum mihi ad scribendum sero reserastis.* VIII 63: *si vellem tibi aditum scriptionis aperire.* Cf. IV 23,1. 29,2. 53 VIII 9 IX 88,1. |
| I 258: *voluisti enim in suo genere unumquemque nostrum quasi quendam esse Roscium . . . itaque nos raucos saepe attentissime audiri video . . . at Aesopum si paulum irrauserit, explodi.* — Cf. I 130: *itaque hoc iamdiu est consecutus, ut in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur.* | I 31,3: *ea propter in comoediis summatem quidem gloriam scriptores tulerunt; Roscio tamen adque Ambivio ceterisque actoribus fama non defuit.* X 2,1: *non idem honor in pronuntiandis fabulis Pellioni qui Ambivio fuit, neque par Aesopo et Roscio fama processit* (cf. p. 27). |
| II 160: *atque inter hunc Aristotelem, cuius et illum legi librum, in quo exposuit dicendi artes omnium superiorum et illos, in quibus ipse sua quaedam de eadem arte dixit* — cf. or. 114: *atque etiam ante hunc* (Zenonem) *Aristoteles principio artis rhetoricae dicit illam artem quasi ex altera parte respondere dialecticae.* | I 4,2: *Aristotelen, qui naturam bene loquendi in artem redegit* (cf. p. 15). |
| II 222: *dicere enim aiunt Ennium flammam a sapiente facilius* | I 31,2: *nam facilius est ardentes favillas ore comprimere quam* |

[1]) Dedi locum secundum Seeckium, qui tamen sanasse eum non videtur.

*ardente opprimi, quam licta teneat.*

*ut illi non infundere in tuas orationem, sed in videantur inscribere.*

*ut ille apud Homerum ix, qui se a Peleo patre iuveni comitem esse da- icit ad bellum, ut illum et oratorem verborum ac- que rerum.*

*his tribus figuris* (orati- *insidere quidam venusta- i fuco illitus, sed sanguine is debet color.*

oratore:

*enim declamatorem ali- de ludo aut rabulam de sed doctissimum et perfec- um quaerimus.* — Cf. de 02: *non enim causidicum quem neque proclama- aut rabulam hoc sermone conquirimus.* (Vox etiam rr. Quint. Apul. occurrit; ium IV 3,10 a Symmacho re recte indicavit Geis- )

*tibula nimirum honesta que ad causam faciet es.* — (Quint.)

: *generi orationis adsper- etiam sales;* cf. ad Att. : *quae* (epistulae) *fuerunt . . . cum humanitatis e sale, tum insignes amo- tis.*

*luculenti operis servare secretum.* Cf. Otto Sprichw. 138. (Iuretus.)

I 95,2: *auribus et animis omnium salutarem nuntium primus infudi.*

III 13,2: *nec Achilli excusavit aetatis suae frigus senex monitor* (cf. p. 12).

IX 87: *parce verbis lenocinantibus et fuco oblitis.*

III 23,2: *tenet te eruditio Scaevolarum, dum forenses rabulas pervigil doctor instituis.*

rel. 32,4: *cum paene in ipso actionum vestibulo repulsa legibus causa constiterit.*

I 23,1: *erat quidem illa* (pagina) *Atticis salibus aspersa et thymo odora.* Cf. Otto Sprichw. 44.

| | |
|---|---|
| 106: *ieiunas igitur huius . . . orationis aures civitatis accepimus.* | III 1: *nam ieiunas aures meas et praeclari eloquii tui satis superque sitientes adfatus largior debuit uberare.* |

Ex oratione pro S. Roscio Amerino:

| | |
|---|---|
| 37: *etenim si — id quod praeclare a sapientibus dicitur — vultu saepe laeditur pietas.* | I 34,2: *legisse me memini vultu saepe laedi pietatem.* (Iuretus.) |

Ex divinatione in Q. Caecilium:

| | |
|---|---|
| 39 affertur in | or. I 2: *si litteras,* inquit Tullius, *Graecas Athenis, non Lilybaei, Latinas Romae, non in Sicilia didicisses.* |
| 43: *tu horum nihil metuis, nihil cogitas, nihil laboras et si quid ex vetere aliqua oratione: 'Iovem ego optimum maximum' aut: 'vellem si fieri potuisset iudices' aut aliquid eius modi ediscere potueris, praeclare te paratum in iudicium venturum arbitraris.* | Locum, cuius meminit III 44,2, Servio ad A. XI 301 debere videtur; cf. p. 61. |
| 50: *vobis autem tanta inopia reorum est, ut mihi causam praeripere conemini potius quam aliquos ad columnam Maeniam vestri ordinis reos reperiatis?* — cf. pro Cluent. 39. pro Sest. 124. | V 54,3: *nunc procurator, a columna Maenia multis huiusmodi sutelis foro cognitus inveterata iura supplicationibus quatit.* |

Ex actione in Verrem prima:

| | |
|---|---|
| 1: *prope divinitus datum atque oblatum vobis rei publicae tempore videtur.* | I 68: *effice, oro te, ut divinitus videatur oblatum tui honoris auxilium.* X 2,2: *quae in me bene consultatis, ut divinitus oblata conplector.* |

| | |
|---|---|
| : *nulla nota, nullus color, nullae sordes videbantur his sententiis allini posse.* | V 54,4: *his ausibus color fiscalis adlinitur.* |
| : *nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset.* Cf. Liv. II 58,6: *tantum certamen animis imbiberant.* | or. IV 4: *ubi sunt qui falso animis imbiberunt magis efficacem esse audaciam?* |

Ex actionis in Verrem alterius:

| | |
|---|---|
| 51: *per eosdem istius* (Verris) *furtorum iniuriarum uxorumque socios istius imperio Syracusis Marcellia tolluntur maximo gemitu luctuque civitatis.* | IX 115,1: *an ego istud feram moleste, qui noverim Marcellorum monumenta sublata Verre praetore?* |
| I 28: *qui nondum Aproniani convivii crapulam exhalassent.* Cf. Phil. II 30: *edormi crapulam, inquam, et exhala.* — Plaut. Most. 1103: *ubi somno iam sepelivi omnem atque edormivi crapulam.* Rud. 586: *ut edormiscam hanc crapulam.* Apul. apol. 59: *vinulentum sudorem in balneo desudare.* | or. II 10: *vix desudata in diem crapula.* |
| 5: *erant aenea duo praeterea signa non maxuma, verum eximia venustate, virginali habitu atque vestitu, quae manibus sublatis sacra quaedam more Atheniensium virginum reposita in capitibus sustinebant. Canephoroe ipsae vocabantur; sed earum artificem quem? quemnam? — recte admones — Polyclitum esse dicebant.* — IV 135: *quid Athenienses (arbitramini* | I 29: *nam et Phidiae Olympium Iovem et Myronis buculam et Polycliti caneforos*[1]) *rudis eius artis hominum pars magna mirata est* (cf. p. 9). |

[1]) — *foros* scribendum ex Cicerone et codicibus, qui omnes *us* exhibent.

| | |
|---|---|
| *merere velle), ut ex marmore Iacchum aut Paralum pictum aut ex aere Myronis buculam (amittant)?* | |
| IV 6: *immo vero modo ac plane paulo ante vidimus.* | or. IV 3: *modo ac plane paulo ante laudes principum totus ordo celebravit.*[1]) |
| IV 20: *haec tibi laudatio procedat in numerum.* | II 90: *quare cum ceteris benefactis tuis etiam hic titulus procedet in numerum.* |
| IV 53: *qui eiusmodi hominum furta odore aut aliquo leviter presso vestigio persequebantur.* Cf. 31: *ita odorabantur omnia et pervestigabant.* | VII 18,3: *et si dici potest, odore atque vestigiis scripta nostra venaris.* |
| IV 127: *atque haec Sappho sublata quantum desiderium sui reliquerit, dici vix potest.* — Cf. pro Rab. 14: *par desiderium sui reliquit apud populum Romanum Labienus iste.* | rel. 10,2: *itaque summum sui in re publica desiderium magnumque civibus gratis reliquit dolorem.* |
| V 4: *non agam summo iure tecum.* — Cf. pro Caec. 65: *si contra verbis et litteris et, ut dici solet, summo iure contenditur.* | I 1,1: *iniurius videar, si summo vobiscum iure contendam.* |
| V 184: *donum . . . dignum Capitolio atque ista arce omnium nationum.* — in Catil. IV 11: *videor enim mihi hanc urbem videre, lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium.* — post red. in sen. 2: *populum Romanum, cuius honoribus in amplissimo consilio et in altis-* | rel. 21,1: *qui in arce terrarum Christianae legis iniuriis vindicata fana finxerunt.* |

[1]) Ergo post *occupastis* distinguendum est.

| | |
|---|---|
| *rradu dignitatis atque in ınium terrarum arce collo- ımus.* | |

reliquis orationibus:

| | |
|---|---|
| c. 51: *non modo in no- ingua, quae dicitur esse* | IX 88,2: *tu tantum bona venia respice obsequium linguae inopis.* |
| :nt. 58: *et cum illa verba sima ex intimo artificio npsisset.* | II 56,1: *sed haec quoque crebri sermonis officia utpote ex intimo adfectu deprompta conplector.* I 45,1: *illas peto* (litteras) . . . *quae ex intimo pectoris fonte promuntur.* |
| ent. 200: *paulum respi- ı metu coepit.* — de har. 48: *posteaquam respirare metu caedis . . . vidit.* | II 48,2: *ut a metu praesentium respiravimus.* |
| . I 15: *potestne tibi haec Catilina, aut huius caeli ıs esse iucundus?* — pro A. 72: *etenim quid tam mmune quam spiritus vi-* | IX 1: *sicuti omnibus in hac vita positis ac locatis communis est caeli spiritus, lux diei.* |
| r. 18: *nullum enim vobis ampum dedit, in quo ex- re virtus cognoscique posset.* | or. II 10: *his virtutis excursibus non obreptioni via quaeritur.* |
| l. 27: *ut ne replices an- n memoriam.* | or. III 8: *iure igitur ex annalium memoria Pompei usurpabo responsa.* |
| l. 47: *noli aculeos orationis qui reconditi sunt, ex- arbitrari.* | VII 9: *ut in aliis materiis aculeis orationis utaris.* |
| :h. 1: *si quid est in me ii, iudices, quod sentio sit exiguum.* | IX 88,4: *quidquid in me est, quod scio quam sit exiguum, caelo tuo debeo.* |

| | |
|---|---|
| pro Arch. 3: *persona quae propter otium ac studium minime in iudiciis periculisque tractata est.* Cf. Tac. Germ. 14: *si civitas in qua orti sunt longa pace et otio torpeat.* | VIII 69: *in domicilio Latiaris facundiae otio et studio torpeo.* |
| pro Arch. 12: *ex hoc forensi strepitu.* — or. 32: *cuius sermo est ille quidem melle dulcior, sed a forensi strepitu remotissimus.* | IX 138: *nullum ex illa urbe ad fori strepitum processurum fuisse.* |
| pro Arch. 12: *nisi animos nostros doctrina excolamus.* | or. V 1: *curarum vacuus animum litteris excolebat.* |
| pro Arch. 21: *urbem . . . ex omni impetu regio ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse.* — in Cat. II 2: *urbem, quam ex suis faucibus ereptam esse luget.* — Cf. III 1 pro dom. 132. | V 52: *quod relatio docebit de tutoris faucibus extrahendum.* |
| pro Arch. 24: *quam multos scriptores rerum suarum Magnus ille Alexander secum habuisse dicitur! atque is tamen, cum in Sigeo ad Achillis tumulum adstitisset: O fortunate, inquit, adulescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris.* | IX 72: *Alexandrum, sicuti loquuntur historiae, gravis momordit invidia, quod Achilli fortissimo aevi sui Homerum praeconem fortuna tribuisset.* Cf. p. 10. |
| pro Arch. 27: *iam vero ille qui cum Aetolis Ennio comite bellavit Fulvius non dubitavit Martis manubias Musis consecrare.* Tusc. I 3: *honorem tamen huic generi non fuisse declarat oratio Catonis, in qua obiecit ut probrum M. Nobiliori, quod is in provinciam poetas duxisset; duxerat autem consul ille in Aetoliam ut scimus Ennium.* | or. III 7: *nempe Fulvium nobilem tam laude quam nomine inter aquilas cantusque lituorum praeceptor Accius frequentavit.* Cf. p. 20. |

| | |
|---|---|
| Brut. 79: *Q. Nobiliorem Marci filium iam patrio instituto deditum studio litterarum, qui etiam Q. Ennium, qui cum patre eius in Aetolia militaverat, civitate donavit.* | |
| ro Flacc. 28: *haec enim ratio ac magnitudo animorum in maioribus nostris fuit, ut cum in privatis rebus suisque sumptibus minimo contenti tenuissimo cultu viverent, in imperio atque in publica dignitate omnia ad gloriam splendoremque revocarent.* | IV 60,3: *hoc etiam Tullius tuus praecipit luxum in privatis negotiis arguens, in publicis magnificentiam probans.* |
| ro domo 56: *si mecum ageretur more institutoque maiorum.* pro Mur. 1: *more institutoque maiorum.* Phil. XIII 14: *quod legibus, quod more maiorum institutisque conceditur.* | IX 147 rel. 42: *more institutoque maiorum.* |
| ro domo 86: *ut annales populi Romani et monumenta vetustatis loquuntur.* — Brut. 181: *de quibus nulla monumenta loquuntur.* | IX 72: *sicuti loquuntur historiae.* (Iuretus.) |
| ro Planc. 66: *etenim M. Catonis illud, quod in principio scripsit Originum suarum, semper magnificum et praeclarum putavi: clarorum virorum atque magnorum non minus otii quam negotii rationem exstare oportere.* | I 1,2: *nunc vobis actuum nostrorum ordo pandendus est; libet enim non minus otii quam negotii praestare rationem.* Cf. p. 61. (Iuretus.) |
| ro Cael. 12: *habuit enim ille, sicuti meminisse vos arbitror, permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum.* | or. III 7: *agnosco in te non adumbrata vestigiis, sed expressa veterum signa virtutum.* |

| | |
|---|---|
| pro Cael. 77: *conservate igitur reip., iudices, civem bonarum artium, bonarum partium, bonorum virorum.* | IX 84: *nisi tibi bonarum partium*[1] *spectatus essem.* |
| in Pis. 59: *quid cessat hic homullus ex argilla et luto fictus Epicureus?* | IV 33,2: *homullus Promethei manu fictus.* |
| pro Scaur. 9: *quemadmodum castores redimunt se ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur.* Cf. Plin. h. n. VIII 109 p. 89. Iuv. XII 34 sqq. | or. VIII 1: *⟨aiunt castorem ubi periculo ur⟩getur, parte corporis, quae in se desideratur, abscisa vitam pacisci.*[2]) |
| Phil. I 36: *qui . . . in medullis populi Romani ac visceribus haerebant.* | or. II 30: *dum in medullis barbarorum non tentoria, sed tecta constituis.* |
| Phil. II 30: *an faces admovendae sunt quae te excitent?* de off. II 37: *dolorum cum admoventur faces.* Tusc. II 61: *cumque quasi faces ei doloris admoverentur.* | V 54,4: *si procurator non admoveret negotio suo publicas faces.* |
| Phil. II 114: *etsi enim satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus erat.* | IX 115,1: *in sola conscientia est fructus et ratio virtutis* (Seeckius *gratia virtutis,* sed cf. Iuv. VII 1: *et spes et ratio studiorum in Caesare tantum*). IV 4,4: *prae ceteris nosti solum conscientiae bonae praemium satisfacere posse magna praestantibus.* |
| Phil. VII 27: *tamen etiam summi gubernatores in magnis tempestatibus a vectoribus admoneri solent.* | IV 4,3: *sed ut imagine uti mihi liceat, optimos gubernatores haut mediocriter etiam manus remigum iuvat.*[3]) |

[1]) *artium* F, *patrum* Π, *partium* Γ; quod verbum confirmatur imitatione Sidonii; cf. Geislerum p. 358 ind. ad II 4,3.

[2]) Eandem rem narrat Amm. XVII 5,7 (Michael de Amm. Marc. studiis Ciceronianis p. 14); similis sententia est Pan. VIII 189,22. Plinii locum citavit Seeckius comm. Momms. 615.

[3]) Ex discrepantia non efficitur Symmachum alium aut nullum habuisse auctorem; nam saepius memoria lapsus est. Cf. p. 20. 84.

x epistulis ad familiares quae dicuntur:

| | |
|---|---|
| : *pro nostra non instituta,* *iam inveterata amicitia.* | III 25,1: *plenae atque inveteratae inter nos amicitiae nihil adici posse credideram.* |
| : *homines nos ut esse me-* *rimus ea lege natos, ut* *ibus telis fortunae proposita* *ita nostra.* Cf. Ov. ex P. 15: *sic ego fortunae telis* *xus iniquis.* | IX 10,1: *fortunae telo graviter sauciatus nunc primum epistulae maesta verba committo.* IX 123: *ubi illa prudentia, quae te et naturae bono* ⟨*et*⟩ *veterum lectione contra omnia fortunae tela firmavit?* |
| : *deliciae vero tuae, noster* *pus, eiusmodi fuit, ut ei* *ere per omnes homines li-* . *is iurare cum coepisset,* *eum defecit in illo loco: si* *s fallo.* | X 2,1: *non idem honor in pronuntiandis fabulis Pellioni qui Ambivio fuit neque par Aesopo et Roscio fama processit.* Cf. p. 27. |
| *munusculum . . . levidense,* *o filo* (orationem pro Deio- ). Hor. ep. II 1,225: *tenui* *cta poemata filo.* | I 1,2: *quare elaboratam soloci filo accipe cantilenam.* |
| : *etsi sus Minervam.* Acad. *nam etsi non sus Miner-* *ut aiunt . . .* | I 3,2: *novi ego, quid valeat adagio: sus Minervam.* Cf. Otto Sprichwörter 224. |
| 1: *privatas causas et eas* *es agimus subtilius; capitis* *amae scilicet ornatius; epi-* *s vero quotidianis verbis* *e solemus.*[1]) | II 34,2: *nam recordaris hoc te praefamine epistulam texuisse.* |
| 0,4: *qua commendatione* *i amicitiae fores aperiantur.* | VIII 9: *quare familiaritatis nostrae aditum securus ingredere.* Cf. p. 62. |

x epistulis ad Atticum:

| | |
|---|---|
| *huic terrae filio nescio cui* *nittere epistulam tantis de* | I 3,3: *eo postquam rumor adlatus est terrae filios convenire.* |

Ad sententiam cf. Symm. VII 9.

| | |
|---|---|
| *rebus non audeo.* ad fam. VII 9,3: *Cn. Octavius est an C. Cornelius quidam. . . . terrae filius.* (Cf. Otto Sprichwörter der Römer 344 sq. ubi adde Front. 37,11.) | |
| I 20,3: *quod, a senatu quanti fiam, minime me paenitet.* | I 15,3: *quod vicissim, quanti a te fiam, minime me paenitet.* |
| II 1,7: *nostri autem principes digito se caelum putant attingere.* (Cf. Otto l. c. p. 63.) | I 52: *ne ego digito, ut aiunt, supera convexa tetigisssem.* |
| II 13,2: *si vero in hanc* Τηλέπυλον *veneris* Λαιστρυγονίην — *Formias dico — qui fremitus . . .* | Cf. Plin. h. n. III 59 (p. 58 sq.). |
| II 14,1: *proinde ita fac, venias ad sitientes aures.* | III 1: *nam ieiunas aures meas et praeclari eloquii tui satis superque sitientes adfatus largior debuit uberare.* |

Ex libris ad philosophiam pertinentibus:

| | |
|---|---|
| Acad. II 137. | Cf. p. 10 sq. |
| Tusc. I 4: *honos alit artes.* Cf. Otto Sprichw. 38. | I 43,1: *vetus sententia est artes honore nutriri.* I 79: *scis enim bonas artes honore nutriri.* I 96: *vetus quippe sententia est artes honore nutriri.* |
| Tusc. I 39: *Platonem ferunt ut Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse et didicisse Pythagorea omnia primumque de animorum aeternitate non solum sensisse idem quod Pythagoram, sed rationem etiam attulisse.* | I 4,2: *Pythagoran, qui animas in aeternitatem primus adseruit* (cf. p. 15). |
| Tusc. I 81: *vellem adesse posset Panaetius — vixit cum Africano.* — de rep. I 34: *quod memineram persaepe te cum* | I 20,2 (cf. p. 20). |

| | |
|---|---|
| *Panaetio disserere solitum coram Polybio, duobus Graecis vel peritissimis rerum civilium.* — Cf. ad Att. IX 12,2 pro Mur. 66. | |
| Tusc. III 54 IV 5. | Cf. p. 11. |
| Tusc. IV 64: *aliter enim Naevianus ille gaudet Hector: laetus sum laudari me abs te, pater, a laudato viro.* ad fam. V 12: *placet enim Hector ille mihi Naevianus, qui non tantum laudari se laetatur, sed addit etiam: a laudato viro.* ad fam. XV 6: *laetus sum laudari me, inquit Hector opinor apud Naevium, abs te pater a laudato viro.* | I 3,1: *laudari quippe ab laudato viro rara messis est ingenii* (cf. p. 26 Otto l. c. 188). |
| nat. deor. I 18: *opificem aedificatoremque mundi Platonis de Timaeo deum.* cf. 30: *iam de Platonis inconstantia longum est dicere, qui in Timaeo patrem huius mundi nominari neget posse, in Legum autem libris quid sit omnino deus, anquiri oportere non censeat.* | I 4,2: *Platonem, qui deos esse persuasit.* Cf. p. 15. |
| de div. I 78: *at Platoni cum in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est singulari illum suavitate orationis fore.* — Cf. II 66. Val. Max. I 6 ext. 3 (cf. sect. XX). | IX 84: *litterae tuae halantes Platonicum nectar.* Cf. p. 14. |
| de div. I 89: *quo in genere Marcios quosdam fratres nobili loco natos apud maiores nostros fuisse scriptum videmus.* cf. I 115: *similiter Marcius et Publicius vates cecinisse dicuntur.* II 113: *eodemque modo nec ego Publicio* | IV 34,3: *et Marciorum quidem vatum divinatio caducis corticibus inculcata est.* Cf. p. 18. |

| | |
|---|---|
| *nescio cui nec Marciis vatibus nec Apollinis opertis credendum existimo.* | |
| de div. II 30. 104. | Cf. p. 29. |
| de off. I 90: *praeclaraque est aequabilitas in omni vita et idem semper vultus eademque frons, ut de Socrate itemque de C. Laelio accepimus.* | II 46,1: *ferunt Socraten, si quando excidit cupitis aut destinatis, id sibi utile, quod evenerat, aestimasse* (cf. p. 9). Quamquam similitudo perexigua est. |
| de off. III 33: *sed quoniam operi incohato, prope tamen absoluto tamquam fastigium inponimus.* | IV 4,2: *fastigium quoddam lenissimus et augustissimus princeps coeptis genitoris imposuit.* |
| de legg. II 59: *iam cetera in XII minuendi sumptus sunt lamentationisque funebris, translata de Solonis fere legibus.* 64: *posteaquam, ut scribit Phalereus, sumptuosa fieri funera et lamentabilia coepissent, Solonis lege sublata sunt: quam legem eisdem prope verbis nostri decemviri in decimam tabulam coniecerunt; nam de tribus reciniis et pleraque illa Solonis sunt.* | III 11,3: *arma a Samnitibus, insignia ab Tuscis, leges de lare Lycurgi et Solonis sumpseramus.* Cf. Liv. III 31,8 (p. 81). |
| Cato 31: *videtisne, ut apud Homerum saepissime Nestor de virtutibus suis praedicet? Tertiam iam enim aetatem hominum videbat, nec erat ei verendum, ne vera praedicans de se nimis videretur aut insolens aut loquax. Etenim, ut ait Homerus, ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio.* | III 11,1: *sumpsi pariter geminas litteras tuas Nestorea, ut ita dicam, manu scriptas.* III 13,2: *nullam certe Nestor tertio aevi sui saeculo militiae vacationem poposcit* (cf. p. 12). |
| Cato 49: *si vero habet aliquod tamquam pabulum studii atque doctrinae.* — Acad. II 127: *est enim animorum ingeniorumque* | I 53,1: *cotidiana ingenii tui pabula de litterarum, quas mihi tribuis, sapore coniecto.* III 47: *cuius* (refectionis) *mihi copia* |

| | |
|---|---|
| *naturale quoddam quasi pabulum consideratio contemplatioque naturae.* | *sermonis tui pabulo . . . poterit provenire.* V 78: *agri quiete delector. haec mihi et aeris praestat salubritatem et pabulum lectionis.* |
| Lael. 1: *Q. Mucius augur multa narrare de C. Laelio . . . solebat . . . ego autem a patre ita eram deductus ad Scaevolam, ut quoad possem et liceret a senis latere nunquam discederem; . . . quo mortuo me ad pontificem Scaevolam contuli, quem unum nostrae civitatis et ingenio et iustitia praestantissimum audeo dicere.* — Cf. de or. I 166. 180. 200. 229. | III 23,2: *tenet te eruditio Scaevolarum, dum forenses rabulas pervigil doctor instituis.* Cf. p. 21. |
| Lael. 27: *quod in eo quasi lumen aliquod probitatis et virtutis perspicere videmur.* | IX 9: *nam quaedam scintilla sapientiae est virtutum luminibus adplicari.* |
| Lael. 58: *hoc quidem est nimis exigue et exiliter ad calculos vocare amicitiam.* — Cf. Liv. V 4,7 (p. 81). | III 15,2: *nolo annos ad calculum voces.* |
| Lael. 102: *quoniam res humanae fragiles caducaeque sunt.* — de fin. II 86: *quis enim confidit semper sibi illud stabile et firmum permansurum, quod fragile et caducum sit?* Cf. Val. Max. I 6 ext. 3. | IX 34: *ut solet esse multorum caduca et fragilis adfectio.* |

Ex deperditis libris desumpta esse putavi Heracliti et Caecilii fragmenta (p. 15. 29); qui fuerint dici non potest, cum illa aetate haud pauci extiterint hodie amissi (cf. Lübeck l. l. p. 152 sqq.).

Quaeret quispiam quos Ciceronis libros Symmachum legisse certum sit; et sane utilissimum est id expedire et ad illius

saeculi hominum iudicium cognoscendum et ad fata librorum Ciceronianorum persequenda.[1]) Hos igitur libros lectos esse a Symmacho affirmaverim haud ignorans plura et inveniri posse et inventum iri: orationes pro S. Roscio, div. in Caec., in Verr. act. pr., in Verr. II. IV, pro Cluentio, in Catil. I, pro Archia, Flacco, Plancio, Caelio; in Pisonem, pro Scauro, Phil. II; libros de oratore; Tusc. disp., libros de divin., de senect., de amicitia.

Qui delectus haud dissimilis est Ammianeo; cf. Michael l. c. p. 16. 20 sq. 31.

Caesaris bellum gallicum commemorat IV 18,5: *priscas Gallorum memorias deferri in manus tuas postulas . . . sume ephemeridem C. Caesaris decerptam bibliotheculae meae, ut tibi muneri mitteretur. haec te origines situs pugnas et quidquid fuit in moribus aut legibus Galliarum docebit.*

## XVIII. Sallustius.

Quae de Sallustio profert V 68,2: *statuerit hoc scriptor stilo tantum probandus — nam morum eius damna non sinunt, ut ab illo agundae vitae petatur auctoritas,* orta fortasse sunt e Varrone vel Gell. XVII 18 (cf. p. 98) aut ex lectione controversiae Pseudociceronianae.

Imitationes Sallustianae collectae sunt a FVogel in actis sem. Erlang. II p. 412.

Ex Catilina:

| | |
|---|---|
| 4,1: *non fuit consilium socordia atque desidia bonum otium conterere, neque vero agrum colundo aut venando, servilibus officiis, intentum aetatem agere.* | V 68,2: *interea recuso sententiam, quae rem venaticam servile ducit officium. statuerit hoc* ***scriptor stilo tantum probandus.*** |
| 5,6: *neque id quibus modis adsequeretur . . . quicquam pensi habebat.* Cf. 23,2. 52,34 Tac. ann. XIII 15 hist. I 46 dial. 29 Val. Max. II 9,3 Suet. | I 15,3: *et quod prae tui amore nihil habeo pensi.* I 73: *sedulo audeo iudicare dignum esse, quem pensi habeas.* I 75: *hunc ut pensi habeas sperare magis* |

[1]) Vide quomodo talibus disquisitionibus utatur Wilamowitz, Euripides Herakles I p. 201 adn. 164.

| | |
|---|---|
| | *debeo quam rogare.* III 17,1: *ut in reliquum pensi habeas amicitiae diligentiam.* IX 34: *nam Lampadium c. m. v. non usque† ad pensi habui.* Indicavit Vogelius, quem fugit locus I 15,3. |
| 20,2. 52,29. 58,2 h. II 50,14 K.: *nequicquam.* | Vocabulum a Symm. I 5,1. 49 e Sallustio repetitum esse dixit Wölfflin Arch. II 8. |
| 32,1: *optumum factu credens exercitum augere.* 55,1: *optumum factu ratus noctem . . . antecapere.* 57,1 Iug. 107,5 Cic. ad fam. VII 3,4. | rel. 31,3: *factu optimum credidi, ut aeternitati vestrae causae istius pontificium reservarem.* |
| 51,38: *arma atque tela militaria ab Samnitibus, insignia magistratuum ab Tuscis pleraque sumpserunt.* | III 11,3: *arma a Samnitibus, insignia ab Tuscis, leges de lare Lycurgi et Solonis sumpseramus.* (Seeck.) Cf. p. 74. |
| 54,4: *bellum novom exoptabat, ubi virtus enitescere posset.* Cf. Sen. de prov. 4,3. | IX 86,1: *virtus durioribus negotiis enitescit.* |

Ex Iugurtha:

| | |
|---|---|
| 6,1: *leonem atque alias feras primus aut in primis ferire.* | rel. 2,1: *neque enim aliter imperatoribus . . . inter primos aut primus occurrerem.* — Cf. pan. XII p. 280,10: *quin omnium castrensium munerum numeros primus aut cum primis obires.* (Iuretus.) |
| 9,2: *En habes virum dignum te atque avo suo Massinissa.* | IV 24,1: *extant in monumentis Sallustianis Africani litterae, quas Iugurtha post excidium Numantinum testes ad Micipsam decoris sui pertulit . . .* (2) *et illum quidem Scipio regi Numidae volens reddidit . . .* |

| | |
|---|---|
| | I 25: *imitabor igitur Sallustiani testimonii castigationem: habes virum dignum te et per te familia consulari.* IX 54: *habes virum dignissimum pro numerosa prole censeri.* IX 62: *habes iuvenem, cuius debeas fruge gaudere.* |
| 10,1: *sine spe sine opibus.* 107,4: *spes opesque.* 114,4: *spes atque opes.* h. III 1,2 K.: *opes et spes.* — Plaut. Amph. 1053 Capt. 517 Pers. 253 Rud. 1145 Ter. Ph. 470 Ad. 331. | rel. 35,2: *spes atque opes.* Wölfflinius Arch. I 387 e Sallustio, ibid. 357 ex Catone nostrum hanc locutionem deprompsisse censet; illud verum est. |
| 29,3: *set Iugurtha primo tantummodo belli moram redimebat.* Cf. Stat. Th. VII 139: *praecipitant redimuntque moras.* | VIII 19,1: *epistulis absentiae moras redimis.* |
| 34,1: *fieri amat.* | III 21: *siquidem semper fieri amat, ut . . .* VI 65,1: *ut fieri amat.* rel. 40,6: *ut in rebus dubiis fieri amat.* (Vogel.) |
| 44,1: *lingua quam manu promptior.* — C. 43,4: *manu promptus.* (h. III 77,9: *fiducia augeri nostris coepit et promi lingua.*) | X 1,1: *aeque manu et ore promptus.* |
| 85,3: *domi forisque.* — C. 20,13: *at nobis est domi inopia, foris aes alienum.* — C. 52,21: *domi industria, foris iustum imperium.* Plaut. Capt. 136 et saepius. | II 9: *et domi cognitum bonitate generis et foris aetate militiae.* VI 40,2: *tibi in dies singulos . . . domi forisque fama florentior est.* rel. 10,1: *vir omnium domi forisque virtutum.* (Vogel.) |

Cum apud Cic. Liv. Plin. ep. VIII 2,2 Amm. XVI 1,4 pan. XII p. 290,29, fortasse etiam apud alios occurrat, incerta res est.

| | |
|---|---|
| 93,3: *more ingeni humani.* | VIII 27,1: *more humani ingenii.* (Vogel.) |

| | |
|---|---|
| 101,11. 105,3: *in campis patentibus.* — Cf. Verg. G. IV 77 A. IV 153 V 552 Luc. IV 19 Tac. h. II 19. | or. III 9: *in patentibus campis.* (Vogel.) |
| 111,2: *fluxa fide usus.* — Cf. Plaut. Capt. 439: *cave fidem fluxam geras.* — Liv. Tac. | I 16,2: *quae* (fama) *diu incerta fluxam fidem gaudiis exhibebat.* |

Historias illis temporibus integras fuisse consentiunt et Hertzius (ind. lect. Vrat. 1874 p. 13 sq.) et Vogelius (l. c. 431). Etiam Symmachum eas legisse intellegitur ex hisce locis aut ab aliis aut a me congestis:

| | |
|---|---|
| I 8 K.: *vitio humani ingenii.* | rel. 21,1: *naturae humanae vitio.* |
| I 13: *omnium partium decus in mercedem corruptum erat.* | I 43,2: *nunquam in mercedem linguae ornamenta corrupit.* |
| I 56: *sed multiplex cura patres exercebat.* Cf. Catull. 64,250: *multiplices animo volvebat saucia curas.* | II 32,1: *te multiplex actuum publicorum cura circumsonat.* |
| I 92: *ut in ore gentibus agens, populo, civitati.* — II 50,4: *a prima adulescentia in ore vostro privatus et in magistratibus egi.* — Cf. Tac. h. III 36: *in ore volgi agere.* dial. 37: *tanto altior . . . in ore hominum agit.* | IX 86,2: *adde huc, quod* <*in*> *ore fortissimi principis agis.* |
| II 35: *frumentique ex inopia gravi satias facta.* | I 1,2: *non quod eius deversorii satias ceperimus.* (Vogel p. 446.) |

Ne si scriberetur quidem cum Lypsio *ceperit nos,* imitationem statuere necesse esset.

| | |
|---|---|
| II 58: *qui regi per obsequelam orationis et maxume odium Sullae graves carique erant.* | I 11,1: *ea nobis immane quantum cara et gravia fuere.* (Scioppius.) |
| II 76: *immane quantum animi exarsere.* | I 11,1: *ea nobis inmane quantum*[1]) *cara et gravia fuere.* |

[1]) Sic Scioppius, ***in commune quantum*** VΓ, ***in omne quam*** II, ***in commune immane quantum*** Mommsen.

| | |
|---|---|
| | I 21: *accepi evectiones quattuor inmane quantum commodas.* I 65: *inmane quantum a litteris desidetis.* (Vogel.) |
| III 17: *pugna tamen ingenio loci prohibebatur.* Tac. ann. VI 41 hist. I 51. Ovid. Statius. Flor. 36,30. 52,11. | or. I 2: *ex locorum ingeniis adprobans ea nescire Caecilium.* |
| III 82,11: *incassum.* | IX 92 rel. 40,6: *incassum.*[1] |
| III 92: *perculsis et animi incertis succurritur.* | I 25 IV 65 V 19: *incertus animi.* VII 12: *animi incertus.*[2] |
| inc. 31: *togam paludamento mutavit.* | or. I 23: *togas paludamentis saepe mutamus.* (Vogel.) |
| inc. 70: *rebus supra vota fluentibus.* Cf. Cic. de off. I 90: *in rebus prosperis et ad voluntatem nostram fluentibus.* Tac. ann. XV 5: *nec praesentia prospere fluebant.* hist. III 48: *cunctis supra vota fluentibus.* dial. 5: *rebus prospere fluentibus.* | I 20,2: *Magnus ille, cui supra votum fortuna fluxit.* II.58: *<si> tibi omnia prospere fluunt.* |

Coniectura ad historias rettuli quod de Pompeio narrat in or. III 8 (cf. p. 20 sq.).

## XIX. Livius.

De Symmachi curis Livianis supra verba feci (p. 2 sq.). Commemorat eum praeterea IV 18,5: *priscas Gallorum memorias deferri in manus tuas postulas. revolve Patavini scriptoris extrema, quibus res Gai Caesaris explicantur, aut si impar est desiderio tuo Livius, sume ephemeridem C. Caesaris.* Bellum gallicum Livius libris 104—108 narraverat.

[1]) Woelfflin Arch. II 16 sq. huius vocabuli usum a Sallustio repeti posse dixit; at locis Italae, Iulii Valerii, Hilarii aliorum evincitur verbum e sermone nunquam evanuisse.

[2]) Adnotavit Vogel; sed dubia est res, quod locutio usitatissima fuit; cf. Ter. Hec. 121 Tac. ann. VI 46 hist. III 55 Curtius (Wiedemann Philol. XXX 247,16).

Vestigia lectionis cur pauca indagentur, supra exposui (p. 7 q.); maior esset numerus, si plura orationum fragmenta ha- )eremus, utpote quibus Symmachus narrationes ex rerum me- noria petitas inserere soleret.

I 9. Quae hoc capite de Sabinarum raptu traduntur, spectare videtur Symm. rel. 9,6: *nec putetis istiusmodi voluptatem plebi Martiae parvam videri, cui delenimenta circensium finitimorum conubium praestiterunt.*

24,4. XXX 43,9: *sagmen.* Cf. trag. inc. 219 Rb. Plin. h. n. XXII 5 Dig. I. 8,8. or. V 2: *verbenae tantum et sagmina defuerunt.* „fortasse S. verbum ex lectione Livii sibi assumpsit" Schulze 159. Propter digestorum locum de imitatione cogitare opus non est.

II 31,8: *missi legati Athenas Sp. Postumius Albus, A. Manlius, P. Sulpicius Camerinus iussique inclitas leges Solonis describere et aliarum Graeciae civitatium instituta mores iuraque noscere.*

III 11,3: *arma a Samnitibus, insignia ab Tuscis, leges de lare Lycurgi et Solonis sumpseramus.* Cf. Cic. legg. II 59. 64 (p. 74).

V 4,7: *an si ad calculos eum* (militem) *respublica vocet, non merito dicat . . .?*

III 15,2: *nolo annos ad calculum voces.* — „quam locutionem S. sine dubio ex Livii lectione sibi assumpsit" Schulze 168. Si ex ullo scriptore, potius e Cic. Lael. 58 hausit (cf. p. 75).

V 23,5: *maxime conspectus ipse est* (Camillus) *curru equis albis iuncto urbem invectus; parumque id non civile modo, sed humanum etiam visum.* (6) *Iovis Solisque equis aequiperatum dictatorem in religionem etiam trahebant triumphusque ob eam unam maxime rem clarior quam gratior fuit.*

rel. 4,3: *inritamentum superbiae Roma vestra non patitur memor scilicet bonorum parentum, quos Tarquinius fastus et ipsius Camilli currus offendit; nam tanto illi viro albentes quadrigae exilium triste pepererunt* (cf. p. 18 sq.).

| | |
|---|---|
| VIII 8,8 9,14: *rorarii*. Cf. Lucil. VII 33 X 9 M. | VIII 48: *tu quoque verba succingis et tamquam levis armaturae miles rorarios aemularis.* Ex Livio sumptum putat Schulze 175. |
| Liv. XXI 32,7: *quamquam fama prius, qua incerta in maius fere ferri solent, praecepta res erat.* Cf. Tac. hist. II 83 IV 50: *veraque et falsa more famae in maius innotuere.* ann. III 44. | VI 65,1: *video tamen famam rerum urbanarum nequaquam posse cohiberi, quae ut fieri amat in maius praesentia nuntiabit.* Cf. II 7,1. |
| XXIX 19,10: *perrogari eo die sententiae accensis studiis pro Scipione et adversus Scipionem non potuere.* (11) *praeter Pleminii facinus Locrensiumque cladem ipsius etiam imperatoris non Romanus modo, sed ne militaris quidem cultus iactabatur:* (12) *cum pallio crepidisque inambulare in gymnasio, libellis eum palaestraeque operam dare; aeque segniter molliter cohortem totam Syracusarum amoenitate frui.* | or. I 16: *iactet se Punicis Africanus exuviis, sed diu in Sicilia palliatus erravit.* |

Deperditis quoque libris S. usum esse probabile fit eis, quae de Crasso tradit in or. II 5 (cf. p. 21), et loco IV 18,5 quem supra p. 80 attuli.

## XX. Valerius Maximus.

Ex Valerii Maximi factorum et dictorum memorabilium libris novem plures res in suum usum convertit S. quam ex ullo alio scriptore. Cf. p. 7 sq.

| | |
|---|---|
| I 1,2: *Metellus vero pontifex maximus Postumium consulem eundemque flaminem Martialem ad bellum gerendum Africam peten-* | II 36,3: *Numa auctor, Metellus conservator religionum.* |

*ne a sacris discederet, multa*
*urbem egredi passus non*
Cf. VIII 13,2: *cuius vitae*
*um aequavit Metellus, quar-*
*anno post consularia im-*
*senex admodum pontifex*
*imus creatus tutelam caeri-*
*iarum per duo et XX annos*
*e ore in votis nuncupandis*
*itante neque in sacrificiis*
*ndis tremula manu gessit.*

t. 3: *Formicis Midae iure toque apes Platonis prae- im: illae enim caducae ac lis, hae solidae et aeternae tatis indices extiterunt, dor- tis in cunis parvuli labellis inserendo.*

IX 84: *litterae tuae halantes Platonicum nectar.* Cf. Cic. de div. I 78 (p. 73).

*Castorem vero et Pollucem n illo tempore pro imperio li Romani excubuisse co- um est, quo ad lacum Iu- ae suum equorumque su- n abluentes visi sunt.*

I 95,3: *olim cum res Romana adoreae militaris potita est, Polluces gemini apud Iuturnae lacum proelii secunda vulgarunt. eos quippe* *p r i s c o r u m  v o l u m i n u m  f i d e s* *tradidit anhelis equis plenos sudoris et pulveris fama belli post tergum relicta indicium adfectasse victoriae. idem nunc mihi sacro iudicio factus est honor: ita quantum gratiae Castores adepti sunt, tantum principes praestiterunt.*

: *C. etiam Marius in pro- lum ultimarum miseriarum tus ex ipso vitae discrimine ficio maiestatis emersit. mis- enim ad eum occidendum rivata domo Minturnis clau- servus publicus, natione*

or. I 5: *credamus historiis minora iactantibus, quae ferunt Gaium Marium pressum labe fortunae obiectu quodam prioris evasisse reverentiae. cum secundis, inquiunt, rebus eius in adversa mutatis virum toto orbe victorem*

*Cimber, et senem et inermem et squalore obsitum strictum gladium tenens adgredi non sustinuit et claritate viri obcaecatus abiecto ferro attonitus inde ac tremens fugit.*

*Minturnensis carcer includeret, percussoris ictum, qui iussus inruperat, maiestate suspendit, quae ei sola restabat. stetit pro sene vetus gloria, nec valuit carnifex inpia manu ferire, quem necesse habebat agnoscere.*

III 7 ext. 2: *Antigenidas tibicen discipulo suo magni profectus, sed parum feliciter populo se adprobanti cunctis audientibus dixit: mihi cane et Musis.*

IX 115,2: *fidicinis exemplo, qui indignatus considentium turbam sibi et Musis cantum ciebat.* (Seeck.) Cf. Cic. Brut. 187.

Quod S. de fidicine loquitur, lapsu memoriae explicandum est; cf. p. 70[3].

III 7 ext. 4: *Phidias quoque . . . simulacro enim Iovis Olympii perfecto, quo nullum praestantius aut admirabilius humanae fabricatae manus sunt . . .*

I 29: *nam et Phidiae Olympium Iovem . . . rudis eius artis hominum pars magna mirata est.* Cf. p. 9.

IV 1,1: *P. Valerius, qui populi maiestatem venerando Publicolae nomen adsecutus est, cum exactis regibus imperii eorum vim universam omniaque insignia sub titulo consulatus in se translata cerneret, invidiosum magistratus fastigium moderatione ad tolerabilem habitum deduxit, fasces securibus vacuefaciendo et in contione populo summittendo.*

rel. 4,3: *at contra Publicolae decus tribuit inclinatio potestatis; submisit enim contioni civium consularem securem et honoris sui culmen infregit.*

IV 4,5: *Atilium autem qui ad eum arcessendum a senatu missi erant ad imperium populi Romani suscipiendum, semen spargentem viderunt.*

I 58: *quid? tu libenter Atilio factum putas, quod fascibus aratra mutavit et in medio sementis opere anhelos boves statuit rusticus magistratus?* V 68,2: *vos malo cum Atilio rusticari et ludum virium sequi.*

| | |
|---|---|
| 10,1: *Horatius Pulvillus cum in Capitolio Iovi optimo maximo aedem pontifex dedicaret interque nuncupationem sollemnium verborum postem tenens mortuum esse filium suum audisset, neque manum a poste removit, ne tanti templi dedicationem interrumperet, neque vultum a publica religione ad privatum dolorem deflexit, ne patris magis quam pontificis partes egisse videretur.* | III 6,3: *⟨M. Horatius⟩ morte pignoris sui cognita cadaver efferri iussit: sed hac constantia esse debuit, qui Capitolium dedicabat.* |

Cum de efferendo cadavere mentio apud Valerium non fiat, lium fontem statuere cogeremur, nisi Iulius Paris epitomator a scriberet: *cum . . . mortuum filium suum audisset: tolle, inquit, ıdaver.* S. igitur non aliter atque Iulius Paris pleniorem manius tenuit Valerium quam nos; id quod minime mirum est, siuidem haec epitome quarto quintove saeculo confecta esse vietur.[1])

| | |
|---|---|
| 10 ext. 1: *Princeps Atheniensium Pericles intra quadriduum duobus mirificis adulescentibus filiis spoliatus iis ipsis diebus et vultu pristinum habitum retinente et oratione nulla ex parte infractiore contionatus est.* | III 6,3: *Pericles amissis recens liberis venit in curiam: sed patria causa cogebat.* |
| 10 ext. 3: *Ne Anaxagoras quidem supprimendus est. audita namque morte filii: nihil mihi, inquit, inexpectatum aut novum nuntias; ego enim ex me natum sciebam esse mortalem.* | III 6,3: *Anaxagoran physicum gravis de filio nuntius a disputationibus non retraxit: sed philosophiae deferebat calamitatis suae neglegentiam.* |

[1]) Forsitan haud nimiae sit audaciae Helpidium illum Domnulum (de quo .hn, Saechs. Ber. 1851 p. 345 sqq.) aliquo modo coniunctum putare cum eo elpidio, ad quem Symm. epistulas V 78—98 dedit.

| | |
|---|---|
| VI 6,1: *Cum Ptolemaeus rex tutorem populum Romanum filio reliquisset, senatus M. Aemilium Lepidum pontificem maximum, bis consulem, ad pueri tutelam gerendam Alexandriam misit . . . cuius beneficio regia incunabula conservata pariter ac decorata incertum Ptolemaeo reddiderunt, patrisne fortuna magis an tutorum maiestate gloriari deberet.* | or. III 6: *Ptolomaeo inter prim rudimenta lactantis infanti regnum Roma reparavit.* |
| VII 3 ext. 2: *Sordida magorum dominatione suppressa Darius sex adiutoribus eiusdem dignitatis adsumptis pactum cum praeclari operis consortibus fecit, ut equis insidentes solis ortu cursum in quendam locum dirigerent isque regno potiretur, cuius equus in eo primus hinnisset. ceterum maximae mercedis conpetitoribus fortunae beneficium expectantibus solus acumine equisonis sui Oebaris prosperum exoptatae rei effectum adsecutus est, qui in equae genitalem partem demissam manum, cum ad eum locum ventum est, naribus equi admovit quo odore inritatus ante omnes hinnitum edidit auditoque eo sex reliqui summae potestatis candidati continuo equis delapsi, ut est mos Persarum, humi prostratis corporibus Darium regem salutaverunt.* | or. I 9: *ubi hic equinus hinnitus Persici quondam lector im perii et adfectata ad regnu via libidine pecudis concubitum gestientis.* |
| VIII 2,4: *multus sermo eo etiam iudicio manavit, in quo quidam* | VII 69,1: *tradiderunt memoriu qui res priscas locu* |

| | |
|---|---|
| *furti damnatus est, qui equo, cuius usus illi Ariciam commodatus fuerat, ulteriore eius municipii clivo vectus esset.* | *sunt,*[1]) *in iudicium quendam vocatum, quod Aricia tenus precarium de amico cantherium mutuatus ulterioris clivi ardua praeterisset.* |
| VIII 7 ext. 7: *Archimedis quoque fructuosam industriam fuisse dicerem, nisi eadem illi et dedisset vitam et abstulisset. captis enim Syracusis Marcellus ... ut capiti illius parceretur edixit ... at is dum animo et oculis in terra defixis formas describit, militi qui praedandi gratia domum inruperat strictoque super caput gladio quisnam esset interrogabat, propter nimiam cupiditatem investigandi quod requirebat nomen suum indicare non potuit, sed protecto manibus pulvere: 'noli,' inquit 'obsecro istum disturbare', ac perinde quasi neglegens imperii victoris obtruncatus sanguine suo artis suae liniamenta confudit.* | or. II 18: *hactenus Syracusani Archimedis stetit gloria; docuit namque exitus nihil valuisse pro civibus conmenta prudentis. qui nequivit clausa protegere, quando potuisset aperta munire?* |
| VIII 8 ext. 2: *Homerus quoque, ingenii caelestis vates, non aliud sensit vehementissimis Achillis manibus canoras fides aptando, ut earum militare robur leni pacis studio relaxaret.* | III 74,2: *nam et Achillen vatum maximus refert aegrum animi curas fidibus resolvisse.* Cf. p. 12. |
| VIII 15,3: *Rarum specimen honoris in Scipione quoque Nasica oboritur. eius namque manibus* | or. II 32: *ipsas nobilium divisere gentes* (di): *Pinarios Hercules occupavit, Idaea mater legit* |

[1]) Notabilis est consuetudo scriptorum aetatis posterioris, qui certum quendam auctorem exscribentes tamen eius nomen occultant potius quam indicant. Cf. I 23,2. 33. 34. 95,3. Aus. XVII 1.

*et penatibus nondum quaestori senatus Pythii Apollinis monitu Pessinunte accersitam deam excipi voluit.*

IX 1 ext. 1: *At Campana luxuria perquam utilis nostrae civitati fuit: invictum enim armis Hannibalem inlecebris suis complexa vincendum Romano militi tradidit.*

IX 2,1: *L. Sulla ... nam C. Marii, cuius etsi postea hostis, quaestor tamen aliquando fuerat, erutos cineres in Anienis alveum sparsit.* Cf. Lucan. II 174 sqq.

*hospites Scipiones, Veneriis sacris famulata est domus Iulia.*

I 47,1: *nec mirum si te illa ora totum sibi vindicat, cum ipsum Hannibalem fides certa sit bello invictum manus dedisse Campaniae.*

IX 115,1: *an ego istud feram moleste, qui noverim Marcellorum monumenta sublata Verre praetore et Marianis tropaeis nequaquam manus invidas pepercisse.* Attuli, quamquam hanc narrationem obversatam esse Symmacho verisimile non duco (cf. p. 20).

## XXI. Plinius maior.

Opus quod haud scio an illis temporibus rarissimum fuerit commemorat S. IV 18,5: *enitar, si fors votum iuvet, etiam Plinii Secundi Germanica bella conquirere.* Historiam naturalem totam eum possedisse et Ausonio misisse supra dixi (cf. p. 2); iam sequantur loci quos exscripsisse eum verisimile est.

III 59: *oppidum Formiae Hormiae dictum, ut existimavere, antiqua Laestrygonum sedes.* Cf. Cic. ad Att. II 13,2 (p. 72). Hor. c. III 16,17. VII 9: *esse Scytharum genera et quidem plura, quae corporibus humanis vescerentur, indicavimus. id ipsum*

VIII 23,2: *principium voluptatum de Formiano sinu nascitur, quae civitas quondam Laestrygonum populo fertur habitata. hos ventri et gulae usque ad feritatis invidiam legimus obsecutos.*[1])

[1]) Dubito an nullus inveniatur locus, quo minus opportune doctrinam suam iactet Symmachus.

*incredibile fortasse, ni cogitemus in medio orbe terrarum ac Sicilia et Italia fuisse gentes huius monstri, Cyclopas et Laestrygonas.*

/III 109: *easdem partes* (testiculos) *sibi ipsi Pontici amputant fibri periculo urguente ob hoc se peti gnari.* Cf. Cic. pro Scaur. 9 (p. 70).

or. VIII 1: ⟨*aiunt fibrum ubi periculo ur*⟩*getur parte corporis quae in se desideratur abscisa vitam pacisci.*
(Seeck comm. Momms. p. 615.)

. 63: *ciconiae nidos eosdem repetunt, genetricum senectam invicem educant.* Cf. schol. Soph. El. 1058.

V 67: *est huius indulgentiae in quibusdam avibus exemplum, ut nutrimenta senescentibus aetas vicissim prima conportet.* Cf. Ennod. 185,16: *versa vice aquilas legimus fetuum ministerio pasci.*

XIII 68: *prius tamen quam digrediamur ab Aegypto, et papyri natura dicetur, cum chartae usu maxime humanitas vitae constet, certe memoria.* (69) *et hanc Alexandri Magni victoria repertam auctor est M. Varro, condita in Aegypto Alexandria. antea non fuisse chartarum usum; in palmarum foliis primo scriptitatum, dein quarundam arborum libris. postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox et privata linteis confici coepta aut ceris. pugillarium enim usum fuisse etiam ante Troiana tempora invenimus apud Homerum.*

IV 28,4: *mallem Aboriginum more dictionem salutis alternae ligno aut corticibus scribere; Aegyptus papyri volumina bybliothecis foroque texuerit.* IV 34,3: *itane me ludos facis, ut quae apud te incuriosius loquor, in † stili caudices aut tiliae pugillares censeas transferenda, ne facilis senectus papyri scripta*[1]) *corrumpat?* (cf. p. 8. 18).

---

[1]) Seeckii coniectura *scrinia* infirmiore nititur fundamento.

XXXIV 27: *statuerunt et Romae in omnibus vicis tribus Mario Gratidiano* (statuas), *ut diximus, easdemque subvertere Sullae introitu.*

IX 115,1: *an ego istud feram moleste qui noverim ... Marianis tropaeis nequaquam manus invidas pepercisse.* De errore quem commisisse videtur Symmachus cf. p. 20. 70[3].

## XXII. Plinius minor.

Inter omnes fere homines doctos convenit Symmachum maxime Plinianum dicendi genus secutum esse. Velut Burckhardt (die Zeit Constantins [2] p. 437) scribit: „Man darf sich ... durch die gesuchte plinianische Schreibart des Letzteren (Symmachi) nicht irre machen lassen". Boissier Journ. d. Sav. 1888 p. 409 adn. 2: „en cela il diffère de Pline le Jeune, qui lui sert ordinairement de modèle". Cf. p. 599 adn. 5: „les imitations de Plaute, de Cicéron, de Pline y sont fréquentes". Sed tamen ne minima quidem a quoquam verborum similitudo adnotata est; immo omnis haec opinio redit ad locum Macrobii sat. V 1,7: (genus dicendi) *pingue et floridum, in quo Plinius Secundus quondam et nunc nullo veterum minor noster Symmachus luxuriatur,* et ad distributionis similitudinem, de qua bene iudicavit OKoren l. c. p. 38: „exterior haec forma epistolarum in decem volumina distributarum omnem fere continet similitudinem, quae inter Plinium et S. intercedit, cum reliquis in rebus magnopere differant". Verum ad singula accedamus.

I 2,5: *si modo tu fortasse errori nostro album calculum adieceris.* VI 11,3: *o diem ... laetum notandumque mihi candidissimo calculo.*

I 96: *titulum tamen praeclari testimonii albo calculo veterum more signabo.* Cf. Otto Sprichw. 64 sq.

I 8,6 II 19,7: *lenocinari.* — Attulit Geisler ad Sid. II 2,14 in indice p. 358. Quamquam S. quoque ita scripsit IX 87: *ergo parce verbis lenocinantibus et fuco oblitis et ad gratiam comparatis,* imitationem statuere non oportet. Cf. paneg. X p. 213,24.

I 18,4: *illa actio mihi . . . ianuam famae patefecit.* — Similes Sidonii locos ad I 9,1 attulit Geisler l. c. p. 355; Symmachianos ego congessi p. 62 metaphoram ex Cicerone potius quam ex Plinio, si ex ullo auctore, desumptam esse ratus.

I 24,4: *praediolum . . . quod commendatur his dotibus.* — II 17,29: *tot tantisque dotibus villulae.* — Comparavit cum Sidon. I 8,3 II 14,1 Geisler l. c. Eodem iure, i. e. perexiguo, ex Plinio expressum esse censeas S. VI 11,2: *vacuatos dotibus agros.*

| | |
|---|---|
| II 3,9: *praeterea multo magis, ut vulgo dicitur, viva vox adficit.* — Cf. Cic. leg. agr. II 4? pro Cael. 55? Quint. II 2,8: *viva illa, ut dicitur, vox alit plenius.* Sen. contr. I praef. 11. ep. 6,5. | III 30: *aptius est enim negotiis intimandis vivae vocis indicium.* V 32: *quousque enim stili imagine iucunditatem vivi sermonis imitabimur?* |
| II 5,13: *ne modum . . . in epistula excedam.* | III 69,1: *multiplex iniuria modum epistulae familiaris excedit.* |
| II 12,3: *in hac altissima specula conspiciendum se monstrandumque praebere.* — III 18,3: *posteris velut e specula lumen quod sequantur ostendere.* — pan. 86 p. 389,2 K.: *stetit Caesar in illa amicitiae specula.* | I 26: *viro in specula honorum locato.* [1]) |

II 18,3: *quod superest* attulit Geislerus diss. p. 69; adde V 11,3. Symmachus ita locutus est I 50,2. Cf. Cic. ad Att. IX 19,3. Mentione dignum vix est.

| | |
|---|---|
| III 20,10: *haec tibi scripsi primum, ut aliquid novi scriberem, deinde ut non nunquam de re publica loquerer, cuius materiae nobis quanto rarior quam veteribus occasio tanto minus omittenda est.* | II 35,2: *at olim parentes etiam patriae negotia, quae nunc angusta vel nulla sunt, in familiares paginas conferebant.* |
| IV 15,3: *quem diliges ut ego, si ut ego propius inspexeris.* VII 22,3: *accepisse te beneficium credes, cum propius inspexeris hominem.* Sen. ep. 5,6. | VII 45: *cuius modestiam si propius inspexeris, reperies claris natalibus parem.* |

---

[1]) Attulit Geislerus diss. p. 62. Hic quoque „Symmachum vestigia Plinii esse persecutum“ arbitratur p. 55.

| | |
|---|---|
| V 5,1: *qui nuntius me gravi dolore confudit.* | rel. 10,2: *nos vero . . . tanto dolore confudit.* |
| V 6,45: *altius ibi otium et pinguius eoque securius.* — IX 3,1: *ac mihi . . . pingue illud altumque otium placeat.* Sen. ep. 73,10. ad Seren. de const. 3,4. | I 47,2: *neque ego te pingues ferias agere contendo.* VIII 65: *producere mihi ferias, ut ita dicam, pingues licebit.* |
| V 6,46: *venia sit dicto.* | III 11,4: *modo mihi venia dicti sit.* |
| V 16,11: *ut enim crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat, deinde patitur atque ultro requirit, sic recens animi dolor consolationes reicit ac refugit, mox desiderat et clementer admotis adquiescit.* | I 100,1: *ne fortunae vulnera, quae cicatricem processu temporis ducunt, intempestive contrectata crudescant.* IX 78: *adhuc crudo fortunae meae vulnere.* |
| VI 1,1: *seu quod desiderium absentium nihil perinde ac vicinitas acuit, quoque propius accesseris ad spem fruendi, hoc inpatientius careas.* | I 102: *aequius ferebam longinquam tui separationem; spes enim praesentiae tuae magno intervallo negata cessabat. nunc expectationem nostram viciniae facilitate sollicitas.* |

VI 23,1 VII 14,1 IX 13,1 (adde VIII 6,8) cur ob vocem *impense* citaverit Geislerus ad Sid. II 7,2 ind. p. 358, non video. Neque ex Plinio didicisse vocabulum puto Symmachum, qui semel positivo (VII 32), septies comparativo (I 30 II 17,1 IV 16 V 41,1 VII 83 IX 60 rel. 25,3) utitur, praesertim cum usitatissimum fuerit (cf. pan. V p. 146,2 VII 171,25 X 218,9. 243,16 XI 253,26).

| | |
|---|---|
| VI 27,4: *ratio cum hominum ipsorum tum rerum etiam ac temporum condicione mutatur.* | or. III 7: *pro condicione rerum temporumque.* |

VII 1,1: *vereor tamen ne quid illi etiam in mores tuos liceat.* Attulit Geisl. ind. p. 358 ad Sid. II 4,3, id quod operae pretium vix erat. Cf. Symm. III 86,2 IV 17 VII 128,1 IX 108. 117.

| | |
|---|---|
| VII 24,8: *quia iucundum est mihi quod ceperam gaudium scribendo retractare.* | VII 70: *cum molestias urbanas retracto, abesse delectat.* Utrumque locum attulit Geisl. ind. p. 379 ad Sid. IX 6,2. |

| | |
|---|---|
| VIII 12,1: *vir est optimus et inter praecipua saeculi ornamenta numerandus.* | or. VI 3: *summatem facundiae diu inter fori ornamenta numeratum.* |
| IX 10,2: *itaque poemata quiescunt quae tu inter nemora et lucos commodissime perfici putas* (Tac. dial. 9). | III 13,2: *dum epigrammata oblatis lucis aut amnibus facis.* |
| IX 28,5: *proinde prima quaque occasione mitte* (litteras) *appositis quidem usuris, quas ego — num parcius possum? — centesimas computabo.* | I 14,1: *unde igitur sermonis mei largam poscis usuram, qui nihil litterati fenoris credidisti?* Imitationem indicavit Geisl. diss. p. 79. Cf. I 34,2 II 73 III 32 VII 33. 60,1 . . . |
| ad. Trai. 4,5: *quibus singulis multum commendationis accessurum etiam ex meis precibus indulgentiae tuae credo.* | III 77: *cum . . . accessurum sibi aliquid gratiae ex meis litteris iudicaret.* |

Quivis videt omnia haec exempla gravia vocari non posse, nullum tale esse, ut epistulas Plinii a Symmacho praecipua diligentia perlectas esse demonstretur. Maioris momenti sunt quae e Panegyrico proferri possunt.[1])

| | |
|---|---|
| 1 p. 319,1 K.: *bene ac sapienter, patres conscripti, maiores instituerunt.* | I 20,1: *bene ac sapienter maiores nostri . . .* |
| 1 p. 319,16: *caelum ac sidera;* cf. pan. VII p. 167,5. 178,17. | rel. 9,2: *urbem caelo et sideribus acceptam.* |
| 2 p. 320,15: *intellegamus ergo bona nostra.* 36 p. 346,5: *timidus est et bona saeculi parum intellegit.* Cf. Plaut. Capt. 124: *tum denique homines nostra intellegimus bona.* | or. IV 7: *intellegamus nostri saeculi bona.* |
| 4 p. 322,8: *enituit aliquis in bello, sed obsolevit in pace: alium toga, sed non et arma honestarunt:* | or. I 6: *fuerit aliquis in pace iucundus, sed idem rebus trepidis parum felix; hunc timuerint* |

[1]) Memorabile est in Symmachi orationum codice etiam panegyricum Plinianum scriptum fuisse. Cf. Keil Plin. praef. XLV.

| | |
|---|---|
| *reverentiam ille terrore, alius amorem humilitate captavit: ille quaesitam domi gloriam in publico, hic in publico partam domi perdidit ... at principi nostro quanta concordia quantusque concentus omnium laudum omnisque gloriae contigit.* | *factiosi, sed despectui habuere concordes; hunc violandum nemo credidit, non tamen etiam sublimandum aliquis aestimavit: illi honorem regium decrevit exercitus, sed idem latuit ante privatus: te unum timent rebelles, eligunt iudicantes.* |
| 8 p. 326,4: *simul filius, simul Caesar, mox imperator et consors tribuniciae potestatis, et omnia pariter et statim factus es, quae proxime parens verus tantum in alterum filium contulit.* | or. I 11: *huc accedit quod cum duo sint in imperio gradus, ilico in germanum et pariter contulisti, quod noveras bis posse praestari.* |
| 9 p. 326,10: *credentne posteri?* cf. Stat. silv. IV 4,81: *credetne virum ventura propago?* | or. IV 13: *credetne posteritas?* |
| 12 p. 328,24: *cum ferae gentes non telis magis quam suo caelo, suo sidere armantur.* | or. I 2: *seu in Aethiopas atque Indos contra externum militem solo calore munitos felicia signa contuleris.* |
| 59 p. 364,25: *sed iam tempus est te ipsi consulatui praestare, ut maiorem eum suscipiendo gerendoque facias.* | or. VI 4: *crevit adeo illo tempore praesidatus seseque ad magnitudinem regentis tetendit.* |

62 p. 368,11: *hoc est quod penitus illos animo Caesaris insinuavit.* — Attulit Geisl. ind. 356 ad Sid. I 10,1; cf. Symm. I 40 II 80 IV 20,2 IX 10,1. 32. 59 pan. XII p. 276,8. In imitationum numero habendum non est.

| | |
|---|---|
| 82 p. 384,25: *Albani lacus otium Baianique torporem et silentium.* | IX 123: *cur autem torpori atque otio vaces?* |
| 93 p. 393,22: *ac si quid forte ex consulatus fastigio fuerit deminutum, nostra haec erit culpa, non saeculi.* | III 43,2: *habes saeculum virtuti amicum, quo nisi optimus quisque gloriam parat, hominis est culpa, non temporis.* rel. 1,3: *facite ut omnes intellegant, si forte desit rectoribus integer vigor et iusta conscientia, hominis culpam esse, non saeculi.* |

am imitationes e ceteris panegyricis.

| | |
|---|---|
| tinus] II p. 90,24: *de-* ɪ *quidem orbe victorem.* | or. I 5: *virum toto orbe victorem.* |
| 134,5: *o kalendae Mar-* *cuti olim annorum vol-* ɪ, *ita nunc aeternorum* ꞉ *imperatorum.* | rel. 7,1: *kalendas anni auspices, quibus mensium recursus aperitur.* |
| 144,25: *qui Romanae* ɪe *gloriam restituendo* ɪ *addidisti imperio terris* ꞉ *maius elementum.* | or. II 24: *elementis quodammodo ditatam cerno rem publicam, cui amnes incogniti mancipantur, longinqua terra coniungitur.* |
| us XI p. 268,16: *mit-* *n posteros venturis sae-* *x credenda miracula.* | or. III 5: *viserent posteri vix credenda miracula.* |

XXIII. Tacitus.

icolae hos locos expressisse videtur Symmachus:

| | |
|---|---|
| *re digna memoratu pro-* *agisque in aperto erat.* | I 15,1: *quoniam deerant digna memoratu.* |
| · *virtutem hostium loco-* *oque difficultates elucta-* | III 62: *ut . . . eluctandis difficultatibus adminicula uberiora decernas.* |
| *a aestatis hibernis even-* *nsare.* Cf. Suet. Aug. 25. | III 82,1: *Macedonicis commeatibus Africae damna pensavit.* |

oriarum:

| | |
|---|---|
| *tum sterile saeculum.* | VI 67,2: *deliciarum sterile saeculum.* |
| *spectum semper invi-* *dominatibus qui proxi-* *stinaretur.* | or. I 11: *ergo Augustum pari iure confirmans curasti, ne umquam tibi suspectus esset, cui non reliquisti quod ultra optare deberet.* (12) *hinc plerique principum quos secundos creaverant, quasi aemulos mox timebant. urget enim potissimos expectatio proximorum semperque similis invidenti est, cui superest quod requirat.* |

| | |
|---|---|
| II 19: *coloniam virium et opum validam.* | II 55,2: *opum validis.* |
| II 31: *Vitellius ventre et gula sibi inhonestus . . . ducebatur.* | VIII 23,2: *hos ventri et gulae usque ad feritatis invidiam legimus obsecutos.* |
| IV 20: *veteres militiae* (gen.). | IX 36: *militiae vetus.* |

Annalium:

I 50. 51. Taciti de Marsis a Germanico occupatis narratione usus esse videtur Symmachus ad Valentiniani victoriam sane multo gloriosiorem describendam. Cf.

| | |
|---|---|
| (50) . . . *circumdatae stationes stratis etiam tum per cubilia propterque mensas nullo metu, non antepositis vigiliis. Adeo cuncta incuria disiecta erant neque belli timor; ac ne pax quidem nisi languida et soluta inter temulentos.* (51) *Caesar avidas legiones, quo latior populatio foret, quattuor in cuneos dispertit; quinquaginta milium spatium ferro flammisque pervastat. Non sexus, non aetas miserationem attulit; profana simul et sacra et celeberrimum illis gentibus templum . . . solo aequantur. Sine vulnere milites, qui semisomnos, inermos aut palantis ceciderant.* | or. II 10: *his virtutis excursibus non obreptioni via quaeritur nec repentinae caedi insidiarum † appacit ferire praeventus; exaturat animum gloriosum fortunata velocitas. abire cum liberis et, quo magis cognoscerent bella exigi, patiebaris a barbaris arma transferri. nemo vilibus culmis contecta gurgustia internecivo igne populatus est nec indormientes lectulis feras matres antelucanus raptor extraxit; vix desudata in diem crapula et refrigeratis cubilibus fugam veniae miscuerunt.* |
| IV 67: *sed tum Tiberius duodecim villarum nominibus et molibus insederat, quanto intentus olim publicas ad curas, tanto occultos in luxus et malum otium resolutus.* Etiam in deperdito quinto libro Tiberii secessum descriptum fuisse verisimillimum est. | or. I 16: *hi sunt illi triumfales viri, delicatis negotiis frequentibus occupati, amoena litorum terrarumque opima sectantes. vis petam proximae aetatis exempla? . . . Tiberius in deversoriis insularum natans et navigans adoratur.* Cf. p. 22. |

| | |
|---|---|
| II 66: *in tanta curarum mole.* | IV 72: *in tanta praesertim publicarum mole curarum.* |

## XXIV. Fronto.

| | |
|---|---|
| 32,7: *nec aliter kal. Sept. expecto, quam superstitiosi stellam, qua visa ieiunium polluant.* | I 7,2: *non deerit quo famem polluant.*[1]) |
| 35,17: *ubi id audivi, calcar equo subpingo.* | I 62: *calcar quoddam suppingo properantibus.* Cf. p. 41. |
| 54,14: *ubique ornandum, ubique phaleris utendum.* Ter. Ph. 500: *ut phaleratis ducas dictis me.* | I 89,1: *praeter loquendi phaleras, quibus te natura ditavit.* |
| 65,13: *denique visus es etiam mihi insuper habuisse, cum ...* cf. p. 207,9: *sudorem in armis ut in ludicris insuper habere.* Gell. I 19,8 IV 1,18 Apul. met. IV 25. | I 1,1: *haec me atque alia huiusmodi oppido perpulerunt scribendi munus insuper non habere.* |
| 71,7: *ego inpraesentiarum sic me habeo, ut vel hinc aestimatu facile sit tibi, quod haec precaria manu scribo.* | IV 56,1: *aestimabitis autem virium nostrarum fatigationem, cum vos in subscriptione istius epistulae precaria manus moverit.* |
| 177,24: *fac periculum in militiae muneribus, fac periculum in consiliis iudiciariis, fac periculum in litteris, omni denique prudentiae et facilitatis usu vel serio vel remisso: semper et ubique eum parem sui invenies.* Imitatus est Fronto Ter. Eun. 476 sqq. | I 60: *fac periculum maximis in negotiis, fac in seriis remissisve muneribus; reperies hominis tectam fidem patentem religionem prudentiam liberam verecundiam liberalem.* |

## XXV. Gellius.

Noctes atticas a Symmacho lectas esse demonstrari non test. Nam quod Iuretus ad IX 39 (42,1) scribit S. in mentem

[1]) Non igitur opus Schopeni coniectura *solvant.*

revocare Gracchi verba apud Gell. XV 12,4, id de imitatione accipi fortasse noluit nec, si vellet, audiendus esset. Quae autem de vitiosis Sallustii moribus narrat S. V 68,2 (cf. p. 76), ex Gell. XVII 18 fortasse derivanda sunt. Locutiones e Gellio mutuatus esse potest S. has: *pernox et perdius* I 53,1: Gell. II 1,2 Apul. met. V 6 Amm. XXXI 2,6 Mart. Cap. (Hertz Herm. VIII 284 et adn. 7). — *delenimenta aurium* III 11,2: Gell. V 1,6 Amm. XVIII 5,7 (Hertz l. c. 288 adn. 18).

### XXVI. Ausonius.

Nihil fortasse ad Symmachi ingenium aestimandum plus valet quam quod ex epistula ad se data aliquid suum fecit. Scripserat Ausonius I 31,1: *modo intellego, quam mellea res sit oratio, quam delenifica et quam suada facundia.* — Symmachus Iuliano scribit III 6,1: *sed fortunae nostrae tantum vulnus est, ut ei ne tua quidem delenifica et suada facundia cicatricem possit obducere.* Recte indicavit Seeckius Symmachum ab Ausonio pendere (praef. LXXXII sq. et adn. 383); nam ille 'Gallicanae facundiae haustus requirebat' et in litteris Ausonio minor erat.

---

Ut paucis comprendam quid de Symmachi studiis iudicandum sit, non minus quam in ceteris rebus in hac quoque mediocritatem quandam declarat. Graecos scriptores si ullos perpaucos novit, e Latinis imprimis eos qui in scholis tractabantur: Terentium Vergilium Sallustium Ciceronem, minus Horatium et Lucanum. Historiae notitiam plerumque e Valerio Maximo, rarius e Cicerone Livio Plinio maiore hausit. Ex ceteris poetis attigit Ovidium Silium Iuvenalem, e prosaicis Plinium minorem, Tacitum Frontonem atque ut videtur Gellium. Reliquorum imitatio minus certa est. Neque tamen omnia a me exhausta esse spondeo; praecipue prosaicorum scriptorum largiorem investigari posse puto imitationem, quoniam huic parti, quam ab altero tractari scirem, minus incubui.

# Argumentum.



Typis Grassi, Barthi & Socii (W. Friedrich), Vratislaviae.

# BRESLAUER
# PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.

HERAUSGEGEBEN

VON

RICHARD FÖRSTER,

PROFESSOR DER CLASSISCHEN PHILOLOGIE AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU.

---

SECHSTER BAND.

DRITTES HEFT.


# SYMBOLAE AD DOCTRINAE ΠΕΡΙ ΔΙΧΡΟΝΩΝ HISTORIAM PERTINENTES.


SCRIPSIT

FRIDERICUS KUHN

DR. PHIL.


ACCEDIT APPENDIX

I DE IGNATII DIACONI SENARIORUM IN ADAMUM MEMORIA
II DE IGNATII DIACONI THEODOSII DIACONI CHRISTOPHORI MYTILENAEI IOANNIS EUCHAITENSIS LEGIBUS METRICIS.

---


BRESLAU.

VERLAG VON WILHELM KOEBNER.

1892.

# SYMBOLAE AD DOCTRINAE ΠΕΡΙ ΔΙΧΡΟΝΩΝ HISTORIAM PERTINENTES.

SCRIPSIT

FRIDERICUS KUHN

DR. PHIL.

ACCEDIT APPENDIX

I DE IGNATII DIACONI SENARIORUM IN ADAMUM MEMORIA

II DE IGNATII DIACONI THEODOSII DIACONI CHRISTOPHORI MYTILENAEI IOANNIS EUCHAITENSIS LEGIBUS METRICIS.

VRATISLAVIAE

APUD GUILELMUM KOEBNER.

1892.

Guilelmi Hoerschelmann atque Guilelmi Studemund indefesso labore postquam e bibliothecarum latebris in lucem editi sunt scriptorum de re metrica Graecorum libri libellique, viri docti, quibus vinculis variorum auctorum de re metrica praecepta inter se cohaererent, expedire et metricae doctrinae fragmenta, quae delituerunt cum aliis in libris tum in scholiorum corporibus, colligere atque disponere coeperunt.[1]) Inter hos viros Henricus Grossmann ex Eustathii commentariis uberrimis cum fragmenta quae ad rem metricam proprie dictam pertinent congessisset, Guilelmo Studemund suasore ex eisdem commentariis conquisivi frustula quibus quaestiones prosodiacae tractantur, et ea quae verbis διὰ τὸ μέτρον similibusque additis notata sunt et ea in quibus metri nulla fit mentio. Ex vasta fragmentorum quae ad hanc doctrinam spectant copia quam maxime iudicio Oscari Seyffert (Berliner philologische Wochenschrift a. 1888 p. 1240 sq.) incitatus ea quae ad vocalium Α Ι Υ usum pertinent tractanda sumpsi. Quae frustula ut recte explanarem, perscrutatus sum cum grammaticorum, metricorum, rhetorum, aliorum qui res grammaticas metricasque per occasionem commemoraverunt scriptorum opera quae aetatem tulerunt atque excerpta, tum scholia quibus poetarum epicorum carmina, scaenicorum fabulae, grammaticorum metricorum rhetorum artes instructae sunt. Neque supersedi, ut

---

[1]) Cf. Ludovicum Voltz, de Helia monacho, Isaaco monacho, Pseudo-Dracone scriptoribus metricis Byzantinis (Argentor. 1886), Georgium Rauscher, de scholiis Homericis ad rem metricam pertinentibus (ib. 1886), Henricum Grossmann, de doctrinae metricae reliquiis ab Eustathio servatis (ib. 1887), Georgium Amsel, de vi atque indole rhythmorum quid veteres iudicaverint (Vratisl. 1887), Maximilianum Consbruch, de Hephaestioneis qui circumferuntur περὶ ποιήματος commentariis (ib. 1890); cf. etiam Guilelmum Hoerschelmann, ein griechisches Lehrbuch der Metrik (Dorpati 1888).

doctrinae περὶ διχρόνων historiam enarrare possem, eum vocalium Α Ι Υ usum investigare qui e poetarum carminibus ipsis cognoscitur; locupletissimis illis commentationibus, quas Isidorus Hilberg in Wiener Studien voll. VIII. IX. X publici iuris fecit, commotus carmina iambica poetarum et versificatorum, qui inde a Gregorio Nazianzeno ad Manuelis Philae et Ephraemii tempora usque fuerunt, perscrutatus sum.

Ex ea quam comparavi materia particulas selectas hac dissertatione publici iuris feci. Res quas explanavi hunc in ordinem digessi. Primo capite antiquissimae περὶ στοιχείων doctrinae fragmenta tractavi; altero de vocalium Α Ι Υ nominibus, quae nobis in eis quos enumeravi fontibus occurrunt, disputavi; tertio capite docui, quid grammatici Alexandrini de vocalium Α Ι Υ usu poetico traderent; quarto doctrinam rhetorum eorumque scriptorum recentiorum illustravi qui immutatam vocalium Α Ι Υ pronuntiationem non improbabant. Capitibus quinto, sexto, septimo vocalium Α Ι Υ usum, qui e versificatorum Byzantinorum carminibus cognoscitur, atque eorum saec. XII. XIII. XIV grammaticorum metricorumque qui vocalium Α Ι Υ abusui moderari enixe studebant praecepta indagavi. In dissertationis calce appendicem addidi, qua universa ars metrica eorum versificatorum Byzantinorum illustratur quorum carmina, quamquam vocalium Α Ι Υ abusu non vacant, tamen optimae notae esse capite quinto demonstratum est.

## Caput I.

### De antiquissimae περὶ στοιχείων doctrinae fragmentis.

Ante **Platonis** aetatem iam fuerunt, qui de linguae Graecae vocalium generibus disputarent.[1] Eiusmodi quaestiones tum rhythmici proposuerunt; hi enim doctrinae suae initium fecerunt a describendis linguae elementorum qualitatibus, deinde, ut par est, de syllabarum natura atque indole disputaverunt, denique ad enodandos rhythmos ipsos progressi sunt teste Platone (Cratyl. p. 424 C) οἱ ἐπιχειροῦντες τοῖς ῥυθμοῖς τῶν στοιχείων πρῶτον τὰς δυνάμεις διείλοντο, ἔπειτα τῶν συλλαβῶν, καὶ οὕτως ἤδη ἔρχονται ἐπὶ τοὺς ῥυθμοὺς σκεψόμενοι, πρότερον δ' οὔ.[2] Iidem in eis scholis quas habuerunt περὶ στοιχείων δυνάμεως, linguae elementa in duo genera diviserunt; vocales a ceteris linguae elementis accurate secreverunt, utriusque elementorum generis species (εἴδη) definiverunt eisque appellationes proprias indiderunt; cf. Platonem l. l. p. 424 C ἆρ' οὖν καὶ ἡμᾶς οὕτω δεῖ πρῶτον μὲν <I> τά φωνήεντα διελέσθαι, ἔπειτα <II> τῶν ἑτέρων κατὰ εἴδη <II, 1> τά τε ἄφωνα καὶ ἄφθογγα· οὑτωσὶ γάρ που λέγουσιν οἱ δεινοὶ περὶ τούτων (i. e. οἱ ἐπιχειροῦντες τοῖς ῥυθμοῖς)· καὶ <II, 2> τὰ αὖ φωνήεντα μὲν οὔ, οὐ μέντοι γε ἄφθογγα; καὶ αὖ τῶν φωνη-

[1]) Cf. H. Steinthal, Geschichte der Sprachwissenschaft I 39: Es ist zunächst der in der Volksmeinung liegende Zusammenhang von Name und Ding, welcher Gegenstand der Sprachwissenschaft wird, während gleichzeitig die Metrik eine nähere, auch physiologische Betrachtung der Sprachlaute erzeugt. Diese Periode kommt in Plato zum Abschluss, der sie dahin umbiegt und vertieft, dass statt des Zusammenhanges zwischen Name und Ding vielmehr der zwischen Wort und Begriff hervorgekehrt wird.

[2]) Cf. ea quae de scholis, quas Hippias Eleus apud Lacedaemonios habuit, Plato monuit (Hipp. Mai. p. 285 D) ἐκεῖνα ἃ σὺ ἀκριβέστατα ἐπίστασαι ἀνθρώπων διαιρεῖν, περί τε γραμμάτων δυνάμεως καὶ συλλαβῶν καὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονιῶν. Cf. etiam I. Classen, de grammaticae Graecae primordiis p. 32 sqq.

έντων ὅσα διάφορα εἴδη ἔχει ἀλλήλων;[1]) In quas species (εἴδη) rhythmici illi vocales dividerent, Plato diserte memoriae non tradidit, sed dubium non est, quin ea quae in eodem dialogo de vocalium nonnullarum natura atque indole per occasionem commemoravit, e rhythmicorum praeceptis desumpta sint. Huc pertinent, quae monuit de amplitudine atque grandiloquentia vocalium A et H (p. 427 C τὸ δ' αὖ ἄλφα τῷ μεγάλῳ ἀπέδωκε [sc. ὁ τὰ ὀνόματα τιθέμενος] καὶ τῷ μήκει τὸ H, ὅτι μεγάλα [i. e. grandiloqua] τὰ γράμματα), de tenuitate vocalis I (p. 426 E τῷ δ' αὖ ἰῶτα [sc. φαίνεταί μοι κατακεχρῆσθαι] πρὸς τὰ λεπτὰ πάντα); adde quae de vocalis Ω dignitate atque gravitate explicuit Phaedr. p. 244 C οἰονοϊστικὴν ... ἣν νῦν οἰωνιστικὴν τῷ Ω σεμνύνοντες οἱ νέοι καλοῦσιν. Animadverterunt igitur rhythmici illi, quam vim dignitatemque[2]) linguae soni haberent, qua essent quantitate, quibus modis orerentur.[3]) Sed quas appellationes

---

[1]) In duas classes linguae Graecae elementa digerenda esse comprobavit Aristoteles περὶ ποιητικῆς p. 1456 b 25 ταύτης (i. e. τῆς φωνῆς) δὲ μέρη <I> τό τε φωνῆεν καὶ <II> τὸ ἡμίφωνον καὶ ἄφωνον (ubi animadvertendum est Aristotelem non scripsisse καὶ τὸ ἄφωνον), nec non diserte tradidit Aristoxenus, Aristotelis discipulus, teste Dionysio Halicarnassensi in libri de compositione verborum cap. XIV (ed. H. Usener in Indice lectionum in univ. Frid. Guil. Rhen. per aestatem a. 1878 habendarum p. XVI, 4) τῶν δὴ στοιχείων τε καὶ γραμμάτων οὐ μία πάντων φύσις, διαφορὰ δὲ αὐτῶν πρώτη μέν, ὡς Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς ἀποφαίνεται, καθ' ἣν <I> τὰ μὲν φωνὰς ἀποτελεῖ, <II> τὰ δὲ ψόφους· φωνὰς μὲν τὰ λεγόμενα φωνήεντα, ψόφους δὲ τὰ λοιπὰ πάντα· δευτέρα δέ, καθ' ἣν τῶν μὴ φωνηέντων, <II, 1> ἃ μὲν καθ' ἑαυτὰ ψόφους ὁποίους δή τινας ἀποτελεῖν πέφυκε, ῥοῖζον ἢ συριγμὸν ἢ ποππυσμὸν ἢ τοιούτων τινῶν ἄλλων ἤχων δηλωτικούς· <II, 2> ἃ δ' ἐστὶν ἁπάσης ἄμοιρα φωνῆς καὶ ψόφου καὶ οὐχ οἷά τε ἠχεῖσθαι καθ' ἑαυτά· διὸ δὴ ταῦτα μὲν ἄφωνά τινες (in his Aristoteles) ἐκάλεσαν, θάτερα δὲ ἡμίφωνα. Cf. Rud. Westphal, Griechische Rhythmik (Lips. 1885) p. 58. Haec doctrina abiit in Dionysii Thracis artem p. 9, 7. 11, 1. 5. 12, 2 (ed. Uhl.). Alii linguae elementa in tres classes (I φωνήεντα II ἡμίφωνα III ἄφωνα) diviserunt auctore Dionysio Halicarnassensi l. l. οἱ δὲ τριχῇ νείμαντες τὰς πρώτας τε καὶ στοιχειώδεις τῆς φωνῆς δυνάμεις κτλ., cuius doctrinae vestigia antiquissima inveniuntur in Platonis Phileb. p. 18 B et C. Cf. etiam Lucillum Tarrhaeum (de quo disseruit Guil. Hoerschelmann in Act. soc. philol. Lips. tom. IV p. 338 sqq.) in Crameri An. Ox. IV 322, 17—19.

[2]) De eadem quaestione iam Democritus Abderita disseruisse videtur nam scripsit teste Diogene Laertio IX 7, 48 περὶ εὐφώνων καὶ δυσφώνων γραμμάτων. Cf. I. Classen l. l. p. 16 et H. Steinthal l. l. I 128.

[3]) Cf. quae de consonis nonnullis Plato in Cratylo dialogo monuit veluti de P (p. 426 E ἑώρα γὰρ οἶμαι τὴν γλῶτταν ἐν τούτῳ ἥκιστα μένουσαν

vocalium εἴδεσιν, quae agnoverunt, indiderint, acceptum non habemus.

Aristotelis aetate, qua iam fuerunt, qui artem metricam ab arte rhythmica seiunctam docerent,[1]) de eiusmodi quaestionibus in ipsis scholis metricis disputatum est; cf. Aristotelis librum περὶ ποιητικῆς p. 1456b 31 ταῦτα δὲ (sc. τὰ τῆς φωνῆς μέρη vel στοιχεῖα i. e. φωνήεντα, ἡμίφωνα καὶ ἄφωνα) διαφέρει σχήμασίν τε τοῦ στόματος καὶ τόποις, καὶ δασύτητι καὶ ψιλότητι, καὶ μήκει καὶ βραχύτητι, ἔτι δὲ ὀξύτητι καὶ βαρύτητι καὶ τῷ μέσῳ· περὶ ὧν καθ' ἕκαστον ἐν τοῖς μετρικοῖς προσήκει θεωρεῖν[2]) et librum περὶ ζῴων II p. 660a 7 ποίας δὲ ταῦτα (i. e. τὰ γράμματα) καὶ πόσας καὶ τίνας ἔχει διαφοράς, δεῖ πυνθάνεσθαι παρὰ τῶν μετρικῶν. Hae res, quae tum artis metricae propriae erant, recentioribus temporibus in grammaticorum scholis tractatae sunt: continebantur doctrina περὶ προσῳδίας. Atque cum Dionysius Thrax, qui — ut Gustavi Uhlig verbis (in Dionysianae artis editione p. VI) utar — regnabat in scholis Graecis ab altero ante Christum saeculo usque ad duodecimum certe post Christum, in arte sua grammatica (§ 6) de linguae elementorum generibus disputavisset, nonnulli ex eis qui recentioribus temporibus de re metrica scripserunt, de his rebus disserere supersederunt, veluti Hephaestio ille noluit de linguae elementis disputare in enchiridio suo, quod per omnia saecula in scholis metricis aeque regnavit atque Dionysii ars in scholis grammaticis; cf. Longinum philosophum in scholiis Hephaestioneis alteris (ed. Guil. Hoerschelmann Dorpati 1882) p. 1, 12 τοῦ δὲ περὶ μέτρων λόγου πολλοὶ πολλαχῶς ἤρξαντο, οἱ μὲν ἀπὸ στοιχείων[3]), ὡς Φιλόξενος, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ μέτρων ὅρου, ὡς Ἡλιό-

μάλιστα δὲ σειομένην), Λ (p. 427 B ὀλισθάνει μάλιστα ἐν τῷ λάβδα ἡ γλῶττα), Δ et T (p. 427 A τῆς δ' αὖ τοῦ δέλτα συμπιέσεως καὶ τοῦ ταῦ καὶ ἀπερείσεως τῆς γλώττης), Φ Ψ Σ Z (p. 427 A πνευματώδη τὰ γράμματα. De Σ cf. etiam Theaet. p. 203 B οἷον συριττούσης τῆς γλώττης).

[1]) Aristoxenum, Aristotelis discipulum, artem metricam ab arte rhythmica seiunctam docuisse monuit Rud. Westphal, Griechische Rhythmik (Lips. 1885) p. 23. Cf. etiam G. Amsel in Breslauer philol. Abhandlungen Vol. I fasc. III p. 5.

[2]) De hoc loco cf. I. Vahlen in Sitzungsber. d. Kais. Akad. d. Wiss. Philos.-hist. Cl. Vol. 56 (Vindob. 1867) p. 226 et H. Steinthal l. l. I 258.

[3]) Cf. etiam Aristidem Quint. p. 28, 18 (ed. Iahn) ἀρχὴ μὲν οὖν ἡ τῆς μετρικῆς ὁ περὶ στοιχείων λόγος.

δωρος· ἡμεῖς δὲ Ἡφαιστίωνι κατακολουθήσομεν ἀπὸ συλλαβῆς ἀρξάμενοι et Anecdota Chisiana ed. Guil. Mangelsdorf (Carolirub. 1886) § 11.

De linguae Graecae elementorum numero i. e. de numero simplicissimarum atque individuarum particularum, quibus vocabula Graeca efficiuntur,[1]) diu multumque in veterum scholis disceptatum est atque mirum quantum, quicunque de his quaestionibus disputaverunt, inter se dissenserunt.

Saeculis ante Christum quinto et quarto iam inter omnes constabat septem esse linguae Graecae vocales; cf. Calliae γραμματικὴν τραγῳδίαν[2]) apud Athenaeum p. 453 F:

λοίσθιον δὲ φωνῶ σοι τὸ ὦ
τῶν ἑπτὰ φωνῶν· κτλ.

et Aristotelis metaphysica p. 1093a 13, ubi de dignitate numeri septenarii haec traduntur: ἑπτὰ μὲν φωνήεντα, ἑπτὰ δὲ χορδαὶ ἡ ἁρμονίαι, ἑπτὰ δὲ αἱ πλειάδες, ἐν ἑπτὰ δὲ ὀδόντας βάλλει κτλ.[3])

Ei qui septem φωνήεντα agnoverunt, profecti non sunt ab ipsis linguae cotidianae sonis, qui tum in vocabulis Graecis pronuntiati audiebantur; nam dubium non est, quin, si simplicissimos qui audiebantur sonos enumeravissent atque descripsissent, multo plus quam septem existere elementa vocalia cognovissent, praesertim cum animadverterent necesse esset, qua qualitate soni essent, utrum spiritu denso emitterentur an leniter efflarentur, qua quantitate essent, utrum alta voce an profunda an media pronuntiarentur (cf. Aristotelis περὶ ποιητικῆς p. 1456b 31 verba quae supra p. 5 exscripsimus). Hanc viam nonnulli recentioribus temporibus ingressi sunt, nam Melampus seu Dio-

[1]) De notione vocabuli sollemnis ‚στοιχεῖον φωνῆς‘ cf. imprimis I. Vahlen l. l. p. 220 sqq. et H. Steinthal l. l. I 253 sq. II 191 sq.

[2]) Cf. Conr. Zacher, Aussprache des Griechischen (Lips. 1888) p. 49 adn. 30.

[3]) His locis haud scio an addenda sint Platonis (Theaet. p. 203 B) verba: τό τε σῖγμα τῶν ἀφώνων ἐστί, ψόφος τις μόνον, οἷον συριττούσης τῆς γλώττης· τοῦ δ' αὖ βῆτα οὔτε φωνὴ οὔτε ψόφος, οὐδὲ τῶν πλείστων στοιχείων· ὥστε πάνυ εὖ ἔχει τὸ λέγεσθαι αὐτὰ (i. e. στοιχεῖα) ἄλογα, ὧν γε τὰ ἐναργέστατα αὐτὰ (Schanz; αὐτὰ τὰ ἑπτὰ cod. Clarkianus; ἑπτὰ in margine cod. Veneti append. class. IV, 1) φωνὴν μόνον ἔχει, λόγον δ' οὐδ' ὁντινοῦν.

edes[1]) in Bekkeri An. Graec. vol. II 774, 25—777, 2 (coll. ol. III 1168)[2]) quadraginta quinque στοιχεῖα φωνήεντα seu ἐκφωνήσεις litterarum Α Ε Η Ι Ο Υ Ω enumeravit atque descripsit.[3]) Sed ɔet multa στοιχεῖα φωνήεντα a Melampode seu Diomede recte escripta sint, equidem non dubito, quin, si quis omnes linguae raecae sonos simplicissimos qui saeculo a. Chr. quarto in ɔcabulis Graecis audiebantur, litteris significare voluisset, ei ɔn satisfecissent litterae illae quae tum in Atticorum usu erant,[4]) ɔd ei non aliter atque nobis linguarum sonos describentibus ɔus fuisset transcriptione quadam phonetica.

Quae cum ita sint, apparet eos qui saeculo ante Christum ıarto septem existere φωνήεντα docebant, profectos non esse ab sis sonis, qui tum audiebantur, sed a litteris illis viginti ıattuor, quas tum Attici usurpare solebant. Neque est, cur iremur eos qui primum de linguae elementorum numero disruerunt, a litteris, quibus soni significantur, profectos esse; ım haec ratio linguae elementa investigandi maxime conspicua que simplicissima esse videretur necesse erat. Docuerunt itur ei qui hanc viam atque rationem ingressi sunt, quot gna tot esse linguae elementa; quae doctrina, etsi alii iter iudicaverunt, recentioribus quoque temporibus valuit teste ionysio Halicarnassensi de compositione verb. c. XIV p. XVI, 15 d. Usener) ἀριθμὸς δὲ αὐτῶν (i. e. τῶν στοιχείων) ὅστις ἐστίν, οὐ ᾴδιον εἰπεῖν ἀκριβῶς, ἐπεὶ πολλὴν παρέσχε καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν ἀπορίαν ι πρᾶγμα· οἱ μὲν γὰρ ᾠήθησαν εἶναι τριακαίδεκα τὰ πάντα τῆς

[1]) Cf. Alf. Hilgard, de artis grammaticae ab Dionysio Thrace comsitae interpretationibus veteribus in singulos commentarios distribuendis ips. 1880).

[2]) Cf. etiam Pseudo-Theodosium ed. Goettling (Lips. 1822) p. 12, 15—13, 26 anonymi auctoris scholia in Crameri An. Ox. IV 325, 4—23.

[3]) De eadem re disseruit Sextus Empiricus p. 624, 13—32 (ed. Bekker); i admodum insulse monuit propter septem illas vocalium litteras et eas osodiarum notas, quae super has litteras scribi possunt, existere quadranta tria στοιχεῖα φωνήεντα (i. e. ε̆ ἑ ἒ ἕ ἓ, ŏ ὁ ὃ ὅ ὃ; η̄ ἡ ἣ ἧ ἥ ἣ, ω̄ ὡ ὣ ὧ ὥ ὣ; ᾱ ἁ ἃ ἇ ἅ ἃ, ῐ ῑ ἱ ἳ ἷ ἵ ἳ, ῠ ῡ ὑ ὓ ὗ ὕ ὓ).

[4]) Cf. v. g. quae de H et Ω monuit Conr. Zacher l. l. p. 29: In der ıuptsache ist es klar festgestellt, dass... mit H Ω ein offener langer Laut zeichnet wurde, dessen Klangfarbe verschiedene Nuancen haben ochte.

φωνῆς στοιχεῖα, κατασκευάσθαι δὲ τὰ λοιπὰ ἐκ τούτων·[1]) οἱ δὲ καὶ τῶν εἰκοσιτεσσάρων (i. e. στοιχείων = γραμμάτων) οἷς χρώμεθα νῦν πλείω. ἡ μὲν οὖν ὑπὲρ τούτων θεωρία γραμματικῆς τε καὶ μετρικῆς, εἰ δὲ βούλεταί τις, καὶ φιλοσοφίας οἰκειοτέρα· ἡμῖν δὲ (i. e. Dionysio Hal. rhetori) ἀπόχρη μήτ' ἐλάττους τῶν κδ' μήτε πλείους ὑποθεμένοις εἶναι τὰς τῆς φωνῆς ἀρχὰς τὰ συμβεβηκότα αὐταῖς λέγειν.

**Ei qui saeculo ante Christum quarto ab Atticis litteris profecti septem vocales agnoverunt, si quaerebant, qualis esset natura atque indoles eorum sonorum qui his litteris significabantur, docerent necesse erat significari notis illis sonos, qui certa essent pronuntiandi qualitate et quantitate propria. Significabatur enim:**

τῷ εἶ (E) **clausus atque correptus sonus e, qui admodum similis erat sono i.**[2])

τῷ ἦτα (H) **apertus atque productus sonus e vel ä.**[3])

τῷ οὖ (O) **clausus atque correptus sonus o, qui insignem cum sono u similitudinem prae se ferebat.**[4])

τῷ ὦ (Ω) **apertus atque productus sonus o.**[5])

τῷ ἄλφα (A) **sonus a modo productus modo correptus.**

τῷ ἰῶτα (I) **sonus i modo productus modo correptus.**

τῷ ὖ[6]) (Υ) **sonus ü modo clausus modo correptus.**[7])

**Hi soni insuper spiritu et altitudine vocis variabantur; sed ipsis vocalium litteris cognosci non poterat, utrum eis sonus**

---

[1]) Quae elementa ei qui tredecim esse linguae Graecae elementa docuerunt, agnoverint acceptum non habemus; suspicor omnes sonos litterasque ab eis in haec genera divisos esse: I A. II E (H). III I. IV O (Ω). V Υ. VI Λ. VII M. VIII N. IX P. X Σ (Z Ξ Ψ). XI K Γ X. XII T Δ Θ. XIII Π B Φ. Sonos H ex E, Ω ex O, Z Ξ Ψ e Σ derivatos esse apparet; neque ausim iudicare, quos sonos classium nr. XI. XII. XIII veteres illi primariorum loco habuerint, e quibus ceteri soni, qui eisdem classibus adscripti sunt, oriundi essent. Cf. etiam Sylburgii ad hunc Dionysii locum adnotationem in edit. Schaeferiana (Lips. 1808) p. 158.

[2]) Cf. Fr. Blass, Über die Aussprache des Griechischen p. 26[2] sq. Conr. Zacher l. l. p. 25. 30.

[3]) Cf. Blass l. l. p. 24 sqq. Zacher l. l. p. 23 sqq. 30. C. Meisterhans, Grammatik der attischen Inschriften ed. II § 10, 6.

[4]) Cf. Blass l. l. p. 26. 29. 31. Zacher l. l. p. 26 sq.

[5]) Cf. Blass l. l. p. 26. Zacher l. l. p. 27. 31. Meisterhans l. l. § 11, 16.

[6]) Cf. Meisterhans l. l. § 8, 4 adn. 18.

[7]) Cf. Blass l. l. p. 38 sqq. Zacher l. l. p. 34. Meisterhans l. l. § 13, 1.

densus an leniter efflatus, utrum sonus alta an profunda an media voce emissus significaretur. Immo ipsis vocalium litteris conspicuae erant tantummodo sonorum qualitates et quantitates. Atque cum vocalium quantitates praecipue animadvertendae essent et in canendo (i. e. in arte rhythmica) et in carminibus componendis (i. e. in arte metrica) et in orationibus habendis (i. e. in arte rhetorica), suo iure veteres vocales digesserunt mensura.

Si ponderabantur ea temporis spatia, quae septem illarum vocalium soni explebant, facile cognoscebatur sonos, qui significantur notis Η et Ω, semper explere latissimum temporis spatium et sonos, qui insigniuntur litteris Ε et Ο, semper explere brevissimum spatium. Ob hanc indolem atque naturam appellabantur illi soni φωνήεντα ἀεὶ μακρά[1]) vel φύσει μακρά[2]) vel omnino μακρά, hi φωνήεντα ἀεὶ βραχέα vel φύσει βραχέα[3]) vel omnino βραχέα.[4]) Cf. Aristid. Quintil. de musica lib. I 20 p. 28, 26 (ed. A. Iahn) τῶν μὲν οὖν φωνηέντων τὰ μὲν ἐλαχίστῳ χρόνῳ προενεχθῆναι δυνάμενα βραχέα λέγεται, τὰ δ' ἐξ ἀνάγκης μείζονι μακρά· τὰ δ' ἐπαμφοτερίζοντα τῷ χρόνῳ καλεῖται δίχρονα; Stephanum in Bekkeri An. Gr. II 797, 3 μακρὰ δὲ εἶπε <sc. Dionysius Thrax p. 10, 1 (ed. Uhl.)> τὸ Η καὶ τὸ Ω, οὐχ ὅτι μεγάλαις γραμμαῖς κέχρηνται· δύναται γὰρ τὰ βραχέα μεγάλαις ταῖς γραμμαῖς γράφεσθαι· ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν πρός τί εἰσι καὶ κρίνεται τὰ μακρὰ ὡς πρὸς τὰ βραχέα. καὶ ἔστι ταῦτα εἰρημένα κατὰ μουσικὸν λόγον·[5]) τὸ γὰρ μακρὸν καὶ βραχὺ κατὰ χρόνον λέγει καὶ διάστημα τῆς φωνῆς; Melampodem seu Diomedem in Bekkeri An. Gr. II 797, 15 μακρὰ δὲ λέγεται ταῦτα (i. e. Η Ω) ὡς παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐν διπλασίονι χρόνῳ τῶν βραχέων ἐκφωνούμενα et eundem l. l. p. 798, 13 ad Dionysii Thracis (p. 10, 1 ed. Uhl.) verba βραχέα δύο, Ε καὶ Ο: δηλονότι οἱ παλαιοὶ ταῦτα (i. e. Ε Ο) παρατρέχοντες ἐφθέγγοντο καὶ οὐ τοσαύτην ὥραν, ὅσην ἐπὶ τοῦ Η καὶ τοῦ Ω, ἐποίουν ἐν τῷ ἐκφωνεῖν, ἀλλὰ τὸ ἥμισυ μέρος. Cf. etiam Pseudo-Theodosium (ed. Goettling) p. 32, 25 sqq. Sed aliter se

[1]) Cf. Aristot. περὶ ποιητικῆς p. 1458 a 11.
[2]) Cf. Sextum Empiricum p. 621, 17 (ed. Bekker).
[3]) Cf. Dionys. Thracem p. 20, 1 (ed. Uhl.), Sextum Empiricum p. 611, 13.
[4]) Cf. Aristot. περὶ ποιητικῆς p. 1458 a 15.
[5]) Cf. Crameri An. Par. IV 411, 19—23.

habebant soni, qui litteris Α Ι Υ notantur. Eorum propria erat certa qualitas, quantitas haud ita, etsi hi soni semper, quomodocunque pronuntiabantur, eisdem notis significabantur. Licebat enim hos sonos ita emittere, ut eos aut longius aut brevius temporis spatium caperet; atque si producti erant, quantitate pares erant vocalium natura longarum, Η et Ω, si correpti erant, quantitate idem valebant atque vocales natura breves, Ε et Ο. Huc accessit, quod erant vocabula, in quibus vocales Α Ι Υ medium fere locum inter productos et correptos sonos a i ü tenerent et ex arbitrio modo producerentur, modo corriperentur.[1]) Quae cum ita essent, statuendum erat sonos, qui litteris Α Ι Υ insigniuntur, mensura constantes non esse sed variari. Itaque his sonis appellationes inderentur necesse erat, quibus dubia atque corusca eorum natura illustraretur.

Haec doctrina, qua septem elementa vocalia agnoscuntur et mensura in tres classes digeruntur, per omnia saecula in grammaticorum scholis valuit, etsi ei vocalium soni qui recentioribus temporibus in omnium usu erant, qualitate admodum diversi erant ab eis sonis, qui antiquioribus temporibus audiebantur. Neque tamen ab omnibus sonorum immutatio neglecta est; erant enim ipsa Sexti Empirici aetate vel ante tempora eius philosophi quidam, qui etiam sonos ΑΙ ΕΙ ΟΥ elementorum linguae Graecae loco haberent; hi enim soni, qui antiquis temporibus diphthongi ($a^i$, $e^i$, $o^u$) fuerant, tum unum sonum (ä, i, u) efficiebant. Cf. Sextum Empiricum p. 625, 17 — 626, 11.[2]) Atque Sextus Empiricus ipse docuit non septem vocales agnoscendas esse, sed quinque: a e i o ü, nam Sexti Empirici aetate Η non aliter atque productus sonus Ε sonabat et Ω aeque ac productus sonus Ο pronuntiabatur; cf. Sextum Emp. p. 625, 9 ἡ γὰρ αὐτὴ δύναμις ἐπ' ἀμφοτέρων (scil. Ε Η) ἐστί, καὶ συσταλὲν μὲν τὸ Η γίνεται Ε, ἐκταθὲν δὲ τὸ Ε γίνεται Η. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ Ο καὶ τὸ Ω μία στοιχείου γενήσεται φύσις κοινὴ ἐκτάσει καὶ συστολῇ διαφέρουσα, ἐπείπερ τὸ μὲν Ω μακρόν ἐστιν Ο, τὸ δὲ Ο βραχύ ἐστιν Ω. τυφλώττουσιν οὖν οἱ γραμματικοὶ . . . λέγοντες ἑπτὰ φωνάεντα τυγχάνειν

---

[1]) Cf. Guil. Hartel, Homerische Studien p. 92[2], H. Draheim in Jahrb. f. class. Phil. vol. 133 (a. 1886) p. 668.

[2]) Cf. Blass l. l. p. 22, Zacher l. l. p. 13 sq., Meisterhans l. l. § 14, 9. 15, 6. 24. 20. 2.

τέντε μόνων ὄντων πρὸς τὴν φύσιν.[1]) Neque tamen Sextum ·ecentiores grammatici secuti sunt; immo semper valuit in Byzaninorum scholis doctrina veterum, etsi sermo cotidianus in dies nagis immutatus et adeo corruptus est, ut litterae H I Υ ΕΙ ΟΙ ΥΙ mius soni i vim haberent; cf. Carolum Foy, Lautsystem der Griechischen Vulgärsprache (Lips. 1879) p. 2 et Conradum Zacher . l. p. 6. 44. Itaque ea lingua Graeca quam Byzantini gramnatici docuerunt Dionysii Thracis arte ipsa vel eis erotematis grammaticis quae ex hac arte sunt oriunda[2]) usi, mirum quantum liscrepavit cum ea lingua Graeca quae tum in omnium usu ɜrat[3]): studuerunt magistri illi Byzantini antiquam linguam Graecam, cuius formam veterum opera repraesentant, conservare ɜamque in usu eruditorum atque doctorum Byzantinorum esse voluerunt.

Antiquissimus locus, quo vocales A I Υ a ceteris vocalibus e nensura seiunctae sunt, legitur in Aristotelis περὶ ποιητικῆς libro p. 1458a 8 sqq.), ubi secundum editionem tertiam ab Ioanne Vahlen Lipsiae a. 1885 curatam de substantivorum generibus ɪaec disseruntur:

αὐτῶν δὲ τῶν ὀνομάτων τὰ μὲν ἄρρενα, τὰ δὲ θήλεα, τὰ δὲ μεταξύ. ἄρρενα μὲν ὅσα τελευτᾷ εἰς τὸ N καὶ P καὶ Σ,[4]) καὶ ὅσα ἐκ τούτου (i. e. τοῦ Σ) σύγκειται· ταῦτα δ' ἐστὶν δύο, Ψ καὶ Ξ. θήλεα δὲ ὅσα (sc. τελευτᾷ) ἐκ τῶν φωνηέντων εἴς τε τὰ ἀεὶ μακρά, οἷον εἰς H καὶ Ω, καὶ τῶν ἐπεκτεινομένων εἰς A. ὥστε ἴσα συμβαίνει πλήθη (sc. τῶν στοιχείων), εἰς ὅσα (sc. τελευτᾷ) τὰ ἄρρενα καὶ τὰ θήλεα· τὸ γὰρ Ψ καὶ τὸ Ξ ταὐτά ἐστιν (sc. τῷ Σ). εἰς δὲ ἄφωνον οὐδὲν ὄνομα τελευτᾷ, οὐδὲ εἰς φωνῆεν βραχύ (i. e. E καὶ O)· εἰς δὲ τὸ I τρία μόνον, μέλι κόμμι πέπερι· εἰς δὲ τὸ Υ πέντε.[5]) τὰ δὲ μεταξὺ εἰς ταῦτα καὶ N καὶ Σ.

Vides hoc loco sollemnibus vocabulis additis seiungi vocales H Ω (i. e. τὰ ἀεὶ μακρὰ φωνήεντα) a vocalibus E O, quae φωνήεντα

[1]) Cf. Blass l. l. p. 36, Zacher l. l. p. 37.

[2]) Cf. Erotemata grammatica ex arte Dionysiana oriunda . . . edidit Petrus Egenolff (Manhemii 1880) et Gust. Uhlig in editione Dionysii artis p. VI.

[3]) Cf. Carolum Neumann, Griechische Geschichtschreiber und Geschichtsquellen im zwölften Jahrhundert (Lips. 1888) p. 41.

[4]) καὶ Σ add. cod. Riccardianus 16.

[5]) τὸ πῶυ τὸ νᾶπυ τὸ γόνυ τὸ δόρυ τὸ ἄστυ add. cod. Riccardianus 16.

βραχέα appellantur, et his vocalium generibus opponi vocales Α Ι Υ, quae quo vocabulo sollemni huius auctoris aetate appellatae sint, me quidem iudice ex hoc loco non cognoscitur. Nam nego Godofredum Hermannum,[1]) Ioannem Vahlen,[2]) Mauricium Schmidt[3]) vocabulum ἐπεκτεινόμενα recte ita interpretatos esse, ut generaliter idem valeret atque „vocales ancipites". Immo participii praesentis forma τὰ ἐπεκτεινόμενα (ἐκτεινόμενα, μηκυνόμενα) nunquam significavit generaliter „vocales Α Ι Υ, quae produci possunt",[4]) sed semper specialiter „quae productae sunt".[5]) Sed quoniam de interpretatione verborum, quae supra exscripsimus, adhuc inter viros doctos magna est controversia et alii his verbis sanam de substantivorum generibus doctrinam tradi praefracte negant, alii ea gravissimis mendis a librariis inquinata esse persuasum habent,[6]) de hoc loco, quem integrum esse existimo, accurate disseram et, quomodo videatur mihi interpretandus esse, explicabo.

Auctor eius de substantivorum generibus doctrinae quae hoc

---

[1]) Ed. (Lips. 1802) p. 57 et 166.

[2]) Cf. Sitzungsberichte d. Kais. Akad. d. Wiss. Philos.-hist. Cl. Vol. 56 (Vindob. 1867) p. 259, 16: Von Vocalen die immer langen Η und Ω und die doppelzeitigen (τὰ ἐπεκτεινόμενα) Α Ι Υ et p. 259, 25: Mit fast gleicher Ausschliesslichkeit gehören die Endungen Η und Ω den θήλεα an, und dass diesen als dritte Endung von den mittelzeitigen Vocalen noch Α hinzugefügt wird, mag bei der überwiegenden Zahl von Femininen dieses Ausgangs ohne grosses Bedenken hingenommen werden.

[3]) Aristoteles Ueber die Dichtkunst (Ienae 1875) p. 55.

[4]) Verba Graeca ita interpretatus est E. Egger in Essai sur l'histoire de la critique chez les Grecs (Paris. 1849) p. 371: Sont féminins ceux qui se terminent par les voyelles toujours longues, comme Η ou Ω, ou qui peuvent s'allonger, comme Α.

[5]) Cf. Dionysium Thracem p. 18, 4 et 21, 1 (ed. Uhl.) ὅτ' ἂν βραχεῖ τ βραχυνομένῳ φωνήεντι ἐπιφέρηται δύο σύμφωνα. Vocabulum βραχυνόμενον Dionysius usurpavit, si cum alio vocabulo sollemni (βραχύ) coniunctum est; sin aliter, dixit: τὶ τῶν διχρόνων κατὰ συστολὴν παραλαμβανόμενον (p. 20, 1 et similiter τὶ τῶν διχρόνων κατ' ἔκτασιν παραλαμβανόμενον (p. 18, 1) vocabulum ἐκτεινόμενον apud Dionysium Thracem casu non legitur. Cf. etiam Hephaestionem p. 3, 6. 11. 17. 5, 2. 7, 13 (ed. Westphal).

[6]) Cf. editiones quas curaverunt Godofredus Hermann p. 166, Franciscus Ritter p. 236, Franciscus Susemihl p. 166 sq., Mauricius Schmidt p. 54 sq et interpretationem Germanicam a Friderico Ueberweg (Lips. 1875) editam p. 33. 81. 108.

loco tradita est, ab eis terminationibus in quas substantiva exire solent, profectus est; attamen non animadvertit finales vocabulorum syllabas, sed litteras modo, dico Α Η Ι Ν Ξ Ρ Σ Υ Ψ Ω. Idem eo de quo agitur loco nequaquam enumeravit, quae cuique substantivorum generi litterae finales e cotidiani sermonis usu tribuerentur; nam si hoc animo intendisset, idem docuisset, quod Dionysius Thrax p. 15, 1 (ed. Uhl.) explicuit: τελικὰ ἀρσενικῶν ὀνομάτων ἀνεπεκτάτων κατ' εὐθεῖαν καὶ ἑνικὴν πτῶσιν στοιχεῖά ἐστι πέντε· Ν Ξ Ρ Σ Ψ ... θηλυκῶν δὲ ὀκτώ· Α Η Ω Ν Ξ Ρ Σ Ψ ... οὐδετέρων δὲ ἕξ· Α Ι Ν Ρ Σ Υ .... Immo auctor loci de quo agitur maiora, si fallor, ausus est.

Erant saeculo a. Chr. quinto philosophi Graeci, qui περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος[1]) disputantes quaererent, quae vocabula e communi loquendi usu tribus illis vocabulorum generibus adscriberentur, quae deinceps Protagoras ἄρρενα θήλεα σκεύη, Aristoteles ἄρρενα θήλεα μεταξύ, Alexandrini grammatici ἄρρενα θήλεα οὐδέτερα appellaverunt.[2]) Qua in re investiganda facile cognoverunt vocabula multa, quae eisdem litteris terminantur, non adscribi uni vocabulorum generi, sed alia alii. Quam sermonis cotidiani inconstantiam atque inaequalitatem ferri posse negaverunt: nam constat Protagoram ipsum vocabula μῆνις et πήληξ contra sermonis consuetudinem masculino generi adscripsisse;[3]) similiter Aristophanes Nub. 670 sqq. Socratem docentem fecit vocem κάρδοπος perperam adscribi vocabulis generis feminini, sed ad analogiam vocis Κλεώνυμος inter vocabula generis masculini recipiendam esse. Quae cum ita sint, apparet homines qui tali modo sermonis usum correcturi erant, priusquam corrigerent, quaesivisse, quae cuiusque vocabulorum generis litterae finales habendae essent primitivae nativaeque (πρωτότυποι). Talem de

---

[1]) Cf. H. Steinthal l. l. I 77 sqq. 88 sq.

[2]) Cf. L. Lersch, die Sprachphilosophie bei den Alten II p. 172 sqq. J. Vahlen in Sitzungsb. d. K. Ak. d. W. Phil.-hist. Cl. vol. 56 p. 258, H. Steinthal l. l. I. 186.

[3]) Cf. Aristot. περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων p. 173 b 17 σολοικισμὸς δ' οἷον μέν ἐστιν, εἴρηται πρότερον· ἔστι δὲ τοῦτο καὶ ποιεῖν καὶ μὴ ποιοῦντα φαίνεσθαι καὶ ποιοῦντα μὴ δοκεῖν, καθάπερ ὁ Πρωταγόρας ἔλεγεν, εἰ ὁ μῆνις καὶ ὁ πήληξ ἄρρεν ἐστίν· ὁ μὲν γὰρ λέγων ‚οὐλομένην' <Hom. A 2> σολοικίζει μὲν κατ' ἐκεῖνον (i. e. Πρωταγόραν), οὐ φαίνεται δὲ τοῖς ἄλλοις, ὁ δὲ ‚οὐλόμενον' φαίνεται μέν, ἀλλ' οὐ σολοικίζει.

primitivis nativisque substantivorum generum litteris finalibus doctrinam, nisi fallor, auctor loci quem supra transcripsimus, memoriae tradidit.

Profectus est auctor ille ab eis substantivis quae e cotidiani sermonis usu masculini generis sunt; idem, quoniam omnia huius generis substantiva terminantur consonis Ν Ξ Ρ Σ Ψ vel Ν Ρ Σ — nam Ψ et Ξ idem valere atque ΦΣ et ΧΣ diserte monuit — conclusit consonas Ν Ρ Σ esse primitivas litteras finales substantivorum generis masculini et ea substantiva in Ν Ρ Σ quae ex usu communi generis feminini essent, abusive huic generi adscripta esse. Quamobrem suo iure docuit: ἄρρενα μὲν ὅσα τελευτᾷ εἰς τὸ Ν καὶ Ρ καὶ Σ καὶ ὅσα ἐκ τούτου (i. e. τοῦ Σ) σύγκειται· ταῦτα δ' ἐστὶν δύο, Ψ καὶ Ξ.

Quod si concesseris, supersunt ex eis litteris in quas substantiva feminini generis exeunt, tantummodo vocales Α Η Ω, quae huius generis propriae haberi possint. Sed cum animadvertisset vocales Η Ω nulli generi adscriptas esse nisi feminino easdemque quantitate semper longas esse, facile adductus est, ut contenderet substantivorum generis feminini primitivas litteras finales esse vocales longas Η Ω et *productam* vocalem Α. Haec sententia me quidem iudice ipsis auctoris verbis perlucide expressa est: θήλεα δὲ ὅσα (sc. τελευτᾷ) ἐκ τῶν φωνηέντων εἴς τε τὰ ἀεὶ μακρά, οἷον εἰς Η καὶ Ω, καὶ τῶν ἐπεκτεινομένων εἰς Α. Si auctor vocalium quantitates non animadvertisset, verba τὰ ἀεὶ μακρά et τὰ ἐπεκτεινόμενα non addidisset, sed, quoniam solet in enumerandis litteris alphabeti ordinem religiose servare,[1]) simplicissime scripsisset: θήλεα δὲ ὅσα τελευτᾷ ἐκ τῶν φωνηέντων εἰς τὸ Α καὶ Η καὶ Ω.[2])

Post has curas si comparabantur primitivae litterae masculae cum femininis, efficiebatur masculini generis proprias esse tantummodo consonas, feminini tantummodo vocales longas, et quot consonas illi, tot vocales huic generi adscriptas esse; cui rei auctor magnam vim tribuit, nam diserte monuit:

[1]) Cf. verba εἰς τὸ Ν καὶ Ρ καὶ Σ, εἰς Η καὶ Ω, εἰς δὲ τὸ Ι... εἰς δὲ τὸ Υ, καὶ Ν καὶ Σ. Litteram Ψ utroque loco ante Ξ collocatam esse, quod littera Ψ pro Φ Σ et Ξ pro Χ Σ usurpatur, in promptu est; cf. C. Meisterhans, Grammatik der attischen Inschriften edit. II. § 2 d. e.

[2]) Vocabulum ἐπεκτεινόμενα recte interpretati sunt H. Steinthal l. l. I 269, F. Susemihl l. l. p. 167, F. Ueberweg l. l. p. 33.

ἴσα συμβαίνει πλήθη (sc. τῶν στοιχείων), εἰς ὅσα (sc. τελευτᾷ) τὰ ἄρρενα καὶ τὰ θήλεα iterum addens verba τὸ γὰρ Ψ καὶ τὸ Ξ ταὐτά ἐστιν (sc. τῷ Σ).[1])

Restant substantiva neutrius generis; solent exire in ΑΙΝΡΣΥ. Primo adspectu cognoscitur ex his litteris substantivorum neutrius generis proprias esse tantummodo vocales Ι et Υ. Sed auctor cum nosset non plus quam tria vocabula in Ι et quinque vocabula in Υ, facere non poterat, quin contenderet e ceteris quoque litteris (i. e. Α Ν Ρ Σ) nonnullas habendas esse primitivas huius generis litteras. In eligendis his litteris hanc viam ingressus esse videtur. Ac primum quidem quaesivit, in quas litteras pleraque neutrius generis substantiva exirent; atque cum vidisset permulta neutra exire in Ν (ΟΝ), Σ (ΑΣ, ΟΣ), Α, perpauca in Ρ (ΑΡ), hanc litteram, quam antea substantivis masculini generis adscripserat, a genere neutro prorsus abiudicavit. Deinde cum antea diserte demonstravisset masculina exire in tres consonas, feminina in totidem vocales productas, et cum duae vocales (i. e. Ι et Υ) substantivis neutrius generis adscriberentur necesse esset, non dubitavit, quin ex reliquis litteris (i. e. Ν Σ Α) ex analogia totidem consonae (i. e. Ν et Σ) primitivae generis neutrius litterae agnoscendae essent. Huius analogiae observandae causa procul dubio consulto neque animadvertit consonas Ν et Σ antea ipsi generi masculino concessas esse neque correptam vocalem Α, in quam non pauca substantiva Graeca exeunt, in numerum primitivarum litterarum recepit.

Quis auctor eius de vocabulorum generibus doctrinae quam enodare studuimus, fuerit, acceptum non habemus; certe eadem via progressus est, quam Protagoras instituit: nam illi quoque auctori docendum erat vocabula μῆνις et πήληξ contra cotidianum loquendi usum generi masculino adscribenda esse, quoniam utrumque vocabulum in litteram Σ exit. Cf. p. 13.

Utrum ea quam exposuimus doctrina ab Aristotele ipso in libro περὶ ποιητικῆς commemorata sit, an nonnulli viri docti veluti Fr. Ritter, Fr. Susemihl, M. Schmidt recte opinati sint

---

[1]) Cf. I. Vahlen in Sitzungsber. l. l. p. 260, 23: Das Geflissentliche, womit die beiden letzteren Endungen (i. e. Ψ et Ξ) als nicht besonders zu zählende hingestellt werden, was ja für die Sache untergeordnet war, zeigt die Absicht, eine gleiche Anzahl consonantischer Endungen für die ἄρρενα und vocalischer Endungen für die θήλεα zu gewinnen.

verba, de quibus disseruimus, recentiore aetate a librario aliquo in exitu capitis 21 addita esse, diiudicare non ausim; certe mirandum esset, si Aristoteles post absolutam de sex ὀνόματος εἴδεσι doctrinam et ante suam περὶ λέξεως doctrinam[1]) hanc de substantivorum generum primitivis litteris finalibus disputationem commemoravisset. Sed utut res se habet, prorsus facio cum Gustavo Uhlig, qui sagaciter monuit eam doctrinam qua substantivis feminini generis vocales solae conceduntur, non a philosopho aut grammatico inferioris aevi, sed ante Aristarchi aetatem excogitatam esse; cf. Festschrift zur Begrüssung der XXXVI. Philologenversammlung (a. 1882) p. 79 sq. et editionem Dionysianae artis p. LXXX sq. Docuit enim is in Dionysii Thracis, Aristarchi discipuli, arte talis doctrinae aliquod vestigium inveniri: nam is, qui in enumerandis alphabeti litteris ubivis alphabeti ordinem religiose servavit, in § 6 (p. 15, 3) hoc ordine neglecto scripsit: θηλυκῶν δὲ (sc. ὀνομάτων τελικὰ στοιχεῖα) ὀκτώ· ΑΗΩ·ΝΞΡΣΨ.

Reliquum est, ut de sollemnis vocabuli ἐπεκτείνεσθαι notione pauca addam. Aristoteles hoc vocabulo significavit et productionem vocalium ΑΙΥ (cf. metaph. IV 4 p. 1014b 16 φύσις λέγεται ἕνα μὲν τρόπον ἡ τῶν φυομένων γένεσις, οἷον εἴ τις ἐπεκτείνας λέγοι τὸ Υ.)[2]) et eam vocabulorum passionem quae fit, si aut producitur brevis vocalis (ΕΟ) aut additur syllaba (cf. de arte poetica c. XXI p. 1457 b 35 ἐπεκτεταμένον δέ ἐστιν [sc. ὄνομα]... ἐὰν φωνήεντι μακροτέρῳ κεχρημένον ᾖ τοῦ οἰκείου ἢ συλλαβῇ ἐμβεβλημένῃ... οἷον τὸ πόλεως πόληος καὶ τὸ Πηλέος <Πηλῆος καὶ τὸ Πηλείδου>[3]) Πηληιάδεω). Dionysius Thrax de vocalium ΑΙΥ productione disserens vocabulum simplex ἐκτείνεσθαι usurpavit (cf. p. 10, 2 [ed. Uhl.]), item Herodianus (cf. vol. I p. XCV [ed. Lentz]); hic vocabulo ἐπεκτείνεσθαι (ἐπέκτασις) ita modo usus est, ut significaret aut brevium vocalium (ΕΟ) productionem aut syllabae accessionem. Cf. Herodiani rell. ed. Lentz vol. I p. LXXXIX sq. et XCV.

---

[1]) Cf. quae hac de re monuit I. Vahlen l. l. p. 261 sq.

[2]) Hic vocabuli ἐπεκτείνεσθαι usus adhuc non innotuit nisi e Sexti Empirici libr. adv. grammat. § 109 et 110 (p. 623, 19 sqq.) teste C. Lehrs ad Herodiani lib. περὶ μονήρους λέξεως p. 26, 33 (cf. Herodiani scripta tria emendatiora p. 93 et Herodiani rell. ed. Lentz vol. I p. XCV).

[3]) Inseruit Mauricius Schmidt.

# Caput II.

## De vocalium ΑΙΥ nominibus.

De vocalium ΑΙΥ nominibus nemo usquam dedita opera lisseruit; pauca per occasionem rettulerunt Carol. Ern. Aug. Schmidt, Beiträge zur Geschichte der Grammatik des Griechischen ınd des Lateinischen (Halis 1859) p. 89 sq. et H. Steinthal, Geschichte der Sprachwissenschaft II p. 195. Itaque accuratius le his nominibus disputabimus eorumque usum atque historiam, uod quidem fieri possit, exponemus.

Si perlustraveris veterum libros, qui aetatem tulerunt, ognosces eam vocalium ΑΙΥ appellationem esse antiquissimam uam ad recentissima tempora usque grammatici metricique in leliciis habuerunt, dico appellationem δίχρονα. Primum haec 'ox invenitur in Dionysii Thracis arte grammatica § 6 (p. 9, 7 d. Uhl.) τούτων φωνήεντα μέν ἐστιν ἑπτά· Α Ε Η Ι Ο Υ Ω. φωνήεντα ὲ λέγεται, ὅτι φωνὴν ἀφ' ἑαυτῶν ἀποτελεῖ. τῶν δὲ φωνηέντων .ακρὰ μέν ἐστι δύο, Η καὶ Ω, βραχέα δύο, Ε καὶ Ο, δίχρονα τρία, ΙΥ. δίχρονα δὲ λέγεται, ἐπεὶ ἐκτείνεται καὶ συστέλλεται.

Erant ergo teste Dionysio in usu eorum qui Graece locuti unt, duo soni vocales natura (i. e. semper) longi (Η Ω), duo soni ocales natura[1]) (i. e. semper) breves (Ε Ο), tres soni (ΑΙΥ), qui a pronuntiari poterant, ut aut idem valerent atque vocales atura longae Η Ω (i. e. ἐκτείνονται) aut idem atque vocales atura breves Ε Ο (i. e. συστέλλονται).[2]) Quae vocabula Dionysius d harum vocalium naturam explicandam excitaverit, relatum on habemus; equidem non dubito, quin de vocalium ΑΙΥ natura lim pluribus verbis disputatum sit in genuina Dionysii arte rammatica aut in scholis saltem, quas Dionysius de re gramıatica habuit. Nam exceptis eis verbis quae legimus in ea Dionysianae artis forma quam repraesentant codices, videtur ıihi grammaticus ille diserte docuisse naturam vocalium ΑΙΥ sse talem, ut eas in quibusdam vocabulis modo producere modo

[1]) Cf. Dionysium Thracem p. 19, 6 βραχεῖα συλλαβὴ γίνεται ... ὅτ' ἂν (ῃ ἓν τι τῶν φύσει βραχέων, οἷον βρέφος.

[2]) Cf. quae dixi p. 9 sq.

corripere liceret, et hanc vocalium A I Y naturam demonstravisse versu illo Homerico[1])

ʹΑρες Ἆρες, βροτολοιγέ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα <E 31 = 455>.

De hoc versu Dionysium in scholis suis disputavisse pro certo habeo, quod ipsam vocem Ἄρης attulit et in capite περὶ μακρᾶς συλλαβῆς (p. 18, 1 μακρὰ συλλαβὴ γίνεται... ὅτ' ἂν ἔχῃ ἕν τι τῶν διχρόνων κατ' ἔκτασιν παραλαμβανόμενον, οἷον Ἄρης) et in capite περὶ βραχείας συλλαβῆς (p. 20, 1 βραχεῖα συλλαβὴ γίνεται... ὅτ' ἂν ἔχῃ ἕν τι τῶν διχρόνων κατὰ συστολὴν παραλαμβανόμενον, οἷον Ἄρης). Eundem versum recentioris quoque aetatis grammatici citaverunt, ubi vocalium A I Y naturam explicuerunt; cf. e. g. Sextum Empiricum p. 621, 18 τρία δὲ κοινὰ μήκους τε καὶ βραχύτητος, A I Y, ἅπερ δίχρονα καὶ ὑγρὰ καὶ ἀμφίβολα καὶ μεταβολικὰ καλοῦσιν· ἕκαστον γὰρ αὐτῶν πέφυκεν ὁτὲ μὲν ἐκτείνεσθαι, ὁτὲ δὲ συστέλλεσθαι, οἷον τὸ μὲν A ἐπὶ τοῦ

ʹΑρες Ἄρες, βροτολοιγέ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα <E 31 = 455>,

τὸ δὲ I

Ἴλιον εἰς ἱερήν· τῇ δ' ἀντίος ὤρνυτ' Ἀπόλλων <H 20> †[2]),

τὸ δὲ Y

θεσπέσιον νεφέων ἐκ Διὸς ὗεν ὕδωρ <Callimach. frg. anon. 390 ed. Schneider>.

Ex his exemplis ea quibus illustratur vocalium I et Y natura a reliquis grammaticis usurpata non sunt.

---

[1]) Solet Dionysius exempla, quibus utitur, ex Homeri carminibus sumere; semel Callimacheum versum usurpavisse videtur. Cf. latinum editionis Uhligianae indicem s. v. Homerus et Callimachus.

[2]) Is grammaticus ad quem Sexti verba redeunt, naturae vocalium A I Y illustrandae causa versus citare studuit, in quibus syllabae aut eiusdem vocabuli (ʹΑρες Ἄρες) aut vocabulorum eiusdem originis (ὗεν ὕδωρ) varia mensura essent. Atque cum in poetarum carminibus perpauci versus inveniantur, in quibus idem vocabulum vel eiusdem stirpis vocabula mensura mutata iterentur (cf. I. Bekker, Homer. Blätter I p. 193 sqq., Callimachea ed. O. Schneider I p. 152 sqq., A. Ludwich, Aristarchs Hom. Textkr. II p. 288 sqq.), auctor, quem Sextus secutus est, nullum versum repperit, quo naturam vocalis I simili modo demonstrare posset; itaque non dubito, quin librariorum incuria post v. H 20 versus aliquis omissus sit. Olim, quoniam de adiectivi ἱερός quantitate identidem grammatici disseruerunt (cf. cap. III 2 Tryphonis et cap. II fin. Demetrii Triclinii locos, quibus adde Herodianum II 15, 14 ed. Lentz [= Ps. Draconem p 74, 17 ed. Herm.; cf. etiam p. 52, 9 sqq.]), opinatus sum versum aliquem excidisse, in quo vocabuli ἱερός syllaba

Appellatio δίχρονα utrum a Dionysio vel ab Aristarcho eius magistro vel omnino a grammaticis Alexandrinis excogitata sit, an in scholis rhythmicorum vel metricorum, qui ante Dionysium Thracem fuerunt, usitata iam fuerit, demonstrari non potest. Sed constat inter omnes in hac appellatione multos artis grammaticae magistros offendisse et alia nomina usurpanda proposuisse.

Appellationem δίχρονα improbavisse videntur grammatici, quod ex ipso nomine non cognosceretur, quam vim altera huius nominis pars (χρόνος) haberet. Duplex enim vis inesse solet vocabulo χρόνος. Ac primum quidem significat generaliter vocalis syllabaeve quantitatem longam aut brevem; deinde specialiter idem valet ac χρόνος πρῶτος i. e. brevissimum temporis spatium, quo vocalium quantitates ita ponderabantur, ut brevis vel correpta vocalis unum χρόνον πρῶτον, longa vel producta vocalis duos χρόνους πρώτους efficeret; cf. Heliodorum grammaticum, Choerobosci pedisequum, in Alfredi Hilgard dissertatione de artis grammaticae ab Dionysio Thrace compositae interpretationibus veteribus (Lips. 1880) p. 8, 22 γενικοὶ χρόνα καλοῦνται ὅ τε μακρὸς καὶ ὁ βραχύς, οἵτινες τέμνονται εἰς εἰδικοὺς χρόνους· καὶ ὁ μὲν γενικὸς μακρὸς χρόνος δύο χρόνους (sc. εἰδικοὺς) ἔχει, ὁ δὲ γενικὸς βραχὺς χρόνος ἕνα χρόνον (sc. εἰδικὸν) ἔχει. πρὸς τὴν σχέσιν οὖν τῶν δύο χρόνων (sc. γενικῶν) δίχρονα καλοῦνται et p. 8, 35 καί φαμεν, ὅτι ἐκτεινόμενον δίχρονον δύο ἔχει χρόνους (sc. εἰδικοὺς) τοὺς τοῦ μακροῦ φωνήεντος (i. e. Η vel Ω), συστελλόμενον δὲ ἕνα (sc. εἰδικὸν χρόνον) τὸν τοῦ βραχέος φωνήεντος (i. e. Ε vel Ο). Quamobrem licebat vocales dividere

---

prima producta esset; nunc vero facio cum Riccardo Foerstero, qui benignissime me docuit mediae nominis Ἴλιον syllabae quantitatem a grammatico animadversam esse et unum ex eis Homeri versibus excidisse in quibus media huius nominis syllaba producta legebatur:

Ο 66 Ἰλίου προπάροιθε, πολέας ὀλέσαντ' αἰζηούς
Φ 104 Ἰλίου προπάροιθεν ἐμῇσ' ἐν χερσὶ βάλῃσιν
Χ 6 Ἰλίου προπάροιθε πυλάων τε Σκαιάων,

quae viri ill. coniectura eo maiorem veritatis speciem habet, quod versus, cuius in capite exstant verba Ἰλίου προπάροιθε(ν), a librario facile omitti poterat post versum, qui ab eodem vocabulo (Ἴλιον) initium capit.

I. si κατὰ γενικὸν χρόνον ponderabantur, in
μονόχρονα[1]: 1) μακρά (Η Ω)
2) βραχέα (Ε Ο)
δίχρονα: Α Ι Υ quae vocales modo productae modo correptae essent;

II. si κατὰ εἰδικὸν χρόνον ponderabantur in
μονόχρονα: Ε Ο, correptas vocales Α Ι Υ
δίχρονα: Η Ω, productas vocales Α Ι Υ.[2])

Illam digerendi rationem procul dubio amplexi sunt imprimis grammatici et metrici; nam non quaerebant, quot χρόνοις πρώτας syllabae vel vocales ponderarentur, sed animadvertebant, utrum generaliter longae an breves essent i. e. utrum μακρὸν an βραχὺν γενικὸν χρόνον haberent. Hanc digerendi rationem imprimis rhythmici observabant, quoniam vocales syllabasque accuratissime χρόνοις πρώτας et ἡμιχρονίοις pensitare solebant.[3]) Veri similius ergo est nomen δίχρονα, cuius altera pars significat τὸν γενικὸν χρόνον, a grammaticis quam a rhythmicis inventum esse.

Deinde fuerunt, qui appellationem δίχρονα perperam usurpatam esse docerent, quod vox hoc unum significare posset: vocales Α Ι Υ esse simul et longae et brevis quantitatis; cf. Stephanum in Bekkeri An. Gr. vol. II 800, 30 οὐ μέντοι δίχρονα (sc. ἔδει καλέσαι ταῦτα τὸν Διονύσιον)· τὸ γὰρ δίχρονον οὐδὲν ἄλλο δηλοῖ ἀλλ' ἢ ὅτι δύο χρόνους (sc. γενικοὺς) ἔχει· ταῦτα δὲ οὐδέποτε δύο χρόνους (sc. γενικοὺς) ἔχει, ἀλλὰ ποτὲ μὲν ἕνα (sc. εἰδικὸν χρόνον), ποτὲ δὲ δύο (sc. εἰδικοὺς χρόνους). Quod argutius quam verius disputatum esse concedes; nam si quis hanc ob causam in nomine δίχρονος offendit, certe offendendum erat etiam in his vocabulis:

δικατάληκτος *duas terminationes habens*; cf. Herodianum II 431, 1 (ed. Lentz) πάντα τὰ δικατάληκτα διὰ τοῦ Ι μακροῦ γράφεται οἷον δελφίς δελφίν, Ἐλευσίς Ἐλευσίν, γλωχίς γλωχίν κτλ.

---

[1]) In eis qui aetatem tulerunt libris grammaticis aut metricis vocabulum μονόχρονα ita usurpatum non est; nam ubicunque vocales enumerantur, vocalibus Η Ω et Ε Ο speciales appellationes (τὰ μακρὰ et τὰ βραχέα) induntur; sed cf. Eust. p. 32, 21 verba, quae citavi in capite VI ineunte.

[2]) Cf. Choeroboscum in Bekkeri An. Gr. vol. II 707, 12.

[3]) Cf. Rud. Westphal et Hugo Gleditsch, Allgemeine Theorie der Griechischen Metrik p. 95 sq.; cf. etiam Melamp. seu Diomedem in Bekker An. Gr. vol. II 821, 25 sqq.

διμάχαι *milites qui pro loco aut pedites aut equites sunt*; cf. Pollucis Onomast. I 132. Hesych. s. v. διμάχαι· οἱ λεγόμενοι ἅμιπποι, οἵτινες ὁτὲ μὲν πεζῇ, ὁτὲ δὲ ἐφ' ἵππων μάχονται.

δίλογος *bilinguis, versutus, qui alias alia dicit*; cf. Pauli epist. ad Timoth. I 3, 8 διακόνους ὡσαύτως σεμνούς, μὴ διλόγους, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας, μὴ αἰσχροκερδεῖς κτλ.

A saeculo a. Ch. primo nominis δίχρονα loco hae appellationes inventae sunt:

I. μεταπτωτικά (i. e. mutabilia).

Dionys. Halicarn. de comp. verb. c. XIV (ed. Usener l. l. p. XVII) ἔστι δὴ ταῦτα (sc. τὰ φωνήεντα) τὸν ἀριθμὸν ζ, δύο μὲν βραχέα, τό τε Ε καὶ τὸ Ο, δύο δὲ μακρά, τό τε Η καὶ τὸ Ω, τρία δὲ δίχρονα, τό τε Α καὶ τὸ Ι καὶ τὸ Υ· καὶ γὰρ ἐκτείνεται ταῦτα καὶ συστέλλεται· καὶ αὐτὰ οἱ μὲν (sc. Aristarchei) δίχρονα, ὥσπερ ἔφην, οἱ δὲ (Cratetei?) μεταπτωτικὰ καλοῦσιν.

Dionysii Hal. aetate vocabulum δίχρονα usitatius fuisse quam nomen μεταπτωτικά colligendum est, quod Dionysius l. l. illam appellationem priore loco, hanc posteriore loco commemoravit et quod Dionysius solet ipsam appellationem δίχρονα usurpare; cf. p. 160, 8. 162, 4. 178, 3 (ed. Schaefer). Saeculo p. Ch. primo appellationem δίχρονα in scholis grammaticis, quae habebantur Athenis, usitatam tritamque fuisse docet Plutarchus, qui in Conviv. quaest. IX c. 2 (ed. Wyttenbach vol. III p. 1045 sq.) de eis disputationibus quas Ammonius, philosophus peripateticus, Plutarchi magister, Athenis instituit, haec monuit: προὔτεινεν οὖν ὁ Ἑρμείας ὁ γεωμέτρης Πρωτογένει τῷ γραμματικῷ πρῶτος αἰτίαν εἰπεῖν, δι' ἣν τὸ ἄλφα προτάττεται τῶν γραμμάτων ἁπάντων. ὁ δὲ τὴν ἐν ταῖς σχολαῖς λεγομένην ἀπέδωκε· τὰ μὲν γὰρ φωνήεντα τῷ δικαιοτάτῳ λόγῳ πρωτεύειν τῶν ἀφώνων καὶ ἡμιφώνων· ἐν δὲ τούτοις τῶν μὲν μακρῶν ὄντων, τῶν δὲ βραχέων, τῶν δὲ ἀμφότερον[1]), καὶ διχρόνων λεγομένων, ταῦτα εἰκότως τῇ δυνάμει διαφέρειν κτλ.

Appellationi μεταπτωτικά prorsus respondet nomen:

II. μεταβολικά (i. e. mutabilia).

Sext. Emp. p. 621, 20 ἅπερ... καὶ μεταβολικὰ καλοῦσιν.

---

[1]) sc. ὄντων. Ἀμφότερον cod. Palat. Vat., ἀμφοτέρων Wyttenbach recte, ut videtur.

Ei qui vocalibus A I Υ propter ancipitem earum quantitatem nomen μεταβολικά indiderunt, vocales E O et H Ω, quarum quantitates non commutantur, ἀμετάβολα appellarent necesse erat. Haec appellandi ratio in usum grammaticorum recentioris aetatis transire non potuit, quod hi aliis rationibus ducti omnia linguae elementa (et consonas et vocales) in ἀμετάβολα et μεταβολικά diviserunt.

E consonis ipsa Dionysii Thracis aetate ἀμετάβολα appellatae sunt Λ Μ Ν Ρ, quod hae consonae neque in verborum neque in substantivorum flexionibus commutantur; cf. Dionys. Thr. p. 14, 7 (ed. Uhl.) ἀμετάβολα τέσσαρα· Λ Μ Ν Ρ. ἀμετάβολα δὲ λέγεται, ὅτι οὐ μεταβάλλει ἐν τοῖς μέλλουσι τῶν ῥημάτων, οὐδὲ ἐν ταῖς κλίσεσι τῶν ὀνομάτων. Quid de ceteris consonis, quae, quoniam in verborum et substantivorum flexionibus mutantur, μεταβολικά appellandae erant, Dionysius Thrax in scholis suis docuerit, ex arte eius non cognoscitur, nam appellatio μεταβολικά in arte ipsa non legitur; sed quid recentioribus temporibus in grammaticorum scholis de his consonis traditum sit, e scholiis in Dionysii artem conscriptis cognoscimus; cf. Pseudo-Theodosium (ed. Goettling) p. 38, 33 τὰ δὲ τῶν δεκαεπτὰ συμφώνων θεματικὰ ὄντα τῶν ῥημάτων μεταβολικά εἰσιν, οἷον τὸ Β Π Φ, Γ Κ Χ, Δ Θ Τ, Ζ ΣΣ· τὰ δὲ χαρακτηριστικά εἰσι τῶν μελλόντων, οἷον τὸ Ξ ἢ τὸ Ψ. καὶ εἰ ὁ ἐνεστὼς διὰ τοῦ Β ἢ Π ἢ Φ ἢ ΠΤ, διὰ τοῦ Ψ ὁ μέλλων ἐστίν· εἰ δὲ ὁ ἐνεστὼς <διὰ τοῦ Γ ἢ Κ ἢ Χ ἢ ΚΤ, διὰ τοῦ Ξ ὁ μέλλων ἐστίν· εἰ δὲ ὁ ἐνεστὼς διὰ τοῦ Δ ἢ Θ ἢ Τ, διὰ τοῦ Σ ὁ μέλλων ἐστίν· εἰ δὲ ὁ ἐνεστὼς διὰ>[1] τοῦ Ζ ἢ ΣΣ ἐστίν, διὰ τοῦ Ξ ἢ διὰ τοῦ Σ ὁ μέλλων ἐστίν.

Vocales[2]) grammatici recentiores in ἀμετάβολα et μεταβολικά diviserunt augmenti quod vocatur temporalis ratione habita; itaque ἀμετάβολα sunt vocales H I Υ Ω, quae, si inveniuntur in verbi capite, non immutantur in praeteritorum temporum formis, μεταβολικά vocales A E O, quae abire solent in H aut Ω; cf. quae de hac distinctione docuerunt Theodosius in Bekkeri An. Gr. vol. III 1010, 12 sqq., Choeroboscus dictat. in Theodosium vol. II 518, 13 sqq. 519, 2 sqq. (ed. Gaisf.), Melampus seu Diomedes in Bekkeri An. Gr.. vol. II 803, 30 sqq. 816, 13 sqq., Pseudo-Moschopulus (ed. Titze) p. 21, 10. 24, 12 sqq. [= Anonymi grammaticae

[1]) Addidi verba uncinis <> inclusa.

[2]) Cf. H. Steinthal l. l. II 195 adn. 2.

epitome. Emendavit Petr. Egenolff (Berol. 1877) p. 6, 14. 10, 22 sqq. coll. p. XXIII et XXV], Crameri An. Ox. IV 178, 12 sqq., erotemata grammatica ex arte Dionysiana oriunda ed. Petr. Egenolff (Manhemii 1880) p. 13—15; cf. etiam conspectum illum litterarum, qui legitur apud Pseudo-Theodosium (ed. Goettling) p. 13, 27 sqq. et Pseudo-Moschopulum (ed. Titze) p. 19, 6 sq. [= Anonymi grammaticae epitome. Emend. P. Egenolff p. 3, 12 sqq.].

III. τὰ μεταξύ, μέσα (i. e. media).

Aristides Quintilianus (ed. Iahn) p. 54, 15 τούτων δὴ (sc. τῶν στοιχείων) τὰ μὲν λειοτέρους ἀποτελεῖ τοὺς φθόγγους, ὡς τὰ φωνήεντα, τὰ δὲ τραχεῖς, ὡς τὰ ἄφωνα, τὰ δὲ μεταξύ, ὡς τὰ ἡμίφωνα. καὶ αὖθις τῶν φωνηέντων τὰ μὲν ἀκώλυτον προφερόμενα τὸν ἦχον, διὸ καὶ σεμνότερα πέφυκεν, ὡς τὰ μακρά (i. e. Η Ω)· τὰ δὲ εὐθέως περιγράφοντα (sc. τὸν ἦχον) ἧττον (sc. σεμνά), ὡς τὰ βραχέα (i. e. Ε Ο)· τὰ δὲ μεταξὺ κατά γε τὴν τῶν χρόνων ποιότητα (i. e. Α Ι Υ) καὶ τῆς εὐφωνίας μετείληφεν. Transcripsit haec ad verbum fere Pseudo-Moschopulus p. 22, 17 sqq. [= Anonymi grammaticae epitome. Emend. Petr. Egenolff p. 8, 9 sqq.].

Pseudo-Draco (ed. Godofr. Hermann) p. 147, 6 ἐπεὶ δὲ ἑνὸς ἑκάστου συμφώνου δύναμιν καὶ φωνήεντος ἔμαθες καὶ τίνα μὲν τῶν φωνηέντων εἰσὶ βραχέα, τίνα δὲ μακρά, τίνα δὲ μέσα ἤγουν δίχρονα κτλ. Descripsit haec Iacobus Diassorinus, qui medio fere saeculo XVI libellum περὶ μέτρων ποιητικῶν composuit et Draconis Stratonicensis nomine insignivit,[1]) e commentario quodam metrico, qui legitur in codice Havniensi 1965 (saec. XV—XVI) et in codice Ambrosiano A 110 sup. ord. (saec. XV—XVI); cf. Ludovicum Voltz, de Helia Monacho, Isaaco Monacho, Pseudo-Dracone scriptoribus metricis Byzantinis p. 47 et Guil. Studemund Anecdota Varia vol. I p. 184 sq.[2])

Appellationes τὰ μεταξύ et τὰ μέσα usurpari non potuerunt, nisi simul reliquae vocalium classes (τὰ μακρά et τὰ βραχέα) enumeratae erant, nam nomen μέσα omnibus temporibus proprie inditum est consonis Β Γ Δ; cf. Dionys. Thr. p. 12, 5 sqq. (ed.

---

[1]) Cf. Leopoldum Cohn in Philologische Abhandlungen Martin Hertz zum siebzigsten Geburtstage... dargebracht (Berol. 1888) p. 133 sqq.

[2]) Verba *aliae* (sc. *vocales*) *mediae sunt*, quibus utentem Charisium fecit H. Keil (Gramm. Lat. I 7, 12), eis quos citavit locis confirmata non sunt.

Uhl.), Stephanum in Bekk. An. Gr. vol. II 809, 23 sqq., Melamp. seu Diomed. l. l. p. 810, 5 sqq.; cf. etiam Pseudo-Theodosium (ed. Goettling) p. 36, 19.[1])

IV. ὑγρά (i. e. liquida).

Sextus Empir. p. 621, 19 ἅπερ . . . καὶ ὑγρὰ . . . καλοῦσιν.

Melamp. seu Diomed. in Bekkeri An. Gr. vol. II 801, 2 τινὲς δὲ ὑγρὰ (sc. ταῦτα ἐκάλεσαν) ὡς εὐόλισθα ἐπί τε τὸν τῆς μακρᾶς χρόνον καὶ τῆς βραχείας et l. l. 817, 18 (coll. vol. III 1175) ὥσπερ . . . ἐν τοῖς φωνήεσι τὰ δίχρονα ἕτεροι καὶ ὑγρὰ ἐκάλεσαν ὡς εὐόλισθα ἐπί τε τὸν τῆς μακρᾶς χρόνον καὶ ἐπὶ τὸν τῆς βραχείας, οὕτω καὶ ταῦτα (sc. Λ Μ Ν Ρ) ὑγρὰ καλεῖται, ὡς ποτὲ μὲν παρὰ τῷ ποιητῇ ἀντὶ δύο συμφώνων κείμενα, ποτὲ δὲ ἀνθ' ἑνός.

Heliodorus grammaticus in Alfredi Hilgard dissertatione p. 8, 26 ἔνιοι δὲ ὑγρὰ (sc. αὐτὰ [i. e. Α Ι Υ] καλοῦσι), παρόσον ἐκτείνεσθαι πεφύκασι τὰ ὑγρά (i. e. Λ Μ Ν Ρ).

Non indocte grammatici vel metrici quidam monuerunt similitudinem quandam esse sonis Λ Μ Ν Ρ cum vocalibus ancipitibus teste Stephano in Bekkeri An. Gr. vol. II 814, 18 τὰ διπλᾶ (i. e. Ζ Ξ Ψ) τοῖς μακροῖς (i. e. Η Ω), τὰ ἁπλᾶ (i. e. Β Γ Δ, Π Κ Τ, Φ Χ Θ, Σ) τοῖς βραχέσι (i. e. Ε Ο), τὰ ὑγρὰ (i. e. Λ Μ Ν Ρ) τοῖς διχρόνοις (i. e. Α Ι Υ) εἰκάζονται. Si enim quaesiverunt, quales essent horum linguae elementorum δυνάμεις et quomodo ea a poetis, imprimis ab Homero, ponderata essent, cognoverunt sonos Λ Μ Ν Ρ non aliter atque vocales Α Ι Υ quantitate variare.

Ac primum quidem animadverterunt eam syllabam finalem quae exit in brevem vocalem, in Homeri carminibus aut correptam manere aut productam esse, si proximum vocabulum ab uno sono Λ vel Μ vel Ν vel Ρ initium caperet. Hinc sequebatur unam liquidam per se solam ita pronuntiari potuisse, ut modo unum ἡμιχρόνιον, modo duo ἡμιχρόνια valeret; cf. Melampod. seu Diomed. in Bekkeri An. Graec. vol. II 777, 3 (coll. vol. III 1168) ἐπὶ δὲ τῶν ἑπτακαίδεκα συμφώνων εἴκοσι μίαν εὑρίσκομεν διαφοράς. τὰ δ' ἀμετάβολα, φημὶ δὴ Λ Μ Ν Ρ, ἔχει ὀκτὼ διαφοράς· ποτὲ μὲν μηκύνει τὰ πρὸ ἑαυτῶν φωνήεντα, ὡς δύο συμφώνων δύναμιν ἔχοντα καὶ ὡσανεὶ ἰσοδυναμοῦντα τῷ Ζ ἢ τῷ Ξ ἢ τῷ Ψ, ἀρχόμενα μέντοι λέξεως

[1]) Appellatio αἱ μέσαι semel ab Aristide Quintiliano p. 30, 2 sqq. (ed. Iahn) syllabis quae vocantur communibus indita est.

ὡς μετ' ὀλίγον εἰσόμεθα <pg. 834, 1—26>.[1]) ποτὲ δὲ οὐ μηκύνει, ἀλλὰ τοῖς συμφώνοις τοῖς ἄλλαις, τοῖς ἀπὸ ἡμιχρονίου δύναμιν ἔχουσιν, ὅμοια καθέστηκεν. ἄλλως οὖν ἐξεφωνοῦντο, ὡς εἴρηται, τὰ μηκύνοντα καὶ ἄλλως τὰ μὴ μηκύνοντα. τὰ δὲ ἐπίλοιπα δεκατρία σύμφωνα πρὸς μίαν ἔχει ἐκφώνησιν. Cf. etiam v. g. schol. Gud. ad Eur. Or. 705 πόλιν τε πεῖσαι τὸ[2]) λίαν χρῆσθαι καλῶς in Schol. Eur. (ed. Dind.) tom. II 188, 21 εἰ δέ τις εἴποι, ὡς, εἰ ‚τὸ λίαν' μικρὸν γράφεται, οὐκ ἀπαντᾷ πρὸς τὸ μέτρον, φαμέν, ὅτι οὐ μόνον τὰ δύο ἀμετάβολα ἐκτείνουσι παρὰ τοῖς ποιηταῖς, ἀλλὰ καὶ ἓν ἔσθ' ὅτε.[3])

Deinde in promptu erat duplicem vim tribuendam esse ei liquidae quae consonam mutam exciperet. Si enim hae consonae (i. e. muta et liquida) collocatae erant inter duas vocales, licebat hos sonos ita pronuntiare, ut prior clauderet priorem syllabam, posterior initium faceret posterioris syllabae. Si consonae hae ita disiuncte pronuntiatae sunt, utraque earum unum ἡμιχρόνιον valuit et, si in priore syllaba brevis vocalis consonae mutae anteposita est, haec syllaba a poetis longae loco habita est.[4]) Attamen si soni illi ita pronuntiati sunt, ut prior syllaba exiret in vocalem brevem et posterior initium caperet a consona muta cum liquida coniuncta, prior syllaba brevis producta non est: nam, quamquam consona muta unum ἡμιχρόνιον valuit, tamen liquida, quae cum antecedenti muta quasi in unum sonum confluxit, aliquanto minus quam ἡμιχρόνιον valuit.

Ergo, si quaerebatur, quomodo singula linguae elementa a poetis, imprimis ab Homero, ponderata essent, docendum erat: valere vocales

---

[1]) Versus Homericos, qui ad hanc doctrinam pertinent, collegit Heliodorus metricus saec. p. Ch. primo, cuius verba citavit Choeroboscus in Exegesi in Hephaestionis enchiridion (cf. Studemund An. Var. vol. I, p. 53, 5—9).

[2]) τῷ codd.

[3]) Grammatici vel metrici Byzantini statuerunt, ut versificatores Byzantini e quattuor illis liquidis sono P soli eiusmodi producendi vim concederent, testibus Melampode seu Diomede in Bekk. An. Gr. vol. II 834, 14—26 et Pseudo-Theodosio (ed. Goettling) p. 43, 5—15. De liquidarum vi metrica, quae cognoscitur ex epicorum Graecorum versibus cf. Aloisium Rzach in Sitzungsberichte d. Kais. Ak. d. Wiss. Philos.-hist. Cl. Vol. 95 (Vindob. 1880) p. 681 sqq.

[4]) Cf. Hephaest. p. 8, 10 (ed. Westph.) et Georgii Choerobosci exegesin in Heph. ench. in Studemund An. Var. vol. I 47, 16 sqq.

Η Ω duos χρόνους πρώτους,
Α Ι Υ modo duos χρόνους πρώτους, modo unum χρόνον πρῶτον,
Ε Ο unum χρόνον πρῶτον,

et consonas

Ζ Ξ Ψ duo ἡμιχρόνια,
Λ Μ Ν Ρ modo duo ἡμιχρόνια, modo unum ἡμιχρόνιον, modo aliquanto minus quam unum ἡμιχρόνιον,
Κ Π Τ, Β Γ Δ, Θ Φ Χ, Σ unum ἡμιχρόνιον.

Ob hanc similitudinem, quae erat vocalibus Α Ι Υ cum liquidis, grammatici vel metrici quidam non dubitaverunt easdem appellationes utrique elementorum generi indere; quare vocales Α Ι Υ appellabantur ὑγρά[1]) et consonae Λ Μ Ν Ρ vice versa δίχρονα; cf. Melampodem seu Diomedem in Bekkeri An. Gr. vol. II 813, 21 (coll. vol. III 1174) ὥσπερ . . . τῶν φωνηέντων τὰ μέν ἐστι μακρά, τὰ δὲ βραχέα, τὰ δὲ δίχρονα, οὕτω καὶ τῶν συμφώνων τὰ μέν ἐστι μακρά, ἅπερ φησὶν αὐτὸς (i. e. Dionysius Thrax p. 14, 4 ed. Uhl.) διπλᾶ, Ζ Ξ Ψ, τὰ δὲ δίχρονα, Λ Μ Ν Ρ, τὰ δὲ ἐπίλοιπα βραχέα. καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῶν φωνηέντων τὸ Η δύναμιν ἔχει δύο βραχέων, τοῦ Α καὶ <Ε, καὶ τὸ Ω δύναμιν ἔχει δύο βραχέων, τοῦ Α καὶ>[2]) Ο, οὕτω καὶ τὸ Ζ Ξ Ψ δύναμιν ἔχει τῶν δύο συμφώνων βραχέων τῶν ἐχόντων ἀπὸ ἡμιχρονίου, ὅθεν καὶ ἐν τῷ μέτρῳ ἀντὶ ἐπιφορᾶς δύο συμφώνων παραλαμβάνεται ἕνα ἐχόντων χρόνον (sc. πρῶτον). ἐντεῦθεν καὶ διπλᾶ αὐτά φησιν (sc. Dionysius Thrax l. l.) ὡς διπλασίονα δύναμιν ἔχοντα τῶν ἄλλων· τῶν γὰρ ἑπτακαίδεκα συμφώνων τὰ μὲν δέκα ἀπὸ ἡμιχρονίου ἀεὶ ἔχει, τὰ δὲ τέσσαρα ἀμετάβολα ποτὲ μὲν ἀπὸ ἑνὸς χρόνου, ποτὲ δὲ ἀπὸ ἡμιχρονίου (διὸ καὶ δίχρονα αὐτὰ ἔφαμεν), ποτὲ δὲ οὔτε ἀπὸ

---

[1]) De nomine ὑγρά, quod proprium est sonorum Λ Μ Ν Ρ, cf. imprimis Aristidem Quintilianum p. 29, 5 (ed. Iahn), Georg. Choerobosc. Exeges. in Hephaest. enchirid. in Studemund An. Var. vol. I 48, 16, [Stephanum] in Bekkeri An. Gr. vol. II 817, 9, Melampodem seu Diomedem ib. 817, 24, Psellum (ed. Boissonade Norimbergae 1838) p. 72 [= Pseudo-Theodosium (ed. Goettling) p. 39, 10 sqq.] et in Boissonade An. Gr. vol. III 213 v. 260 sqq. Maximum Planudem in Bachmanni An. Gr. vol. II (Lips. 1828) p. 21, 5 [= Isaacum Monachum ib. p. 195, 8] et e grammaticis Latinis Terentianum Maurum v. 832, Atilium Fortunatianum (Gramm. Lat. vol. VI 279, 10), Marium Victorinum (ib. VI 6, 20. 32, 10), Charisium (ib. I 8, 6), Diomedem (ib. I 423, 2), Donatum (ib. IV 368, 1), commentatores artis Donati (ib. IV 221, 15. 422, 26. 477, 2. V 27, 32. 109, 11. 22).

[2]) Verba uncinis < > inclusa addidi; cf. Bekkeri An. Gr. vol. III 1174.

ἡμιχρονίου,[1]) ὡς σὺν θεῷ εἰσόμεθα ἐν τῷ περὶ κοινῆς συλλαβῆς,[2]) ταῦτα δὲ τὰ τρία, Z Ξ Ψ, ἀεὶ ἀπὸ ἑνὸς χρόνου (sc. πρώτου) ἔχει.

Idem dicendi usus confirmatur etiam Prisciani testimonio, qui aeque vocalibus Latinis ac consonis liquidis appellationem *ancipites vel liquidas* indidit; cf. Grammat. Lat. ex rec. H. Keil Vol. II p. 9, 30: *Vocales apud Latinos omnes sunt ancipites vel liquidae, hoc est, quae facile modo produci modo corripi possunt, sicut etiam apud antiquissimos erant Graecorum ante inventionem* H *et* Ω, *quibus inventis* E *et* O, *quae ante ancipites erant, remanserunt perpetuo breves, cum earum productarum loca possessa sint a supra dictis vocalibus semper longis. Sunt etiam in consonantibus longae, ut puta duplices* X *et* Z: *sicut enim longae vocales, sic hae quoque longam faciunt syllabam. Sunt similiter ancipites vel liquidae, ut* L R, *quae modo longam modo brevem post mutas positae in eadem syllaba faciunt syllabam; his quidam addunt non irrationabiliter* M *et* N, *quia ipsae quoque communes faciunt syllabas post mutas positae, quod diversorum confirmatur auctoritate tam Graecorum quam Latinorum.*

Sed ex eis quae de vocalibus Latinis docuit Priscianus[3]) sequitur eum non cognovisse appellationibus Graecis (δίχρονα, ὑγρά) ipsam sonorum vocalium naturam illustrari; immo has appellationes ad vocalium litteras modo sive *litterarum figuras*[4]) pertinere putavit.

E grammaticis Latinis Priscianus solus utrumque nomen et vocalibus et consonis liquidis indidit; atque cum constet saepissime Priscianum et Dionysianae artis scholiastas ipsam Apollonii Dyscoli doctrinam secutos esse (cf. Theodorum Matthias in Jahrb. f. class. Philol. Suppl. vol. XV [Lips. 1887] p. 594), veri simillimum est Apollonium Dyscolum in eo libro in quo περὶ

[1]) Cf. Aristidem Quintilianum (ed. Iahn) p. 29, 5 τὰ δὲ ἔλαττον ἑνὸς συμφώνου δυνάμενα κατὰ συμπλοκὴν ὑγρὰ καλεῖται.

[2]) In eis Melampodis seu Diomedis scholiis in Dionysianam artem conscriptis quae adhuc edita sunt, non leguntur verba, ad quae delegamur. Cf. Hoerschelmann, de Dionysii Thracis interpretibus veteribus commentationis part. I (Lips. 1874) p. 25.

[3]) Cf. etiam p. 323, 4: *Latini tamen omnes vocales bitempores, id est διχρόνους, habentes...*

[4]) Cf. Priscianum l. l. p. 7, 6: *Sunt igitur figurae litterarum, quibus nos utimur, viginti tres, ipsae vero pronuntiationes earum multo ampliores.*

στοιχείων disputavit exposuisse vocalibus A I Υ magnam esse similitudinem cum sonis Λ M N P et ob eam causam utrique elementorum generi et δίχρονα et ὑγρά nomen inditum esse.

V. κοινά (i. e. communia).

Velius Longus (Gramm. Lat. ex rec. H. Keil vol. VII 47, 18): *Incipiamus nunc de litterarum potestate disserere. ac primum eadem est nostrarum potestas vocalium, quae fuit Graecorum apud antiquos circa correptionem productionemque, siquidem apud illos quinque tantum fuere vocales,* A E I O Υ, *atque hae similiter producebantur corripiebanturque sicut hodie* A I Υ, *quae appellantur apud illos* κοιναί. *postea, ut quidam putant, Simonides invenit duas vocales quas dixit* φύσει μακράς, H *et* Ω...

Sextus Empiricus p. 621, 16 τῶν δὲ φωναέντων τρεῖς λέγουσι (sc. οἱ γραμματικοί) διαφοράς· δύο μὲν γὰρ αὐτῶν φύσει μακρὰ λέγουσι τυγχάνειν, τὸ H καὶ τὸ Ω, ἰσάριθμα δὲ βραχέα, τὸ E καὶ τὸ O, τρία δὲ κοινὰ μήκους τε καὶ βραχύτητος, A I Υ, ἅπερ δίχρονα... καλοῦσιν. p. 611, 13 τῶν φωναέντων τὰ μὲν φύσει βραχέα, τὰ δὲ μακρά, τὰ δὲ δίχρονα καὶ κοινὰ μήκους τε καὶ συστολῆς. p. 622, 22 τὰ δίχρονα κοινὴν φύσιν μήκους τε καὶ βραχύτητος ἀξιούμενα ἔχειν. p. 623, 8 κοινὰ φύσει ὑπάρχειν ταῦτα παρόσον ἐπιδεκτικά ἐστιν ἑκατέρου, μήκους τε καὶ συστολῆς. p. 626, 14 κοινὰ λέγεται στοιχεῖα τρία, A I Υ, διὰ τὸ ἐπιδεκτικὰ τυγχάνειν μήκους τε καὶ συστολῆς. p. 627, 3 (φύσει μακρὰ συλλαβὴ γίνεται) ὅταν κοινὸν ἔχῃ τὸ στοιχεῖον μακροτόνως παρειλημμένον ὡς ἐπὶ τῆς Ἄρης· τὸ γὰρ A δίχρονον νῦν μακροτόνως ἐκφέρεται.[1]) Cf. etiam p. 622, 27 ἀλλ' ὁ μὲν χαρακτὴρ (sc. τοῦ A I Υ) κατ' ἰδίαν οὐκ ἔστι κοινοῦ φύσει στοιχείου μηνυτικός. p. 624, 4. 18. 30. 625, 7.

Melampus seu Diomedes in Bekkeri An. Gr. vol. II 801, 11 (coll. III 1172) καὶ κοινά (sc. ταῦτά τινες ἐκάλεσαν).

Heliodorus grammaticus in Alfredi Hilgard dissertat. p. 8, 27 τινὲς δὲ αὐτὰ κοινὰ προσαγορεύουσιν.

Commentum Einsidlense (Anecd. Helvet. ed. H. Hagen p. 224, 1) ad Donati verba *Latinae vocales corripi et produci possunt: Et ideo dichronae sunt, unum videlicet vel duo tempora habentes, sicut ara quando altare significat, longam habet* A, *quando vero stabulum porcorum, brevem, sic et de ceteris. Graeci vero*

---

[1]) Cf. Dionysium Thracem p. 18, 1 (ed. Uhl.) ὅτ' ἂν ἔχῃ ἕν τι τῶν διχρόνων κατ' ἔκτασιν παραλαμβανόμενον, οἷον Ἄρης.

*quasdam habent vocales, quae semper producuntur, ut* Η *et* Ω, *et alias habent, quae perpetue breviantur, sicut* Ε *et* Ο. *Habent etiam communes, quae dichronae vocantur, ut* Α Ι Υ.[1])

Velius Longus appellationem κοινά aperte vocalium Α Ι Υ litteris sive notis ipsis indidit; putavit enim has notas appellatas esse κοινάς, quod eis et correpti et producti soni Α Ι Υ aeque significarentur atque, priusquam litterae Η et Ω inventae erant, litteris Α Ε Ι Ο Υ omnium (et correptarum et productarum) vocalium soni. A Graecis ipsis appellatione κοινά non litteras, sed sonos vocales significari eorumque naturam atque indolem illustrari cognoscitur e Sexti Empirici verbis, quae supra descripsi; accedit, quod is diserte fatetur non litteras, sed earum δυνάμεις i. e. pronuntiationes a se animadversas esse; cf. p. 621, 7 καὶ δὴ τριχῶς λεγομένου τοῦ στοιχείου, <I> τοῦ τε γραφομένου χαρακτῆρος καὶ τύπου καὶ <II> τῆς τούτου δυνάμεως καὶ ἔτι <III> τοῦ ὀνόματος, προαγέτω νῦν ἡ ζήτησις μάλιστα περὶ τῆς δυνάμεως· αὕτη γὰρ καὶ κυρίως στοιχεῖον παρ᾽ αὐτοῖς προσηγόρευται.

Appellatio κοινά, quae est longe simplicissima, sapit artem metricam: ut metrici syllabas digesserunt in συλλαβὰς μακράς, βραχείας, κοινάς,[2]) ita erant, qui vocalium sonos dividerent in φωνήεντα μακρά, βραχέα, κοινά.

VI. ἀμφίβολα (i. e. ambigua).

Sextus Empiricus p. 621, 19 ἅπερ... καὶ ἀμφίβολα... καλοῦσιν.

Sonorum Ε Ο et Η Ω quantitates semper certae sunt; opponuntur eis soni Α Ι Υ, quorum quantitates ambiguae appellari possunt, quoniam aut producte aut correpte pronuntiantur; cf. Pseudo-Theodosium (ed. Goettling) p. 40, 3 ἐπὶ τοῦ ὅρου τῆς μακρᾶς συλλαβῆς λέγοντος (sc. τοῦ Διονυσίου p. 17, 5 ed. Uhl.) ὅτι μακρὰ συλλαβή ἐστιν ἡ ἔχουσα μακρὸν φωνῆεν ἢ μηκυνόμενον δίχρονον ἢ μίαν τῶν διφθόγγων, ἐζήτησάν τινες, ὅτι, εἰ τὰ δίχρονα ἔχουσιν ἀμφίβολον τὸν χρόνον, αἱ δὲ δίφθογγοι ἀναμφιβόλως μακραὶ

---

[1]) Cf. etiam schol. Odoardi Bizeti ad Aristoph. Lys. 418 τὸ δακτυλίδιον πιέζει τὸ ζυγόν (cf. Aristoph. comoed. ed. Ph. Invernizius vol. XI Lips. 1823 p. 105): ‚πιέζει‘ δὲ θλίβει, σφίγγει· ἀλλ᾽ ἴσως βέλτιον γράφειν ‚ὑποπιέζει‘ καὶ τοῦ νοῦ καὶ τοῦ μέτρου χάριν, ἐὰν τὸ πρότερον Ι τοῦ ‚δακτυλίδιον‘ συστέλλεται· τὸ γὰρ Ι φύσει κοινόν.

[2]) De doctrinae περὶ συλλαβῆς κοινῆς historia cf. Henr. Grossmann, de doctrinae metricae reliquiis ab Eustathio servatis (Argentor. 1887) p. 10 sq.

τυγχάνουσιν, διατί μὴ ἐπροέταξε[1]) τῶν ἀμφιβόλων τὰ ἀναμφίβολα; καὶ λέγομεν, ὅτι τὰ δίχρονα οὐκ ἐκ συνθέσεως εἶχον τὸ εἶναι μακρά, ἀλλ' ἐκ φύσεως· ... τὰ δὲ δίχρονα ἐξ ἀρχῆς μὲν εἶχον ἐκ φύσεως τὸ ποτὲ μὲν ἐκτείνεσθαι, τὸ ποτὲ δὲ συστέλλεσθαι.

**Georg. Choerobosc. dictata (ed. Gaisford) tom. I (Oxonii 1842) p. 18, 21** ὥσπερ ἐπάνω τοῦ Η καὶ τοῦ Ω οὐ τίθεμεν τὸν τύπον τῆς μακρᾶς, ἐπειδὴ ὡμολόγηται, ὅτι μακρά εἰσι ταῦτα, καὶ ὥσπερ ἐπάνω τοῦ Ε καὶ τοῦ Ο οὐ τίθεμεν τὸν τύπον τῆς βραχείας, ἐπειδὴ ὡμολόγηται, ὅτι βραχέα εἰσὶ ταῦτα, ἐπάνω τῶν διχρόνων, φημὶ δὴ τοῦ Α καὶ τοῦ Ι καὶ τοῦ Υ, τίθεμεν πῆ μὲν τὸν τύπον τῆς μακρᾶς, πῆ δὲ τὸν τύπον τῆς βραχείας, ἐπειδὴ ἀμφιβάλλονται ταῦτα, καὶ πῆ μὲν ἐκτείνονται, πῆ δὲ συστέλλονται, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπάνω τῆς συλλαβῆς τῆς μὴ ἐχούσης τὸν κύριον τόνον τῆς λέξεως οὐ δεῖ προσθεῖναι τὸν τύπον τῆς βαρείας, ἐπειδὴ ὡμολόγηται, ὅτι πᾶσα συλλαβὴ χωρὶς τῆς συλλαβῆς τῆς ἐχούσης τὸν κύριον τόνον τῆς λέξεως βαρεῖαν δέχεται.

**Melampodem seu Diomedem in Bekkeri An. Gr. vol. II 801, 1** ἀμφιβαλλόμενα (sc. ταῦτά τινες ἐκάλεσαν)· ποτὲ γὰρ μακρά ἐστι, ποτὲ δὲ βραχέα.

**Stephanum in Bekkeri An. Gr. vol. II 800, 28** ἔδει ἀμφίβολα καλέσαι ταῦτα τὸν Διονύσιον <p. 10, 2 ed. Uhl.>· ἀμφιβάλλεται γάρ, πότερον μακρὰ ἢ βραχέα· οὐ μέντοι δίχρονα. τὸ γὰρ δίχρονον οὐδὲν ἄλλο δηλοῖ ἀλλ' ἢ ὅτι δύο χρόνους (sc. γενικούς) ἔχει· ταῦτα δὲ οὐδέποτε δύο χρόνους (sc. γενικοὺς) ἔχει, ἀλλὰ ποτὲ μὲν ἕνα (sc. εἰδικὸν χρόνον), ποτὲ δὲ δύο (sc. εἰδικοὺς χρόνους).

**Heliodorum grammaticum in Alfredi Hilgard dissertat. p. 8, 26** ἄλλοι δὲ ἀμφίβολα (sc. καλοῦσιν), ὡς ἀμφιβαλλόμενα, πότε μακρά ἐστι, πότε βραχεῖα (sc. προσῳδία).

**Anonymi[2]) notam in Bekkeri An. Gr. vol. II 715, 4** ἡ μακρὰ καὶ ἡ βραχεῖα τίθεται ἐν τοῖς ἀμφιβόλοις ἤγουν διχρόνοις· οὔτε γὰρ ἐν τοῖς μακροῖς στοιχείοις, τῷ Η καὶ τῷ Ω, ἡ μακρὰ τίθεται, οὔτε ἐν τοῖς βραχέσι, τῷ Ε καὶ τῷ Ο, ἡ βραχεῖα· δῆλα γὰρ τὰ μακρὰ καὶ τὰ βραχέα αὐτόθεν εἰσίν. λοιπὸν ἐν τοῖς διχρόνοις τίθενται, ἡ μακρὰ μὲν ἐν τοῖς ἀμφιβόλοις ὡς μακροῖς, ἡ δὲ βραχεῖα ἐν τοῖς ὁμοίως βραχέσιν.

**Cf. etiam P. Egenolff, die orthoepischen Stücke der byzantinischen Litteratur (Lips. 1887) p. 10 adn. 6.**

[1]) De hac forma cf. quae adnotavit Car. Guil. Goettling l. l. p. 217.
[2]) De hoc scholiasta cf. Gust. Uhlig in Dionysianae artis editione p. LI.

Si discesserimus ab eis de quibus disputavimus nominibus, quibus Graeci ipsam sonorum A I Υ naturam atque indolem significaverunt atque illustraverunt, supersunt duo nomina, quorum inventores aperte non animadverterunt sonos, sed ipsas vocalium A I Υ litteras sive notas:

VII. δίσημα (i. e. quae sunt duorum signorum).

Melamp. seu Diomed. in Bekkeri An. Gr. vol. II 801, 4 ἄλλοι δὲ δίσημα (sc. ταῦτα ἐκάλεσαν), ὡς ἐπιδεχόμενα δύο σημεῖα,[1]) ποτὲ τῆς μακρᾶς καὶ ποτὲ τῆς βραχείας.

Ergo erant grammatici, qui ex eis notis quae vocalium litteris superscribebantur ad illustrandum earum γενικὸν χρόνον (βραχύν aut μακρόν), vocales dividerent in

μονόσημα: ε̆ ŏ, η̄ ω̄ et
δίσημα: ᾱ̆ ῑ̆ ῡ̆.

Huius doctrinae vestigia supersunt apud Eustathii auctorem quendam, qui adiectivum δίσημος ad vocalium A I Υ naturam explicandam usurpavit; cf. Eust. p. 517, 48 (ad E 31 Ἆρες Ἄρες, βροτολοιγέ κτλ.) ὅρα ὅπως ὁμοῦ παρέθετο (sc. ὁ Ὅμηρος) τὸ αὐτὸ ὄνομα ἐν ἐκτάσει τε διχρόνου καὶ ἐν συστολῇ, ὡς ἂν ἐνδείξηται σαφέστατα τὴν διφόρησιν τῶν δισήμων διχρόνων et p. 828, 27 (ad Λ 27 τρεῖς ἑκάτερθε ἴρισιν ἐοικότες, ἅς τε Κρονίων) τοῦτο δὲ διὰ τὸ δίσημον γίνεται τῶν διχρόνων· διὸ ἐν τῷ ‚ἴρισιν ἐοικότες' ἡ μὲν ἄρχουσα συνέσταλται, ἡ δὲ μετ' αὐτὴν δευτέρα ἐκτείνεται μεταθέσει χρόνου, ὁποία τις γίνεται καὶ ἐν τῷ Κρονίων [⏑– –], Κρονίωνος [⏑⏑–⏑][2]).

Qui huius appellationis inventores fuerint, non est in promptu; nam nego fidem habendam esse Heliodoro grammatico et Michaeli Psello, qui nomen δίσημα a rhythmicis usurpatum esse memoriae

---

[1]) Cf. Choeroboscum seu Porphyrium (de quibus disseruit Gust. Uhlig in Dionysianae artis editione p. L sq.) in Bekkeri An. Gr. vol. II 689, 7 ὥσπερ ὁμολογουμένως ὄντος τοῦ Η μακροῦ καὶ τοῦ Ω, οὐ τίθεται ἐπάνω αὐτῶν τὸ σημεῖον τῆς μακρᾶς, οὔτε μὴν ἐπάνω τοῦ Ε καὶ τοῦ Ο τὸ σημεῖον τῆς βραχείας· καὶ χωρὶς γὰρ σημείων ὡμολόγηται, ὅτι μακρά εἰσι τὸ Η καὶ τὸ Ω, καὶ τὸ Ε καὶ τὸ Ο ὅτι βραχέα· τίθεμεν δὲ ταῦτα ἐπὶ τῶν διχρόνων, ἐπὶ μὲν τοῦ ‚ἰσχυρότατος' τὸ σημεῖον τῆς μακρᾶς, ἐπὶ δὲ τοῦ ‚ὀχυρώτατος' τὸ σημεῖον τῆς βραχείας, διότι ἄδηλόν ἐστι χωρὶς τῆς ἐπιθέσεως τῶν σημείων, εἴτε μακρόν ἐστι εἴτε βραχὺ τὸ Υ κτλ.

[2]) Fortasse legendum est: ἐν τῷ Κρονίονος [⏑–⏑⏑], Κρονίωνος [⏑⏑–⏑]. De nominis Κρονίων mensura cf. Eust. p. 144, 39. 193, 12. 317, 22. 417, 20. 469, 3. 852 ex. 934, 30. 943, 50. 959, 62. 983, 16. 1704, 7.

tradiderunt: cf. Heliodorum in Alfredi Hilgard dissertat. p. 8, 25 οἵ γε μὴν ῥυθμικοὶ δίσημα αὐτὰ (i. e. τὰ δίχρονα) καλοῦσι, σημεῖον λέγοντες τὸν χρόνον.

Michaelem Psellum in carm. περὶ τῆς γραμματικῆς v. 205 (Boissonade An. Gr. vol. III p. 211)

τὰ δίχρονα δὲ δίσημα οἱ ῥυθμικοὶ[1]) καλοῦσιν.

Unde haec appellationis δίσημα explicatio originem duxerit, facile cognoscitur. Constat enim inter omnes a nonnullis Alexandrinae aetatis rhythmicis τὸν εἰδικὸν χρόνον i. e. τὸν χρόνον πρῶτον agrimensorum more appellatum esse σημεῖον; cf. Aristidem Quintilianum p. 21, 32 (ed. Iahn) πρῶτος μὲν οὖν ἐστι χρόνος ἄτομος καὶ ἐλάχιστος, ὃς καὶ σημεῖον καλεῖται ... σημεῖον δὲ καλεῖται διὰ τὸ ἀμερὴς εἶναι, καθὸ καὶ οἱ γεωμέτραι τὸ παρά σφισιν ἀμερὲς σημεῖον προσηγόρευσαν et Longinum philosophum in Scholiis Hephaestioneis alteris (ed. Hoerschelmann Dorpati 1882) p. 2, 28 μέτρον καλοῦμεν καὶ τὸν χρόνον (i. e. πρῶτον), ὃν τινὲς τῶν ῥυθμικῶν σημεῖον προσαγορεύουσιν.[2]) Ergo is grammaticus ad quem redeunt Heliodori et Pselli verba, aut ignoravit a rhythmicis illis τῷ εἰδικῷ (non γενικῷ) χρόνῳ i. e. τῷ χρόνῳ πρώτῳ nomen σημεῖον inditum esse aut non animadvertit in appellatione δίχρονα generalem vim tributam esse vocabulo χρόνος.

VIII. τρίχρονα (i. e. quae sunt trium χρόνων πρώτων).

Melamp. seu Diomed. in Bekkeri An. Gr. vol. II 801, 5 (coll. vol. III 1172) τινὲς δὲ τρίχρονα (sc. αὐτὰ ἐκάλεσαν), ὡς ποτὲ μὲν ἔχοντα δύο χρόνους (i. e. πρώτους), ὅτε μακρά ἐστι, ποτὲ δὲ ἕνα (i. e. χρόνον πρῶτον), ὅτε βραχέα ἐστίν. ἀλλ' οὐ καλῶς οὕτω ὠνόμασαν αὐτὰ τρίχρονα· οὐ γὰρ ὁμοῦ ἐπιδέχεται τοὺς τρεῖς χρόνους (i. e. πρώτους), ἐπεὶ ἔμελλεν ὑπὲρ τὸ Η καὶ Ω μακρότερα εἶναι.

Erant grammatici mirum quantum futtiles, qui vocales ita scriptas

ε̆ ŏ, η ω̄, ᾰῐῠ

digito demonstrantes insulse docerent Ε Ο esse μονόχρονα, Η Ω esse δίχρονα, Α Ι Υ esse τρίχρονα; recte refutata est haec appellatio a Melampode seu Diomede.

[1]) Correxi; ἀριθμοὶ cod. Paris. 2620 et Boissonade, ἀριθμητικοὶ codd. Paris. 2408 et 2551.

[2]) Cf. etiam Westphal, Griechische Rhythmik p. 84 sq. et 215.

Sed, quamquam multa nomina vocalibus A I Υ indita sunt, tamen vicit nomen δίχρονα neque e scholis grammaticis remotum est, quoniam Dionysius Thrax, cuius libellum aureum quasi ducem grammatici recentiores secuti sunt, hanc appellationem usurpavit; cf. Melamp. seu Diomed. in Bekkeri An. Gr. vol. II 801, 7 (coll. vol. III 1172) οἱ δὲ ὠνόμασαν αὐτὰ δίχρονα, ὅπερ καὶ ἐπεκράτησε. ποτὲ γὰρ τὸν χρόνον τῆς μακρᾶς (sc. προσῳδίας), ποτὲ δὲ τῆς βραχείας (sc. προσῳδίας) ἐπιδέχονται, ὅπερ καὶ αὐτός φησι (sc. Dionysius Thrax p. 10, 2 ed. Uhl.), διὰ τοῦτο εἰρῆσθαι δίχρονα ‚ἐπεὶ ἐκτείνεται καὶ συστέλλεται'.

Appellationis δίχρονα vim circumscribere saeculo decimo tertio exeunte studuit Demetrius Triclinius. Is enim docuit nomen δίχρονα iure ac merito indi eis modo vocalibus A I Υ, quae inessent eis vocabulis quorum syllabas veteres poetae ad suum arbitrium ponderavissent, reliquorum autem vocabulorum vocales A I Υ abusive δίχρονα appellari, quoniam harum vocalium quantitates essent certae; cf. Triclinii scholion ad Aeschyli Septem v. 911 (in Philologi vol. XXI p. 219) de voce Ἄρης· εὕρηται γὰρ καὶ μακρὸν καὶ βραχὺ τὸ τοῦ Ἄρεος Α, ὃ καὶ κυρίως ἐγώ φημι ὀνομάζεσθαι δίχρονον καὶ τἆλλα τὰ παραπλήσια et schol. ad Soph. Oed. Reg. v. 879 (in Sophoclearum tragoediarum editione Turnebiana p. 71, 18) de voce καλός· ἔοικεν οὖν ἀμφοτέρους τοὺς χρόνους καὶ τοῦτο δέχεσθαι, ὃ καὶ κυρίως ἐγώ φημι δίχρονον ὡς ἀμφοτέρους τοὺς χρόνους δεχόμενον· τοιοῦτον γὰρ καὶ τὸ ὑμεῖς καὶ τὸ ἀήρ καὶ ὕδωρ καὶ ἱερός καὶ τὰ τοιαῦτα. Cf. etiam cap. VII, II.

---

# Caput III.

## De Ptolemaeo Ascalonita, Tryphone, Heliodoro.

Quid de vocalium A I Υ usu poetico, imprimis Homerico, grammatici Alexandrini docuerint, maxime perspicitur e Ptolemaei Ascalonitae, Tryphonis, Heliodori fragmentis quibusdam, quae ab Eustathio memoriae tradita sunt.

### 1. De Ptolemaeo Ascalonita.

Ptolemaeus Ascalonita, quo nemo erat acrior Aristarcheae analogiae tutor atque defensor, iudice Maximiliano Baege in

Dissertat. Halens. vol. V. (Halis 1883) p. 140 ineunte saeculo p. Ch. primo vel paulo post[1]) Romae artem grammaticam docuit et cum alios libros tum Ἰλιακὰς et Ὀδυσσειακὰς προσῳδίας composuit, quos libros Suidas s. v. Πτολεμαῖος uno nomine Ὁμηρικὴν προσῳδίαν appellavit. Ex Iliaca prosodia superest unum de dichronorum usu frustulum, quod procul dubio e plenioribus scholiis Homericis desumpsit Eustathius p. 556, 33 ad E 359 τὸ „φίλε' ἐκτείνει καὶ ἐνταῦθα τὸ τῆς ἀρχούσης δίχρονον, ὡς καὶ ἐν τῇ γ' ῥαψῳδίᾳ·[2]) φησὶ γὰρ

[1]) In lubrica de Ptolemaei vita quaestione tractanda haec dubitatione vacare puto. Quo tempore Ptolemaeus vixerit, traditum est Stephani Byzantii et Herodiani fragmentis; sed ei inter se dissentiunt. Stephanus (s. v. Ἀσκάλων) eum Aristarchi ipsius discipulum fuisse docuit; Herodianus eum aliquanto post Aristarchum floruisse putavit; cf. Herodiani schol. ad Λ 636 (de voce ἄλλος): ὁ Ἀσκαλωνίτης ψιλοῖ καί φησιν . . . πολὺ πρότερον δὲ οὕτως καὶ Ἀρίσταρχος; ad I 6 (de voce ΑΜΥΔΙΣ): Νικίας καὶ Πάμφιλος δασύνουσι . . . ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης καὶ οἱ περὶ Ἀλεξίωνα ψιλοῦσιν, πολὺ δὲ πρότερον καὶ οἱ περὶ Ἀρίσταρχον. Cf. etiam schol. ad O 10. Deinde animadvertendum est, si ab Herodiano in eodem enuntiato explicatur Aristarchum idem sentire ac Ptolemaeum et Alexionem, Ptolemaeum non una cum Aristarcho commemorari, sed Alexionis nomen semper collocatum esse inter Aristarchi et Ptolemaei nomina; cf. schol. ad Λ 503. 652 Ἀρίσταρχος καὶ Ἀλεξίων καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης et inverso ordine schol. ad K 134 ὁ Ἀσκαλωνίτης καὶ Ἀλεξίων καὶ Ἀρίσταρχος. Denique Herodianus, ubi Ptolemaeum et Alexionem in eodem enuntiato citavit, modo hoc ordine ὁ Ἀσκαλωνίτης καὶ Ἀλεξίων (cf. schol. I 6. 426. K 134. O 10. 309), modo inverso ordine Ἀλεξίων καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης (cf. ad Λ 503. 652) usus est. Ex his locis colligendum est Herodiano quidem iudice Ptolemaeum fuisse Alexionis aequalem i. e. saeculo p. Ch. primo floruisse (cf. M. Baege l. l. p. 137). Herodianum in statuendis temporibus Ptolemaei et Alexionis, quos viros clarissimos ex omnibus grammaticis saepissime laudavit (cf. Theod. Beccard, de scholiis in Homeri Iliadem Venetis A [Berol. 1850] p. 77 et indicem auctorum Herodiani reliquiarum editioni Lentzianae ab Arthurio Ludwich additum), egregie falli equidem vix crediderim. — Ptolemaei nomen primum nobis occurrit apud Herennium Philonem Byblium (seu Ammonium s. v. σταφυλή et τρίετες, de quo cf. Leop. Cohn in Berliner Studien vol. I [Berol. 1884] p. 611. 615 sqq.), deinde apud Apollonium Dyscolum (de pronom. p. 78, 31 ed. Schneider) et Nicanorem (cf. schol. ad A 211. 216. Γ 155). — De aliorum virorum doctorum sententiis cf. Aug. Blau, de Aristarchi discipulis (Ienae 1883) p. 25 sqq.

[2]) In errore versatur Eustathius, nam in carmine Γ vocativus φίλε non legitur nisi in versu 172, sed correpta syllaba priore: αἰδοῖός τέ μοι ἐσσί, φίλε ἑκυρέ, δεινός τε (cf. Eust. p. 399, 32 sqq.); neque reliquis carminis Γ versibus (11. 31. 130. 138. 162. 163. 192. 244. 307), quibus aliae vocis φίλος formae

φίλε κασίγνητε, κόμισαί τέ με, δὸς δέ μοι ἵππους <E 359>, διὸ καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης, φασί, περιέσπα τὸ ΦΙ. Cf. M. Baege l. l. p. 180.

Ergo docuit Ptolemaeus vocabulorum accentus ex ea quam Homerus admisit vocalium ΑΙΥ quantitate commutandos esse. Nam cum hoc loco vocis φῖλε priorem syllabam contra usum communem ab Homero productam esse existimaret, ex hac quantitate vocalem Ι accentu circumflexo insigniri iussit.

Animadvertendum est uno hoc de quo agitur loco diserte tradi Alexandrina aetate vocabulorum accentus ex ea vocalium ΑΙΥ mensura quam poetae metri causa usurpaverunt commutatos esse. Byzantini poetae saepissime accentum circumflexum accentu acuto mutaverunt, si circumflexa syllaba, quae vocalem Α vel Ι vel Υ continebat, brevis syllabae loco usurpata erat; cf. Isidorum Hilberg in Wiener Studien vol. VIII (Vindob. 1886) p. 292 et vol. X (ib. 1888) p. 82 sq.

Eis grammaticis qui ante Ptolemaeum vocis φίλε (E 359) accentum non commutaverunt, docendum erat Homerum composuisse versum, cuius pes primus uno χρόνῳ πρώτῳ brevior esset. Sed etiam post Ptolemaeum fuerunt, qui idem sentirent; cf. schol. Townl. ad X 379 ἐπειδὴ τόνδ' ἄνδρα θεοὶ δαμάσασθαι ἔδωκαν: σημειῶδες ὅτι καὶ ἀκεφάλοις χρῆται ὁ ποιητής· ὥστε οὐ δεῖ προπερισπᾶν τὸ ‚φίλε κασίγνητε' <E 359 conf. Δ 155. Φ 308> et Eust. 1274, 50 qui hoc scholio usus est: ἰστέον δὲ καὶ ὅτι τὸ ‚ἐπειδὴ τόνδ' ἄνδρα' καὶ ἑξῆς ἀκέφαλον στίχον οἱ παλαιοί φασιν ὅμοιον τῷ ‚φίλε κασίγνητε' <E 359 cf. Δ 155. Φ 308>, ὥστε οὐκ ἀναγκαῖον προπερισπᾶν ἐκεῖ τὸ φίλε, ὡς ἂν ἀποτελεσθείη δάκτυλος, ἀλλ' ὀξυνομένης τῆς ἀρχούσης μετρηθῆναι κἀκεῖνον τὸν στίχον ὡς ἀκέφαλον.[1])

Alii grammatici recentiores, quamquam vocis φίλε priorem syllabam a poeta longae syllabae loco haberi agnoverunt, tamen

---

traduntur, producitur syllaba ΦΙ. In animo certe habuit Eustathius versum Δ 155 φίλε κασίγνητε, θάνατόν νύ τοι ὅρκι' ἔταμνον.

[1]) Cf. Rauscher, de scholiis Homericis ad rem metricam pertinentibus (Argentor. 1886) p. 50. Sollemne vocabulum ἀκέφαλος, quo significatur hexameter qui initio uno χρόνῳ πρώτῳ caret, non fuit in usu scriptorum de re metrica Graecorum, qui ante saeculum p. Ch. alterum fuerunt; cf. Rauscher l. l. p. 21 et Voltz in Commentat. in honorem Guilelmi Studemund (Argentor. 1889) p. 79.

accentum acutum non mutaverunt; nam docuerunt syllabam ΦΙ esse communem syllabam, quae propter accentum acutum secundum eam περὶ κοινῆς συλλαβῆς doctrinam quam excogitavit Heliodorus teste Georgio Choerobosco in Exegesi in Hephaestionis enchiridion (cf. Studemund Anecdot. Var. vol. I p. 52, 6) longae syllabae vice usurparetur; cf. Eust. p. 458, 3 ad Δ 155

φίλε κασίγνητε, θάνατόν νύ τοι ὅρκι' ἔταμνον

Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ φίλε ἐκτείνει ἐνταῦθα τὴν παραλήγουσαν οὐχ ὥστε μὴν καὶ περισπασθῆναι αὐτήν, ἀλλὰ κατὰ λόγον κοινῆς συλλαβῆς διὰ τὴν ὀξεῖαν, ὡς καὶ ἐν ἄλλαις γίνεται[1]. Sed Heliodorus ipse eum de quo agitur versum aliter explicuit; cf. p. 43sq.

Ptolemaeus versus E 359 lectionem φίλε primus novavit procul dubio ex eiusdem carminis versu 31 = 455

Ἆρες Ἄρες, βροτολοιγέ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα.[2])

Vario accentu Ἆρες Ἄρες ab Alexandrinis grammaticis scriptum esse veri simillimum est; nam Dionysius Thrax versu E 33 = 455 aperte animadverso utramque vocis Ἄρης formam, et productam et correptam, agnovit p. 18, 1 μακρὰ συλλαβὴ γίνεται...ὅτ' ἂν ἔχῃ ἕν τι τῶν διχρόνων κατ' ἔκτασιν παραλαμβανόμενον οἷον Ἄρης et p. 20, 1 βραχεῖα συλλαβὴ γίνεται... ὅτ' ἂν ἔχῃ ἕν τι τῶν διχρόνων κατὰ συστολὴν παραλαμβανόμενον οἷον Ἄρης. Cf. Stephanum in Bekkeri An. Gr. vol. II 825, 10sqq.[3]) Itaque in fragmentis Didymeis suo iure Ἆρες Ἄρες scripsit Ludwich, Aristarchs Homerische Textkritik I p. 251, 8.

## 2. De Tryphone.

Augusti temporibus paullo post Didymum iudice C. A. Bapp in Leipziger Studien vol. VIII (a. 1885) p. 107 sqq. floruit Trypho,

---

[1]) Cf. Grossmann, de doctrinae metricae reliquiis ab Eustathio servatis p. 9.

[2]) De hoc quoque versu Ptolemaeum disseruisse discimus ex Eust. p. 518, 18 ἰστέον δέ, ὡς ἐν τοῖς Ἀπίωνος καὶ Ἡροδώρου (i. e. in scholiis plenioribus codicis Veneti A; cf. Lehrs, de Aristarchi studiis Homericis ed. III. [Lips. 1882] p. 35. 364 sqq.) φέρεται, ὅτι τοῦ Ἆρες Ἄρες τὸ σχῆμα παλιλλογία ἐστὶ καὶ ὅτι ὁ γραμματικὸς Ἰξίων τὸ δεύτερον ΑΡΕΣ ὀξύνει, γράφων ἀρές, ὅ ἐστι βλαπτικέ. οὐδέποτε γάρ, φησι, κυρίου ὀνόματος κλητικὴ παραλλήλως κεῖται παρὰ τῷ ποιητῇ. πρόδηλον δέ, φησι, καὶ ἐκ τοῦ βροτολοιγέ καὶ τοῦ μιαιφόνε, ὅτι καὶ τὸ ἄρες ἐπιθετικόν ἐστιν. ὁ δὲ Πτολεμαῖος καὶ ἡ παράδοσις διὰ μείζω ἔμφασιν κύριον καὶ τὸ δεύτερον Ἄρες παραλαμβάνει. Cf. Baege l. l. p. 179 et Lentz ad Herodiani vol. II p. 181 fragm. 42.

[3]) Cf. etiam quae dixi p. 18.

qui cum alios libros grammaticos tum opus, quod inscribitur περὶ ἀρχαίας ἀναγνώσεως, composuit. In hoc opere, quo de Aristarchi aliorumque grammaticorum observationibus, quae pertinent ad Homericorum vocabulorum aspirationem accentum distinctionem, disseruit, occasione oblata de dichronis ipsis quoque disputavit. Ex eis observationibus quae ad vocalium A I Υ mensuram spectant, unum frustulum admodum memorabile ab Eustathio solo memoriae traditum est. Cf. Eust. 556, 35:

> Σημειοῦνται δὲ καὶ ὅτι ἐν μὲν τῷ
> αἰδεῖσθαί θ' ἱερῆα <Α 23 = 377>

καὶ ἐν τῷ

> προσέειφ'[1]) ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο <β 409 = σ 60 = σ 405 = φ 101 = φ 130>

συστέλλεται τὸ Ι τοῦ ἱερόν· ἐν δὲ τῷ

> ἱερὸν ἰχθύν <Π 407>

ἐκτείνεται, ὡς μέν τινές φασι, καθὰ λέγει καὶ Τρύφων <frg. 102 ed. Velsen> ἐν τοῖς περὶ ἀρχαίας ἀναγνώσεως, διὰ τὸ

> τὸν ποιητὴν ἐκτείνειν πολλὰ ἕνεκεν τοῦ μέτρου,

ὡς δὲ οἱ ἀκριβέστεροι λέγουσι διὰ τὸ

> φευκτέον εἶναι ἐν δακτυλικῷ μέτρῳ τὸ παράλληλον τῶν τριῶν βραχειῶν.

In eo quod Eustathius descripsit scholio grammatici in duo genera dividuntur ex eis verbis quibus correptarum vocalium A I Υ productionem ab Homero admissam explicare solent.

a. Erant qui satis haberent, si ab Homero breves syllabae productae erant, adnotasse Homerum metri causa vocales breves produxisse (τὸν ποιητὴν ἐκτείνειν πολλὰ ἕνεκεν τοῦ μέτρου). Huic grammaticorum ordini adscribendus est Trypho; sed eadem dictione usi sunt plerique grammatici, veluti Crates Mallotes (ad ι 60), Didymus (ad β 2), Nicias (ad E 203), Aristonicus (ad E 708. Λ 45. P 218. Φ 262), Herodianus (ad B 498. 518. 731 saepissime); cf. fragmenta, quae collegit Rauscher l. l. p. 6 sqq.; adde Demetrium Ixionem teste Athenaeo lib. IX p. 393b (cf. Tr. Staesche, de Demetrio Ixione grammatico [Halis 1883] p. 19) et auctorem anonymum apud Hesychium s. v. ἀκειωμένον [νῆας

---

[1]) προσέφ' ed. Romana; μετέειφ' aut μετέφη codices Homerici; προσέφ<η> scripsit Rauscher l. l. p. 18; προσέειφ' legi ipse in codice Vratislaviensi Rehdigerano 24 (olim I 2, 14) fol. 225r.

ἀκειόμενον ξ 383]: σύνηθες δὲ τῷ ποιητῇ τοῦ μέτρου ἕνεκα χρῆσθαι τοῖς βραχέσιν ἀντὶ τῶν μακρῶν καὶ τοῖς μακροῖς ἀντὶ τῶν βραχέων (cf. Ludwich, Aristarchs Homerische Textkritik II p. 125).

**b.** Alii grammatici, qui Tryphoni reliquisque quos commemoravi grammaticis oppositi ab Eustathio οἱ ἀκριβέστεροι appellantur, productiones vocalium brevium ad certas leges metricas revocaverunt; docuerunt enim saepius ab Homero vocales breves productas esse, quod tres (vel plus quam tres) syllabae breves continuae dactylico metro non satisfacerent (φευκτέον εἶναι ἐν δακτυλικῷ μέτρῳ τὸ παράλληλον τῶν τριῶν βραχειῶν). Antiquissimus grammaticus, cuius in fragmentis nos quidem eam qua οἱ ἀκριβέστεροι usi sunt dictionem legimus, est Philoxenus, Tryphoni aetate aequalis vel suppar;[1]) cf. Orionis Thebani etymolog. (ed. Sturz) p. 63, 1 s. v. ἐναλίγκιος (coll. EM. 337, 20 sqq.): παρὰ τὸ εἴκω τὸ ὁμοιῶ· ὥσπερ παρὰ τὸ πήσσω πάγιος, ἁρμόζω ἁρμόδιος, καὶ παρὰ τὸ εἴκω εἴκιος. καὶ ὥσπερ τὸ εἴκελος ἀποβάλλει τὸ Ε·

εἴκελος[2]) ἀστεροπῇ <Ξ 386>,

οὕτω καὶ παρὰ τὸ εἴκω εἴκιος ἐνείκιος καὶ χωρὶς τοῦ Ε καὶ προσιόντος τοῦ ΑΛ καὶ πλεονάσαντος τοῦ Γ διὰ τὰ ἐπάλληλα βραχέα ἐναλίγκιος. Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ ἀναδιπλασιασμοῦ et schol. ad ξ 485 ἀγκῶνι νύξας· ὁ δ' ἄρ' ἐμμαπέως ὑπάκουσεν (coll. Eust. 612, 43)[3]): ταχέως, ἅμα τῷ λόγῳ. οὕτω δὲ Φιλόξενος σχηματίζει τὴν λέξιν ἐν δευτέρῳ περὶ μονοσυλλάβων ῥημάτων· παρὰ τὸ ἔπος παράγουσι σύνθετον τὸ ἀμεπής ὡς ψεῦδος ἀψευδής· εἶτα ἐξ αὐτοῦ παράγουσι μεσότητος ἐπίρρημα ἀμεπῶς ὡς ἀψευδῶς καὶ ἐν Ἰωνικῇ διαλύσει ἀμεπέως ὡς ἀψευδέως. καὶ ἐπεὶ τρεῖς βραχεῖαι ἀλλεπάλληλοι οὐ συνίστανται, τῷ διπλασιασμῷ τοῦ Μ καὶ ἀντιπαραχωρήσει τοῦ Α καὶ Ε γίνεται ἐμμαπέως. Eandem dictionem usurpavit etiam Herodianus; cf. I 521, 24 = II 15, 28 (ed. Lentz): τὸ Α ἡ στέρησις συστέλλεσθαι θέλει· ἄκακος, ἄσεμνος, ἄφιλος· τὸ γὰρ ἀθάνατος καὶ ἀκάματος ἐξέτειναν τὸ Α διὰ τὰς ἐπαλλήλους τέσσαρας βραχείας, αἵτινες ἄθετοί εἰσιν εἰς ἡρωϊκὸν μέτρον.

[1]) Philoxenum Augusti et Tiberii temporibus Romae artem grammaticam professum esse docuit Henricus Kleist, de Philoxeni grammatici Alexandrini studiis etymologicis (Gryphiswald. 1865) p. 9.

[2]) Larcher legendum proposuit: ἴκελον; sed coll. EM 337, 20 sqq. veri similius est post versum Ξ 386 excidisse versum δ 249 τῷδ' ἴκελος Τρώων κτλ.

[3]) Cf. Herodianum vol. II 387, 25; παράγουσι Lentz, γράφουσι codd. utroque loco.

Doctrinae τῶν ἀκριβεστέρων fragmenta haud spernenda, quae pertinent ad correptarum vocalium Α Ι Υ productionem, servata sunt ab Eustathio p. 556, 41 τούτῳ τῷ λόγῳ (i. e. τῶν ἀκριβεστέρων) καὶ τοῦ ἀκάματος καὶ ἀθάνατος, ὡς προερρέθη <p. 142, 26. 514, 11>, ἐκτείνεται τὸ κατ' ἀρχὰς δίχρονον καὶ τοῦ

ἄορι θεινομένων <K 484 = Φ 21>

καὶ

ἶσος Ἐνυαλίῳ <X 132>

καὶ

ἱέμενος <καὶ>[1]) καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι <α 58>

καὶ

ἀποπέσῃσιν

ἐν τῷ τῆς Ὀδυσσείας ω' <v. 7> καὶ ἄλλα πολλά.

Eodem vel simili fonte, unde Eustathius sua hausit, usus est Gregorius Corinthius, qui de E 31 = 455 Ἆρες Ἄρες, quem versum Hermogenes in libro περὶ μεθόδου δεινότητος (Walz, Rhet. Graec. III 412, 14) citavit, haec adnotavit (cf. l. l. vol. VII 1190, 24): Ἐκτέταται δὲ τὸ δίχρονον καὶ συνέσταλται οὐχ ἁπλῶς· λέγω δὴ τὸ Ἄρης· οὐκ ἄκαιρον γὰρ καὶ περὶ τούτου εἰπεῖν καὶ οἷον ἥδυσμά τι[2]) τῷ λόγῳ ἐγκαταμῖξαι. Ἀλλὰ συνέσταλται μὲν (i. e. A natura correptum est), παρείληπται δὲ καὶ ἀντὶ μακροῦ κατά τινα κανόνα ἔχοντα οὕτως· ἐὰν τρεῖς βραχεῖαι παράλληλοι λαμβάνωνται, τυγχάνῃ δὲ ἡ πρώτη συλλαβὴ ἔχουσα δίχρονον συνεσταλμένον, τοῦτο πάντῃ ὀφείλει ἐκτείνεσθαι. Τοῦτο δὲ διδασκόμεθα ἤδη καὶ ἐκ τοῦ ἀθάνατος καὶ ἀκάματος·[3]) ἔστω δὲ ὑποδείγματα

ἶσος Ἐνυαλίῳ <X 132>
ἱέμενος[4]) καὶ καπνῷ[5]) <α 58>
ἵετο γὰρ βαλέειν[6]) <Π 383 = 866>

---

[1]) Particula καὶ omissa est et in editione Romana et in codice Vratislaviensi Rehdigerano 24 fol. 225v.

[2]) Correxi; ἡδύσματι Walz.

[3]) Correxi; Ἀθάμαντος καὶ Ἀκάμαντος Walz.

[4]) Correxi; ἵεμος Walz.

[5]) καὶ καπνόν codd. Homerici; καπνόν Eust.

[6]) Haec verba apud Eustathium non leguntur; incaute certe citata sunt, quoniam licet explicare primam vocis ἵετο syllabam augmenti vi productam esse.

ἱερὸν ἰχθὺν[1]) <Π 407>
ἄορι[2]) θεινομένῳ[3]) <Κ 484 = Φ 21>.

Eandem τῶν ἀκριβεστέρων de evitando brevium syllabarum concursu doctrinam sapiunt cum alii, quos infra citabimus, loci Eustathiani, tum hi: p. 474, 16 sqq. et 611, 33 sqq.; quibus locis ad sanandum syllabarum brevium concursum quinque πάθη agnoscuntur et vocabulis allatis illustrantur. Pleraeque vocabulorum derivationes, quae his locis Eustathianis traduntur, ab Herodianea pathologia alienae sunt; videntur Byzantina aetate excogitatae esse. Atque agnoscuntur ab Eustathio haec πάθη:[4])

I. Ἐπένθεσις φωνήεντος.

A. ἐπένθεσις διχρόνων p. 422, 33. 611, 34.

1) τοῦ Ι: δείδιθι[5]) p. 611, 32 sq. 35. εἴνατος p. 223, 16. 25. 712, 14. εἴριον[6]) p. 611, 35. Ἰθαιμένης[7]) p. 422, 35. μεσαιπόλιος[8]) p. 422, 34; cf. 360, 30 sqq. 937, 38. ὁδοιδόκος p. 422, 33. 611, 36. ὁδοιπόρος[9]) p. 422, 33. 611, 35. Πυλαιμένης p. 422, 34. 611, 36; cf. 360, 29 sqq.

2) τοῦ Υ: δούρατος p. 611, 35. Μούλιος p. 611, 35.

B. ἐπένθεσις τοῦ Η: p. 474, 19. 611, 39.

ἐπήβολος[10]) p. 474, 20. 611, 39. ἐπηετανός[11]) p. 474, 19. 611, 40.

II. Τροπὴ φωνήεντος p. 422, 31. 474, 19. 611, 36. τοῦ Ο εἰς Η: βοτρυηφόρος p. 422, 32. ἐλαφηβόλος[12]) Ἄρτεμις <Hom. hymn. XXVII 2> p. 28, 18. ἐλαφηβολία p.

[1]) Correxi; ἰχθῦν Walz.

[2]) Correxi; ἄορον Walz; ἄορι codd. Homerici et Eustathius.

[3]) θεινομένων codd. Homerici et Eustathius.

[4]) Vocabula, quae in eis quibus uti solemus vocabulorum thesauris non leguntur, stellula * addita notavi.

[5]) Cf. Herod. II 794, 27. Cram. An. Ox. I 106, 17.

[6]) Cf. Herod. II 502, 29. E Gu. 170, 38.

[7]) Correxi; ἰχθαιμένης editio Romana; sed cf. Eust. 1076, 61. 1758, 20. Herodianus II 259, 20 et 260, 9 hanc vocem ab ἰθαίνει derivavit.

[8]) Cf. Herod. II 195, 6. 256, 6. 258, 16.

[9]) Cf. E Gu. 419, 26. E M. 461, 19.

[10]) In voce ἐπήβολος admissam esse ἐπένθεσιν τοῦ Η perperam traditur; rectius alii τροπὴν εἰς Η agnoscunt aut ex ἐπίβολος (cf. Herod. II 363, 12) aut ex ἐπέβολος (cf. E Gu. 633, 44).

[11]) Cf. E M. 356, 39.

[12]) Cf. Choerobosci Dictata I 100, 13 (ed. Gaisford). E M. 461, 20.

521, 2. *ἐνεήλατος p. 422, 33. θεητόκος[1]) p. 422, 31. 474, 19. 611, 36. λαμπαδηφόρος p. 521, 3. *σακεήλατος p. 422, 32. σταχυηλόγος p. 521, 3; cf. 474, 20. στεφανηφόρος[2]) p. 422, 32. *ὑπεήλατος p. 422, 32.

III. Ἔκτασις p. 611, 36.

1) τοῦ Α εἰς Η: ἐκηβόλος[3]) p. 28, 17. 520 extr. ἐκηβολία p. 520 extr. μέλαν δ' ἀνεκήκιεν[4]) αἷμα <Η 262> p. 1408, 10. σῖτον παρενήνεον[5]) <α 147. π 51> p. 1408, 10.

2) τοῦ Ε εἰς Η: ἐτήτυμος p. 1408, 9.

3) τοῦ Ο εἰς Ω: διωλύγιον[6]) p. 611, 38. ἐτώσιον p. 611, 38. περιώσιον[7]) p. 611, 38. ὠλεσίκαρπος[8]) p. 611, 37. 1667, 22.

IV. Συμφώνων πλεονασμός p. 422, 28. 611, 36 seu συμφώνων πρόσθεσις[9]) p. 474, 17.

τοῦ Σ: δολιχόσκιος[10]) p. 422, 27. 623, 48. θεόσδοτος p. 422, 30. 623, 49. 843, 58. (θεοστόκος p. 422, 30.) θέσκελος[11]) p. 422, 29. θεσπέσιος p. 422, 30. 611, 38. 843, 58. θέσφατος[12]) p. 422, 29. 843, 58. μογοστόκος Εἰλείθυια <Π 187 = Τ 103 coll. Λ 270> p. 422, 30. 474, 18. 843, 58. σακέσπαλος p. 528, 4. σακεσφόρος p. 528, 5. φερέσβιος[13]) p. 611, 38.

V. Συγκοπὴ ἀναγκαία διὰ τὸ δύσμετρον p. 474, 14 seu ἔλλειψις συμφώνου p. 474, 18.

ἔτετμεν (ex ἐτέτεμεν) p. 474, 13. 18 coll. p. 1466, 22 sqq.

---

1) Cf. E Gu. 116, 27. 407, 8. E M. 444, 25. 461, 21.

2) Cf. Choerobosci Dictata I 100, 14 (ed. Gaisford).

3) Cf. E Gu. 176, 44. E M. 322, 1. Cram. An. Ox. I 154, 1.

4) Cf. etiam Eust. 680, 20. 955, 63.

5) Cf. etiam Eust. 1402, 50 sqq.

6) Cf. E Gu. 149, 17. E M. 280, 55.

7) Cf. E M. 665, 29.

8) Cf. Herod. II 364, 16 adn. 522, 30.

9) πρόσθεσις schol. Lips. ad Δ 293, πρόθεσις ed. Romana. Descripsit is qui saeculo XIV codicem Lipsiensem exaravit, ad Δ 293 Eustathii verba p. 474, 12 sqq. et ad E 827 Eustathii verba p. 611, 30 sqq.; de hoc scholiorum compilatore cf. Maass, Schol. in Iliadem Townl. I p. VIII.

10) Cf. schol. AB Townl. ad Γ 346.

11) Cf. Herod. II 251, 23 adn. Schol. AB Townl. ad Γ 130. Cram. An. Ox. I 198, 32. E M. 448, 5.

12) Cf. E Gu. 410, 55. 546, 9. E M. 448, 1.

13) Cf. Herod. II 292, 11.

## 3. De Heliodoro.

Heliodori de dichronis doctrina olim legebatur in eo libello metrico quem in Byzantinorum scholis tritissimum fuisse et plus minusve immutatum saepissime Hephaestionis enchiridio vel Dionysii Thracis arti grammaticae vel scriptis quibusdam rhetoricis in libris manuscriptis adiunctum esse primus docuit Guilelmus Hoerschelmann, ein griechisches Lehrbuch der Metrik (Dorpati 1888) p. 4 sqq. 68 sqq. Tres illae recensiones genuini libelli metrici Byzantini auctore Guilelmo Hoerschelmann l. l. p. 11 appellantur appendices Hephaestionea, Dionysiana, rhetorica.

Heliodorea de dichronis doctrina legebatur in eo genuini illius libelli metrici Byzantini capite, quod inscribitur περὶ συνιζήσεως. Optima huius capitis recensio, quae adhuc innotuit, memoriae tradita est appendicis Dionysianae codice Saibantiano, qui nunc est inter Bodleianos Auct. T. IV 9 fol. 56 v, de quo conferas Hoerschelmann l. l. p. 5. 14, Rhein. Mus. vol. 36 (a. 1881) p. 283 sqq., Goetting. gel. Anz. a. 1887 p. 605 (nr. VI 7). Eadem capitis περὶ συνιζήσεως recensio addita est appendicis instar libello illi Heliae monachi περὶ διαφόρων μέτρων, post quem edita est a Studemundo Anecd. Var. vol. I 177 sqq.

In hoc capite Heliodoream περὶ συνιζήσεως doctrinam prolatam esse docuit Voltz, de Helia monacho, Isaaco monacho, Pseudo-Dracone scriptoribus metricis Byzantinis p. 14 sqq.

De dichronis Heliodorus, ubi docuit longam syllabam cum brevi in unam syllabam per synizesin coire posse, haec disseruit (cf. Studemund, An. Var. vol. I 178, 8):

Μακρὰν δὲ καὶ βραχεῖαν τὸ ἐναντίον (sc. εἰς μακράν)
δαέρων <ἢ> γαλόων <Ω 769>.
ὅτι δὲ τὸ Α μακρόν ἐστι, δῆλον ἐκ τοῦ
δαὴρ αὖτ' ἐμός <Γ 180>
αὐτοκασίγνητον καὶ δαέρα <Ξ 156>.
ὅτι δὲ τὸ[1])
Ἕκτορ ἐμῷ θυμῷ δαέρων <Ω 762>

---

[1]) Pro τὸ exspectares ἐν τῷ, sed nihil mutandum esse docent verba ὡς τὸ p. 178, 1. 27. 179, 25. Item Heliodorus in eis fragmentis quae servavit Choeroboscus in Exegesi in Hephaestionis enchiridion (cf. Studemund, An. Var. I 50 sqq.), in versibus citandis his particulis usus est: ὡς τὸ p. 52, 10. καὶ τὸ p. 52, 17. 53, 3. ὡς ἐν τῷ p. 50, 9. 13 sqq. 52, 4.

δύναται συνεστάλθαι τὸ Α· κατὰ συνίζησιν[1]) δύναται καὶ κατὰ συστολήν, ὡς ἐπὶ τοῦ

οὐδὲ μὲν οὐδὲ Τρῶας ἀγήνορας εἴασεν Ἕκτωρ <K 299>[2])

ἄλογος συστολὴ διὰ τὸ μέτρον· ὡς καὶ ἄλογος ἔκτασις ἐν τῷ

[1] φίλε κασίγνητε <Δ 155 = E 359 = Φ 308>

καὶ

[2] ἀνέρες ἐστὲ φίλοι <Z 112 = Θ 174 = Λ 287 = O 487 = O 734 = Π 270 = P 185>·

ἐκτέταται γὰρ (sc. τὸ Α), καὶ συνέσταλται ἐν τῷ

ὅς δέ κ' ἀνὴρ μενέχαρμος <Ξ 376>·

καὶ

[3] Ἄρες[3]) Ἄρες βροτολοιγέ <E 31 = 455>.

Verba quae citavimus quin ad unum auctorem redeant, dubium non est; nam is (i. e. Heliodorus) qui versum Ω 769 δαέρων ἢ γαλόων ad illustrandam synizesin longae syllabae cum brevi in unam syllabam coeuntis usurpavit, meminit se paullo ante legisse Ἕκτορ ἐμῷ θυμῷ δαέρων (Ω 762); atque cum videretur hoc versu syllaba prima vocis δαέρων correpta esse, de quantitate vocis δαήρ accuratius inquisivit et de universo dichronorum usu Homerico disputavit.

Heliodorus eos versus Homericos quibus leges metricae seu prosodiacae violatae esse videbantur, ita explicare studuit, ut poeta εὐλόγως (i. e. certis rationibus ductus) ab omnium usu aberravisse videretur. Hoc studio commotus subtilius quam verius finxit v. g. decem illos quos commemoravit Choeroboscus in Exegesi in Hephaestionis enchiridion (cf. Studemund, An. Var. I p. 52 sqq.) τρόπους τῆς κοινῆς συλλαβῆς, e quibus docuit Homero licuisse breves syllabas longarum loco usurpare.

---

[1]) Correxit Studemund; καὶ συνίζησις codd. Sed fortasse legendum est: δύναται συνεστάλθαι τὸ Α, καὶ συνίζησις δύναται <εἶναι>· καὶ κατὰ συστολήν, ὡς ἐπὶ τοῦ κτλ. Leopoldus Cohn legendum proposuit: δύναται συνεστάλθαι τὸ Α καὶ συνίζησις <εἶναι>· δύναται καὶ [an δὲ?] κατὰ συστολήν, ὡς ἐπὶ τοῦ κτλ.

[2]) Cum hoc versu comparari poterant versus

Λ 323 τοὺς μὲν ἔπειτ' εἴᾱσαν, ἐπεὶ πολέμου ἀπέπαυσαν

κ 166 εἴᾱσ', αὐτὰρ ἐγὼ σπασάμην ῥῶπάς τε λύγους τε.

[3]) Correxit Studemund; ἄρες codd.; vulgata lectio Ἄρες Eustathianis quoque locis tradita est (cf. p. 47). — Veri simillimum est Heliodorum ipsum supra legisse φῖλε κασίγνητε vulgatae lectionis φίλε loco; nam aperte docuit vocalem I ipsam esse productam.

Neque tamen Heliodoro contigit, ut explicaret, quas leges secutus poeta productas vocales A I Υ identidem corriperet, veluti qua e lege mediam syllabam vocis εἴασεν (K 299) correptae loco haberet; facere non poterat, quin fateretur huius vocis syllabam mediam contra usum communem ac rationem i. e. ἀλόγως metri causa a poeta correptam esse.[1])

Idem, ut agnovit in nonnullis vocabulis productarum vocalium A I Υ ἄλογον συστολήν, ita statuit in aliis vocabulis esse ἄλογον ἔκτασιν correptarum vocalium A I Υ, quamquam harum vocalium productionem ab Homero admissam perfacile ex ea quam excogitaverat doctrina περὶ κοινῆς συλλαβῆς explanare poterat; veluti poterat explicare primam vocis ἀνέρες (Z 112) syllabam ab Homero productam esse κατὰ τὸν τρόπον τῆς ὀξείας ἐπιφερομένης. de quo conferas Studemund, An. Var. vol. I 52, 6 sqq. Sed noluit productionem vocalium A I Υ in eis quae citavit vocabulis ab Homero admissam e sua περὶ κοινῆς συλλαβῆς doctrina ita explanare, ut εὔλογος esse videretur; immo diserte docuit in illis vocabulis admissam esse aut correptarum vocalium A I Υ ἄλογον ἔκτασιν aut productarum vocalium A I Υ ἄλογον συστολήν.

Perpauca doctrinae huius Heliodoreae fragmenta supersunt.

In ea libelli illius metrici Byzantini recensione, quae appellatur appendix rhetorica, caput περὶ συνιζήσεως omissum est.

Is magister Byzantinus qui appendicem Hephaestioneam seu librum quintum scholiorum Hephaestioneorum B (cf. Scholia Hephaestionea altera ed. Hoerschelmann [Dorpati 1882] p. 18—30) composuit, caput περὶ συνιζήσεως, quod protulit (l. l. p. 21, 14—22, 17), conglutinavit ex Heliodorea doctrina, quam e libello illo metrico Byzantino cognoverat, et ex Hephaestionis (p. 10, 8 sqq. ed. Westph.) capite περὶ συνεκφωνήσεως; cf. Voltz l. l. p. 15 sq. et Hoerschelmann, ein griechisches Lehrbuch p. 14 et 69. Idem, quoniam solet verba libelli illius metrici Byzantini modo immu-

[1]) Verba ἀλόγως et εὐλόγως Georgius Choeroboscus, ubi doctrinam de syllaba communi explicuit, identidem usurpavit in Studemundi An. Var. I 48, 17. 49, 2. 54, 1. 12. 14 (sed οὐκ ἀκαίρως Melampus seu Diomedes in Bekkeri An. Graec. II 830, 32. 833, 26. 834, 30); cf. etiam Pseudo-Tricham in Appendice ad Draconem Stratonicensem (ed. Fr. de Furia Lips. 1814) p. 46, 19 οὐ παραλόγως καὶ κατὰ ἄλογον (cod. ἄνευ λόγον) ἄδειαν ποιητικήν, ὥς τινες λέγουσι, τὰ τοιαῦτα γίνεται.

tare modo decurtare, ex Heliodori quae supra explanavimus verbis haec modo integra transcripsit p. 22, 4:

μακρᾶς δὲ καὶ βραχείας εἰς μίαν μακρὰν ὡς ἐν τῷ

δαέρων <ἢ> γαλόων <Ω 769>

τῆς ΔΑ καὶ Ε εἰς μίαν μακράν. ὅτι δὲ τὸ ΔΑ μακρόν ἐστι, δῆλον ἐκ τοῦ

δαὴρ αὖτ' ἐμός <Γ 180>

αὐτοκασίγνητον καὶ δαέρα <Ξ 156>.

De dubia versus Ω 762 synizesi disserere supersedit.

Multo accuratius Heliodori verba servata sunt apud Eustathium p. 556, 43 sqq.:[1])

Ἰστέον δὲ ὡς τῶν τινὲς παλαιῶν ἀπηλεγέως ἀποφηνάμενοι καθ' Ὁμήρου, ὡς οἷα διαγνόντες καὶ ἄλογον εἶναί ποτε παρ' αὐτῷ συστολήν τε καὶ ἔκτασιν διὰ μέτρον, καθυπάγουσι τῇ τοιαύτῃ ἀποφάσει καὶ τὸ

φίλε κασίγνητε <Δ 155 = Ε 359 = Φ 308>

ἄλλως χρονισθὲν παρὰ τὸ

ἀνέρες ἐστέ, φίλοι <Ζ 112 = Θ 174 cet.>,

ὥσπερ καὶ τὸ ἀνήρ ἐν μὲν τῷ

ἀνέρες ἐστὲ <Ζ 112 = Θ 174 cet.>

μακρὰν ἔχει τὴν ἄρχουσαν, ἐν δὲ τῷ

ὅς δέ κ' ἀνὴρ μενέχαρμος <Ξ 376>

βραχύνει αὐτήν. οὕτω δὲ καὶ ὁ δαήρ διφορεῖται, οἷα ἐν μὲν τῷ

δαὴρ αὖτ' ἐμός <Γ 180>

καὶ

αὐτοκασίγνητον καὶ δαέρα <Ξ 156>

μηκύνων τὸ ἄρχον δίχρονον, συστέλλων δὲ ἐν τῷ

Ἕκτορ ἐμῷ θυμῷ δαέρων πολὺ φίλτατε <Ω 762>.

Verbis τῶν τινὲς παλαιῶν ἀπηλεγέως ἀποφηνάμενοι καθ' Ὁμήρου ὡς οἷα διαγνόντες et καθυπάγουσι τῇ τοιαύτῃ ἀποφάσει[2]) nihil respon-

---

[1]) In codice Vratislaviensi Rehdigerano 24 (saec. XV exeunt.) fol. 225 v, quem ipse inspexi, vocabulis, de quorum mensura agitur, quantitatum notae superscriptae sunt; I ἀνεκφώνητον saepe omissum est, accentus identidem perperam collocati sunt, denique traditum est: οὕτω δὲ καὶ ὁ δ' ἀνὴρ (leg. ὁ δαήρ) διφορεῖται.

[2]) Eisdem fere verbis sollemnibus usus est Eustathius in oratione praeparatoria in sanctam quadragesimam § 30 (cf. Eustathii opuscula ed. Tafel p. 67, 58) ὁρᾶτε, ὦ ἀδελφοί, ὅπως αὐτὸς ὁ θεός, ὁ ὑπὲρ πάντας κριτής, ὅτι καὶ ὑπέρθεος, κρίνει καὶ διακρίνει καὶ οὕτω διαγινώσκει οὐ πρὸς ἀποτομίαν, ἀλλὰ φι-

det in Heliae monachi appendice; addita sunt ab Eustathio. Ῥητορικῶς comparavit poetarum criticos, qui sunt veluti magistratus poetis praepositi cum logistis,[1]) v. g. Eustathius p. 32, 22 criticos appellavit στρυφνοὺς λογιστὰς τῶν στιχουργούντων. Finxit poetarum logistas quaestione habita iudicavisse in Homeri carminibus admissam esse ἄλογον συστολήν τε καὶ ἔκτασιν τῶν διχρόνων διὰ τὸ μέτρον.

Eustathio praesto erat aut uberius primae appendicis Heliae monachi exemplar aut libellus ille metricus Byzantinus, ex quo hausta sunt Heliae appendix prima et scholia Hephaestionea B;[2]) nam apud Eustathium plenior est versus Ω 762 quam in ea Heliae appendicis forma quae adhuc innotuit.[3])

Ordinem exemplorum ab Heliodoro prolatorum Eustathius leniter mutavit; is, quoniam p. 556, 33 — 557, 8 de versu E 359 φίλε κασίγνητε disputavit, omnia quae ad hunc versum pertinent atque subsequentia exempla Heliodorea transcripsit omisso in fine versu Ἆρες Ἄρες; his addidit exempla, quae spectant vocem δαήρ, item in fine omisso versu K 299.

Eodem ordine servato, sed versu Ἆρες Ἄρες addito repetivit Eustathius p. 1540, 16 verba Heliodorea:

ἄλογον μέντοι συστολὴν χρονικὴν καὶ ἔκτασιν παραδιδόασιν οἱ παλαιοὶ ἐν τῷ

φίλε κασίγνητε <Δ 155 = E 359 = Φ 308>

καὶ

λανθρωπίαν, ἐξ ἀγάπης πάντως. Τί δὴ οὖν μὴ καὶ ἡμεῖς, εἰς ὅσον ἐφικτόν, ἐξομοιούμεθα τῷ τοιούτῳ κριτῇ, ἀλλὰ πρὸς ἀπήνειαν καὶ δικάζομεν καὶ ἀποφαινόμεθα καὶ τὰ πλείω, ἐφ' οἷς οὔτε πρέπει οὔτε ἄλλως χρή, πταίομεν πολλάκις; ἀλλά τις περίστασις παρίσταται βοηθοῦσα ἡμῖν, εἰς ἣν ἀποβλέπων ὁ κρίνων δύναται μὴ καταφάσκειν δεινὰ τοῦ ἀδελφοῦ, μηδὲ ἀπηλεγέως αὐτοῦ καταφέρεσθαι. Animadvertit Eustathius Homeri versum I 309 χρὴ μὲν δὴ τὸν μῦθον ἀπηλεγέως ἀποειπεῖν. — De verbi ἀποφαίνεσθαι usu Herodianeo cf. Lehrs, Herodiani scripta tria emendatiora p. 410.

[1]) De logistis cf. M. H. E. Meier et G. F. Schoemann, der Attische Process (ed. altera ab I. H. Lipsio curata) vol. I 115 sqq. et 459 sqq.

[2]) Cf. Hoerschelmann, ein griechisches Lehrbuch der Metrik p. 14 et 69.

[3]) Eustathium aut Heliae monachi appendice prima aut fonte eius identidem usum esse aliis locis prolatis docuit H. Grossmann, de doctrinae metricae reliquiis ab Eustathio servatis p. 12. 18. 37. Fontem hunc metricum Eustathius solet significare verbis οἱ παλαιοί; cf. Eust. p. 514, 18. 805, 19. 1465, 10 coll. H. Grossmann l. l. p. 11 et 18.

ἀνέρες ἐστὲ φίλοι <Z 112 = Θ 174 cet.>

καὶ ἐν τῷ

Ἄρες Ἄρες βροτολοιγέ <E 31 = 455>

καὶ ἐν τῷ

δαὴρ αὖτ' ἐμός <Γ 180>

καὶ

Ἕκτορ ἐμῷ θυμῷ δαέρων <πολὺ>[1]) φίλτατε <Ω 762>.

**Iterum repetivit Eustathius verba Heliodorea in formam breviorem redacta p. 495, 8 ad Δ 439**

ὦρσε δὲ τοὺς μὲν Ἄρης, τοὺς δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη

Ἰστέον δὲ ὅτι, καθὰ ὁ φίλος καὶ ὁ δαήρ καὶ ἄλλα διάφορα, οὕτω καὶ ὁ Ἄρης ἀλογίστως συστολῇ κατὰ τοὺς παλαιούς[2]) ὑποπίπτει, ὡς δῆλον μάλιστα ἐκ τοῦ

Ἄρες Ἄρες βροτολοιγέ <E 31 = 455>·

ὃ καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ δηλοῦται <p. 1540, 9>.

**Nescio an eundem locum animadverterit etiam p. 449, 22** οὕτω τὸ μέτρον βίαν ἔστιν οὐ ἐπάγει παρανομεῖσθαι ὥσπερ τὰς ἐκτάσεις, οὕτω καὶ τὰς συστολάς, καὶ ἀλόγως γίνεσθαι, ὥς φασιν οἱ παλαιοί.

**Verba, quae particulis** καὶ — δὲ **usurpatis Heliodoream doctrinam subsequuntur apud Eustathium p. 557, 4** καὶ τὸ ὕδωρ δὲ ὁμοίαν παρὰ τῷ ποιητῇ πάσχει διφόρησιν καὶ ἡ λήγουσα τοῦ ἀντικρύ, **Eustathius e sua eruditione addidit, nam meminit de voce** ἀντικρύ **ad eiusdem carminis E v. 100 et 130 se disputavisse p. 527, 4 et 530, 8; de voce** ὕδωρ **identidem verba fecit; cf. p. 337, 30. 497, 27. 891, 12. 1475, 47. 1553, 6. 1662, 2. 1869, 58.**

[1]) Vocem πολὺ omisit Eustathius; animadvertendum est hoc quoque loco pleniorem esse versum Ω 762 quam in appendicis Heliae forma, quae innotuit; cf. p. 46.

[2]) Perperam suspicatus est Eustathius eum cuius verba transcripsit auctorem (i. e. Heliodorum) putavisse vocis Ἄρης syllabam priorem esse legitime longam, sed versu Ἄρες Ἄρες metri causa correptam.

# Caput IV.

## De rhetorum eorumque grammaticorum praeceptis qui Byzantinorum immutatam pronuntiationem tuentur.

Quomodo vocalium Α Ι Υ mensura sensim pedetemptimque perturbata sit atque haec immutatio ita increbruerit, ut Byzantina aetate quamlibet cuique vocali Α Ι Υ quantitatem tribuere liceret, ex Alexandrinorum grammaticorum librorum fragmentis cognosci nequit. Sed aliqua ex parte explicatur depravatio illa, si rhetorum usum atque praecepta animadverterimus; nam rhetores suae aetatis pronuntiationi praecepta sua aptarent necesse erat. Itaque quae mensurae vocalium Α Ι Υ immutatio sensim irrepserit, facile cognoscitur, si comparaverimus leges prosodiacas, quas Dionysius Halicarnassensis, imperatoris Augusti aequalis, observavit, cum eis praeceptis quae Lachares rhetor saeculi p. Ch. quinti dedit.

De pensitandis syllabis quid Dionysius Halicarnassensis docuerit, cognoscimus imprimis e libri de compos. verb. capite XVIII (p. 232 sqq. ed. Schaef.), quo nullis aliorum scriptis adiutus[1] Thucydidis lib. II c. 35, Platonis orationis funebris (Menex. p. 236 D), Demosthenis orationis de corona habitae cola prima accurate distinxit et, quibus pedibus metricis constarent, explicuit:

Thuc. II 35

— — | — — | — —| ⏑ ⏑ —|— —|— ⏑ — |

[I] οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐνθάδε ἤδη εἰρηκότων.

τρεῖς . . . οἱ τοῦ πρώτου προηγούμενοι κώλου σπονδεῖοι πόδες εἰσίν, ὁ δὲ τέταρτος ἀνάπαιστος, ὁ δὲ μετὰ τοῦτον αὖθις σπονδεῖος, ἔπειτα κρητικός.

⏑ — —|⏑ — — |— ⏑ —|⏑ — —|⏑ — —|⏑

[II] ἐπαινοῦσι τὸν προσθέντα τῷ νόμῳ τὸν λόγον τόνδε.

δύο μὲν ἔχει τοὺς πρώτους πόδας ὑποβακχείους, κρητικὸν δὲ τὸν τρίτον, εἶτ' αὖθις ὑποβακχείους δύο καὶ συλλαβήν, ὑφ' ἧς τελειοῦται τὸ κῶλον.

---

[1]) Cf. G. Amsel in Breslauer philolog. Abhandlungen vol. I fasc. III p. 6 sq.

– ⏑ – |⏑⏑ – | – – |⏑⏑ – | – ⏑⏑| – ⏑⏑| – –|
[III] ὡς καλὸν ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων θαπτομένοις ἀγορεύε-
– –|⏑
σθαι αὐτόν.

ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ κρητικοῦ ποδός, δεύτερον δὲ λαμβάνει τὸν ἀνάπαιστον, καὶ τρίτον σπονδεῖον, καὶ τέταρτον αὖθις ἀνάπαιστον, εἶτα δύο τοὺς ἑξῆς δακτύλους, καὶ σπονδείους δύο τοὺς τελευταίους, εἶτα κατάληξιν.

Plat. Menex. p. 236 D.

– – ⏑ |– – |–⏑⏑|– – | ⏑ – |– – | ⏑ ⏑ –| –
[IV] ἔργῳ μὲν ἡμῖν οἵδ' ἔχουσιν[1]) τὰ προσήκοντα σφίσιν αὐτοῖς.

βακχεῖος μὲν ὁ πρῶτος· οὐ γὰρ δή γε ὡς ἴαμβον ἀξιώσαιμ' ἂν ἔγωγε τὸ κῶλον τουτὶ ῥυθμίζειν ἐνθυμούμενος, ὅτι οὐκ ἐπιτροχαλοὺς καὶ ταχεῖς, ἀλλ' ἀναβεβλημένους καὶ βραδεῖς τοῖς οἰκτιζομένοις προσῆκεν ἀποδίδοσθαι τοὺς χρόνους· σπονδεῖος δὲ ἕτερος· ὁ δ' ἑξῆς δάκτυλος διαιρουμένης τῆς συναλοιφῆς· εἶτα μετὰ τοῦτον σπονδεῖος· ὁ δ' ἑξῆς μᾶλλον κρητικὸς ἢ ἀνάπαιστος· ἔπειθ', ὡς ἡ ἐμὴ δόξα, σπονδεῖος· ὁ δὲ τελευταῖος ὑποβάκχειος, εἰ δὲ βούλεταί τις, ἀνάπαιστος· εἶτα κατάληξις.

– ⏑ –|– ⏑ –|– – | – –| – ⏑ – |⏑ – – |
[V] ὧν τυχόντες πορεύονται τὴν εἱμαρμένην πορείαν.

δύο μέν εἰσιν οἱ πρῶτοι πόδες κρητικοί, σπονδεῖοι δὲ οἱ μετὰ τούτους δύο· μεθ' οὓς αὖθις κρητικός· ἔπειτα τελευταῖος ὑποβάκχειος.

Demosth. or. XVIII 1.

– – ⏑ |– –|⏑ ⏑ –|– – | – ⏑ – |– ⏑ – |–⏑ –|
[VI] πρῶτον μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ
– – |
πάσαις.

ἄρχει δὲ τοῦδε τοῦ κώλου βακχεῖος ῥυθμός· ἔπειθ' ἕπεται σπονδεῖος· εἶτα ἀνάπαιστος καὶ μετὰ τοῦτον ἕτερος σπονδεῖος· εἶθ' ἑξῆς κρητικοὶ τρεῖς· σπονδεῖος δὲ ὁ τελευταῖος.

⏑ – –|– ⏑ ⏑| – ⏑ –|⏑⏑⏑ – | | – – ⏑|– –|
[VII] ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ τῇ τε πόλει[2]) καὶ πᾶσιν ὑμῖν.

πρῶτος μὲν ὑποβάκχειός ἐστι πούς· εἶτα βακχεῖος, εἰ δὲ βούλεταί

---

[1]) Correxerunt Schaefer (adn.) et Studemund in Pseudo-Castoris excerptorum rhetoricorum editione (Vratisl. 1888) p. 24, 11; ἔχουσι editiones Dionysianae; οἶδε ἔχουσιν cod. Venetus T tetralogiae Platonicae septimae longe optimus (cf. Platonis opera ed. Schanz. vol. IX p. 73 et 101).

[2]) Alterum σύνθετον πόδα, qui efficitur syllabis τῇ τε πόλει, esse paeonem perperam commemoravit Dionysius (cf. Studemund l. l. p. 24, 19 adn.). Lectionem τῇ πόλει, quam Dionysius p. 398, 9 citavit, hoc de quo agitur loco restituere non licet, quoniam pedem creticum Dionysius in numero τῶν συνθέτων ποδῶν habere noluit (cf. Dion. p. 226, 7—11. 228, 8—13).

τις, δάκτυλος· ἔπειτα κρητικός· μεθ' οὓς εἰσι δύο σύνθετοι πόδες, οἱ καλούμενοι παίονες· οἷς ἕπεται μολοττὸς ἢ βακχεῖος· ἐγχωρεῖ γὰρ ἑκατέρως αὐτὸν[1]) διαιρεῖν· τελευταῖος δὲ ὁ σπονδεῖος.

⏑ – – | ⏑ – – | – ⏑ – | – – | – ⏓ ⏑ | – ⏑ – | ⏑
[VIII] τοσαύτην ὑπάρξαι μοι παρ' ὑμῶν εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα. ἄρχουσι μὲν ὑποβάκχειοι δύο· ἔπειτα κρητικός, ᾧ συνῆπται σπονδεῖος· εἶτ' αὖθις βακχεῖος ἢ κρητικός· καὶ ὁ τελευταῖος πάλιν κρητικός· εἶτα κατάληξις.

**Locos, quos exscripsi, Dionysius eo consilio in cola pedesque metricos consecuit, ut ederet exempla τῆς ἀξιωματικῆς καὶ μεγαλοπρεποῦς συνθέσεως. Atque quoniam capite XVII docuit pedes metricos ad verborum** ἀξίωμα **et** σεμνότητα **eo magis idoneos esse, quo tranquilliores atque remissiores essent, mirum non est eum in adnotationibus suis, quascunque syllabas producte pronuntiari posse putavit, eas consulto pro longis habuisse. Sed ubi sibi persuasit syllabam duplicem in modum ponderare licere, in adnotationibus suis priore loco eam mensuram commemoravit quae ad verborum** ἀξίωμα **et** σεμνότητα **magis idonea esset, posteriore loco addidit, quae esset trita usitataque talis syllabae mensura. Cf.**

[IV] τὰ προσή[κοντα]: μᾶλλον κρητικὸς ἢ ἀνάπαιστος.
[IV] σφίσιν αὐ[τοῖς]: ὑποβάκχειος, εἰ δὲ βούλεταί τις, ἀνάπαιστος.
[VII] [εὔ]νοιαν ἔ[χων]: βακχεῖος, εἰ δὲ βούλεταί τις, δάκτυλος.
[VII] καὶ πᾶσιν [ὑμῖν]: μολοττὸς ἢ βακχεῖος· ἐγχωρεῖ γὰρ ἑκατέρως αὐτὸν διαιρεῖν.
[VIII] τουτονὶ [τὸν]: βακχεῖος ἢ κρητικός.
**Cf. etiam** [IV] [προσή]κοντα [σφίσιν]: ὡς ἡ ἐμὴ δόξα, σπονδεῖος **(sc. pro trochaeo).**

**Usitatam tritamque mensuram bis silentio praetermisit:**
[III] ὡς καλὸν [ἐπί]: ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ κρητικοῦ ποδός.
[VIII] τὸν ἀγῶ[να]: ὁ τελευταῖος πάλιν κρητικός.

**Ex eis quos congessimus locis colligendum est Dionysium finales modo syllabas ancipites esse voluisse et has leges observavisse:**

**Syllaba finalis, quae exit in vocalem brevem, non producitur, nisi in capite proximae vocis exstant aut consona muta cum liquida coniuncta (cf. [IV]** τὰ προσήκοντα**) aut aliae complures consonae (cf. [IV]** προσήκοντα σφίσιν**); si sequitur**

[1]) Corr. Hudson, ἑκατέρους αὐτόν codd.; ἑκατέρους αὐτῶν Sylburg.

ıx, quae a simplici consona initium capit, producta non est f. [II] ἐπαινοῦσι τόν, [II] προσθέντα τῷ, [III] ἐπὶ τοῖς, [VI] πᾶσι καί).

Sed syllaba finalis brevis, quae liquida N clausa ɪt, produci potest, etiam si proximum vocabulum a ɔcali initium capit. In admittenda hac productione non ıaesivit, utrum finalis syllaba brevis, quae producenda erat, ıntineret correptam vocalem A I Υ (cf. [IV] σφίσιν αὐτοῖς, [VII] ισιν[1]) ὑμῖν, [VII] εὔνοιαν ἔχων) an vocalem natura brevem O (cf. [I] καλὸν[2]) ἐπί, [VIII] τὸν ἀγῶνα). Finalis syllaba EN in eis de ıibus Dionysius disseruit colis non exstat excepta particula :ν, quam producere supersedit (cf. [IV] ἔργῳ μὲν ἡμῖν, [VI] πρῶτον :ν, ὦ); sed dubium est, utrum particulam μέν producere superıderit, quod vocula illa nullam vim oratoriam haberet, an quod ·llaba finalis EN parum graviter sonare videretur, nam vocalem multo magis absonam esse quam vocalem O diserte docuit 166, 3 (ed. Schaef.) τῶν δὲ βραχέων (i. e. φωνηέντων) οὐδέτερον :ν εὔηχον, ἧττον δὲ δυσηχὲς τὸ O· διίστησι γὰρ τὸ στόμα κρεῖττον ιτέρου (i. e. τοῦ E), τὴν δὲ πληγὴν λαμβάνει περὶ τὴν ἀρτηρίαν ἶλλον.[3])

Brevis syllaba finalis, quae exit in P, semel in eis de quibus ;itur colis exstat: [VIII] παρ' ὑμῶν, quam syllabam producere ıpersedit, haud scio an quod haec syllaba elisione admissa ıalis est.

Idem syllabam brevem, quae exit in Σ, producere superıdisse videtur; cf. [VI] ἄνδρες Ἀθηναῖοι.

Correptae vocales A I Υ, quas continent mediae vocaılorum syllabae, contra cotidianum loquendi usum ad augenım verborum σεμνότητα in eis quos citavi locis a Dionysio :oductae non sunt. Sed semel produxit particulae ἄρα priorem

[1]) Finalem vocis πᾶσιν syllabam *ob sequentem aspiratam vocalem* proıctam esse falso arbitratus est Uptonius; nam reliquae vocales, quae eas ıas Dionysius produxit finales syllabas sequuntur, spiritu leni notatae sunt.

[2]) καλόν γ' ἐπὶ perperam coniecit Uptonius et scripsit Goeller in editione .onysiani libri de comp. verb. Ienae a. 1815 emissa.

[3]) Hermogenes ipse quoque vocalem O ad efficiendam σεμνότητα adodum idoneam esse putavit; docuit enim primarium locum tenere vocales et Ω et ab eis proxime abesse vocalem O; cf. περὶ ἰδεῶν lib. I c. 6 (Walz, ıet. Graec. III p. 225, 3) δεύτεραι δὲ σεμνότητος λέξεις καὶ αἱ διὰ τοῦ O οιχείου κατὰ μόνας εἴς τι μακρὸν καταλήγουσαι οἷον Ὀρόντης κτλ. coll. holl. l. l. vol. III 544, 15 sqq. VII 971, 22 sqq. 1008, 28 sqq.

syllabam capite XXV (p. 378, 11 sqq. ed. Schaef.), quo Demosthenis orationis contra Aristocratem habitae paragraphum primam interpretatus sextum quod statuit colon (ἀλλ' εἴπερ ἄρ' ὀρθῶς ἐγὼ λογίζομαι) ita descripsit (p. 392, 17): τί οὖν βούλεται πάλιν τὸ προσεχὲς τούτῳ κῶλον (i. e. sextum); ἰάμβειον γάρ ἐστι καὶ τοῦτο τρίμετρον ὀρθόν·

ἀλλ' εἴπερ ἆρ'[1]) ὀρθῶς ἐγὼ λογίζομαι

τοῦ ἄρα συνδέσμου μακρὰν λαμβάνοντος τὴν προτέραν συλλαβήν. Agnovit hoc loco Dionysius eum particulae ἄρα usum quem tragicos poetas adamavisse diserte docuit auctor anonymi quod legitur in codice Florentino nr. 21 scholii ad Eur. Or. 1335 (cf. Schol. Eur. ed. Dind. tom. II p. 295, 1) τὸ ἄρα ἐπὶ τοῖς τραγικοῖς συλλογιστικὸν ὂν καὶ παροξύνεται[2]) καὶ προπερισπᾶται κατὰ τὴν τοῦ μέτρου χρείαν. Cf. schol. ad Eur. Ion. 1023 (in Schol. Eur. ed. Dind. tom. IV 218) et schol. ad Soph. Ai. 905 (ed. Dind. tom. II 223).[3])

Productam vocalem I, qua terminatur vox, semel corripuisse videtur Dionysius loco maxime dubio. Voluit enim Dionysius voce [VIII] τουτονὶ effici aut creticum pedem aut contra cotidianum dicendi usum bacchium. Hanc vocem e pronomine τοῦτον et vocali paragogica I compositam esse ipse docuit p. 94, 14 ὅ τε γὰρ λέγων ‚εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα' προστέθεικέ τι τῇ ἀντωνυμίᾳ γράμμα τῆς συνθέσεως (i. e. τῶν ὀνομάτων) στοχαζόμενος· ἄρτιον γὰρ ἦν ‚εἰς τοῦτον τὸν ἀγῶνα' εἰπεῖν. Itaque syllabam TON, quoniam est pronominis τοῦτον syllaba finalis et terminatur liquida N, ex ea quam supra statuimus de syllabis finalibus producendis lege Dionysio producere licuit. Crederes Dionysium docuisse voce τουτονὶ effici aut creticum aut molossum; utrum suo iure an perperam vocalem I illam corripuerit, equidem iudicare non ausim.

---

[1]) Correxit Schaefer; ἄρ' vulg.

[2]) Correxi, προπαροξύνεται cod.

[3]) Identidem ἆρα pro ἄρα, sed ne semel quidem ἄρα pro interrogativa particula ἆρα usurpatum esse docuit Ellendt, Lexicon Sophocleum s. v. ἄρα. Cf. etiam I. A. Hartung, Lehre von den Partikeln der griech. Sprache Part. I (Erlang. 1832) p. 455 sqq. et W. Baeumlein, Untersuchungen über griech. Partikeln (Stuttgart. 1861) p. 25 sqq. et 39. Ab hac doctrina aliena est ea de particularum ἄρα et ἆρα usu doctrina quam tradidit Demetrius Triclinius ad Aesch. Sept. 92 et Eur. Or. 190; cf. cap. VII, II.

Ab ea qua usus est Dionysius Halicarnassensis severitate multum remiserunt rhetores recentioris aetatis pro pronuntiationis depravatione, quae sensim pedetemptimque in linguam Graecam irrepsit. Immutationis increbrescentis testis locupletissimus est Lachares, artis rhetoricae magister, cuius memoriam resuscitavit Studemundus, cum Pseudo-Castoris excerpta rhetorica ederet Vratislaviae a. 1888.

Lachares, qui anno 430 Athenis rhetorica laude floruit et medio fere saeculo quinto Constantinopoli artem rhetoricam in scholis docuit, doctrinam, quam excoluerunt Dionysius Halicarnassensis et Hermogenes, meram non tradidit, sed ad suum arbitrium auxit et immutavit. Imprimis ille de eligendis eis pedibus metricis qui ad verborum σεμνότητα efficiendam apti essent, cum Dionysio dissensit (cf. Studemund l. l. p. 12). Idem veterum de ponderandis vocabulorum syllabis leges enixe observare supersedit; immo eum syllabas pronuntiandi vel pensitandi usum animadvertit qui aetate eius i. e. saeculo p. Ch. quinto viguit. Diserte enim vocalem Α a vocalibus Υ et Ι seiunxit l. l. p. 22, 23 ἀλλὰ καὶ τοῦτο μὴ διαλανθανέτω, ὡς αἱ θέσει μακραὶ (i. e. συλλαβαὶ) ἀνεμποδίστως συστέλλονται, ἀλλὰ καὶ τὸ Υ καὶ τὸ Ι· τὸ μέντοι Α ὡς φύσει διογκοῦν τὸ στόμα καὶ εὐφωνοτέραν ποιεῖ τὴν συλλαβήν. Ergo docuit Lachares syllabas, quae continerent productam vocalem Υ aut Ι, ad correptionem adeo pronas esse, ut eas, ubi opus esset, ad suum cuique arbitrium corripere liceret; concludendum est Lacharem negavisse syllabas, quae continerent correptas vocales Υ aut Ι, ad productionem aptas esse. A vocalibus Υ et Ι, quae edunt vilem sonum, seiunxit Lachares vocalem Α, quae late graviterque sonat. Atque ob vocalis Α naturam atque indolem teste Lachare non solum syllabae, quae hanc vocalem productam continent, genuinam quantitatem mirum quantum servarent necesse erat, sed etiam syllabae, quae correptam vocalem Α continent, ad productionem aptae videbantur esse (cf. Studemund l. l. p. 12).

Ea quae explanavimus de vocalibus Α Ι Υ ponderandis praecepta a Lachare ipso ex illius aetatis usu loquendi data sunt; sed superstructa sunt ei de vocalium magniloquentia doctrinae quam Dionysius Halicarnassensis protulit. Is enim, cum libri de verb. comp. capite XIV (p. 162 sqq. ed. Schaef.) de vocalium natura atque indole accuratius disputaret, e sonorum gravitate

hunc vocalium ordinem statuit: ΑΗΩΥΙΟΕ. Lacharem a Dionysiana doctrina profectum sua praecepta composuisse eo probatur, quod l. l. p. 23 neglecto alphabeti ordine aeque scripsit ac Dionysius: καὶ τὸ Υ καὶ τὸ Ι.

Ergo teste Lachare saeculo p. Ch. quinto mensura eorum sonorum ΑΙΥ qui erant in usu dicendi omnium communi, valde immutata est[1]; quae depravatio in dies aucta est i. e. vocalium ΑΙΥ mensurae, quae erant in usu vulgaris sermonis, in dies longius abhorrere coeperunt ab eis mensuris quae erant in usu poetarum veterum. Quamquam grammatici ipsi vulgarem vocalium ΑΙΥ abusum certis finibus describere studuerunt; verbi gratia Melampodis seu Diomedis (post saec. VI) commentario iussi sunt versificatores eas modo vocales ΑΙΥ ad suum arbitrium corripere aut producere, quas etiam veteres poetae ad suum arbitrium ponderavissent; cf. Bekker. An. Graec. vol. II 822, 2 sqq. ἆρ' οὖν ἔξεστί μοι τὰς διφθόγγους καὶ τὰ δίχρονα διὰ παντὸς ἐκτείνειν; λεκτέον ὅτι (i. e. ἔξεστι ἐκτείνειν) ἐν τοῖς μετρικοῖς τὰς διφθόγγους ἐκ παντὸς τρόπου, τὰ δὲ δίχρονα οὐκ εἰκῇ, ἀλλὰ κατὰ τὴν παράδοσιν καὶ χρῆσιν τῶν παλαιῶν· ἰδοὺ γὰρ τὸ

Ἆρες Ἄρες <Ε 31 = 455>

καὶ μακρὸν καὶ βραχὺ τὸ Α· ἔξεστιν οὖν ὁμοίως καὶ ἡμῖν χρήσασθαι· καὶ τὸ Ι ὡς μακρὸν καὶ βραχύ· μακρὸν μὲν ὡς τὸ

φίλε κασίγνητε <Δ 155 = Ε 359 = Φ 308>,

βραχὺ δὲ ὡς τὸ

ἀλλὰ φίλον περ ἐόντα <Κ 114>,

ad quae verba idem auctor nos ablegavit de Dionysiana περὶ βραχείας συλλαβῆς doctrina disputans l. l. II 825, 15 ἡ βραχεῖα συλλαβὴ οὐκ ἔχει πολυτρόπους τὰς μεταβολάς, καθάπερ ἡ μακρὰ συλλαβή, ἀλλὰ δύο μόνας· ἢ γὰρ φύσει βραχέα ὄντα τὰ φωνήεντα τὰς συλλαβὰς βραχύνει ἢ βραχυνόμενα τὰ δίχρονα οὐ χύδην, ἀλλά, καθάπερ ἐν τῷ περὶ μακρᾶς συλλαβῆς εἰρήκαμεν, τῇ χρήσει προσέχοντες τῶν ποιητῶν.

[1]) Exempla, quae pertinent ad vocalium ΑΙΥ mensuram, ex lapidibus collegit Ric. Wagner, quaestiones de epigrammatis Graecis ex lapidibus collectis grammaticae (Lips. 1883) p. 46 sqq.

Sed versificatores Byzantini eas quas statuerunt grammatici Byzantini leges animadvertere supersederunt. Incredibilem fere vocalium A I Y abusum, quem versificatores admittebant, diserte agnovit auctor anonymus tractatus cuiusdam metrici, quem Studemund in An. Var. I 192 sqq. edidit usus codicibus Venetis Marcianis 483 (saec. XIV) et XI, 31 (saec. XIV ineuntis); cf. l. l. p. 194, 1 πάλιν ἀπὸ τῶν ζ φωνηέντων γραμμάτων τὸ Α καὶ τὸ Ι καὶ τὸ Υ τυγχάνουσι δίχρονα. δίχρονα δὲ λέγεται, διότι ἐκτείνονται καὶ συστέλλονται, καὶ ταῦτα τὰ τρία δίχρονα οἱ στιχοπλόκοι δέχονται καὶ ὡς βραχέα καὶ ὡς μακρά, οἷον ἅγιος· τὸ οὖν Α καὶ τὸ Ι εἰσὶ δίχρονα· ἐὰν οὖν θέλῃς, δέχῃ καὶ τὰ δύο ὡς μακρά, ἢ τὸ μὲν Α ὡς βραχύ, τὸ δὲ ΓΙ ὡς μακρόν, ἢ τὸ Α ὡς μακρόν, τὸ δὲ ΓΙ ὡς βραχύ, ἢ καὶ τὰ δύο τό τε Α καὶ τὸ ΓΙ ὡς βραχέα. Cf. etiam p. 194, 13. 14. 20—31.

Huius tractatus auctor vixit ante saeculum p. Ch. XIV, quo codices illi Marciani scripti sunt, sed post Michaelem Psellum i. e. post saeculum p. Ch. XI; nam citavit l. l. p. 193, 10 versum

μαθὼν τὸ μέτρον εὐφυῶς πλέκε στίχους

qui exstat in exitu carminis Pselliani περὶ τοῦ ἰαμβικοῦ μέτρου, quod edidit A. Nauck in Mélanges gréco-romains vol. II p. 492 (Petropoli 1864) usus codice quodam Hilferdingiano (saec. XV exeunt. vel saec. XVI ineunt.).[1])

Unius modo vocalis Α generis mensura tam certa firmaque videbatur esse, ut idem auctor anonymus eam pro ancipiti usurpari vetaret, dico quantitatem vocalis Α, quam continent terminationes genetivi et dativi singularis declinationis primae; cf. l. l. p. 194, 31 ἡ γενικὴ καὶ ἡ δοτικὴ ἀεί ποτε ἐκτείνεται· ὥστε καὶ εἰς τὴν τετάρτην χώραν (sc. τοῦ ἰάμβου) εἰ πέσοι, ἐκτείνει αὐτήν· ὁμοίως καὶ εἰς τὴν δευτέραν (sc. τοῦ ἰάμβου χώραν), ad quam doctrinam pertinent verba, quae sequuntur:

σημείωσαι δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ἡ δοτικὴ διὰ μακροῦ ἐκφέρεται, ἐν οἵῳ φωνήεντι (i. e. ᾳ aut ῃ) τύχῃ· οἷον

τῇ μακρᾷ πέμπτῃ μακρὸν ὕμνον ἐξᾴδω·

τὸ κρᾷ μακρὸν διὰ τὴν δοτικὴν γίνεται.[2])

[1]) Versus, de quo agitur, omissus est in codicibus Ambrosiano A 110 ord. sup. (saec. XV aut XVI), Barocciano 125 (saec. XVI ineunt.), Vindobonensi theol. gr. 287 (saec. XV), quibus usus Studemund idem carmen edidit in An. Var. I 198 sq. Cf. Hoerschelmann in Goetting. gel. Anz. a. 1887 p. 613.

[2]) Consulto usurpatum est verbum γίνεται pro ἐστίν; nam omnes syllabas,

Animadvertendum est auctorem anonymum supersedisse terminationum illarum accentus respicere i. e. quaerere, utrum terminationes illae circumflexae essent an grammatico accentu vacarent.[1])

Ac suo quidem iure grammaticus ille anonymus doctrinam de productione terminationum genetivi et dativi singularis primae declinationis protulit; nam supersederunt Byzantini iambographi, qui illa aetate fuerunt, terminationes, de quibus agitur, in altera aut quarta trimetri sede brevium syllabarum loco habere; verbi gratia brevium syllabarum loco usurpatae sunt:

I. terminatio genetivi sing. I. declinationis:

ter in Manuelis Philae carminibus:

cod. Florent. carm. 213, 150 (ed. Miller vol. I p. 395):

ἥδιστον ἐκ τῆς ὥρας ἀνέδειξέ σε

cod. Escur. carm. 151, 1 (vol. I p. 64):

ἐκ πέτρας ἁδρὸς ὁ Ζαχαρίου στάχυς

cod. Vat. carm. 23, 5 (vol. II p. 280):

τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας ἡ ξένη χύσις

duodecies in Ephraemii 10392 senariis (ed. I. Bekker Bonnae 1840):

a. in substantivis:

7264 δουλείας ἀνάλωτος Ἰταλῶν μένει
246 κακίας ἰὸν ἐξεμῶν ψυχοφθόρον
2778 ἐκ προδρομικῆς κάρας ἀνειλημμένον
8941 παιδείας ἄλλης καὶ καλῶν διδαγμάτων
10071 παιδείας ἴδρις ἰατρικῆς καὶ νόμων

b. in adiectivis:

4213 ἀνδρείας ἔργα καὶ χερὸς ῥωμαλέας
7612 θηλείας ἵππου Περσάνακτος εὐψύχως
7281 πατρῴας ἄρχων μετρίας κληρουχίας

c. in nominibus propriis:

165 Μαμαίας Ἀλέξανδρος, εὐσεβεῖς σέβων
6178 Οὐγγρίας ῥηγὶ τῷ Βελᾷ κεκλημένῳ

---

quae continent vocales Α Ι Υ, pro ancipitibus habuerunt versificatores illi; sed syllaba κρᾶ longae syllabae vicem obtinet διὰ τὴν δοτικήν. Cf. etiam Hoerschelmann, de Dionysii Thracis interpretibus veteribus commentationis particula I p. 81 sq.

[1]) Cf. p. 58 et cap. V.

7636 = 8600 Παλαιᾶς[1]) Ἠπείρου τε σὺν Αἰτωλίᾳ
1826 Χαζάρας ἐκφὺς τῷ πατρὶ Κωνσταντίνῳ.

II. **terminatio dativi sing. I. declinationis:**

**bis apud Manuelem Philam, sed in suspectis carminis** περὶ ζῴων ἰδιότητος[2]) **versibus:**

1092 ἱππείᾳ χαίτῃ εἴκελος. θάμβος δ' ἰδεῖν
1973 λίθου βολῇ βαρείᾳ ἐν μιᾷ μόνῃ[3])

**quater in Ephraemii 10392 senariis:**

**a. in substantivis:**

2659 ἀξίᾳ τιμᾷ τοῦ παρακοιμωμένου
1175 ῥομφαίᾳ λύπης τοιγαροῦν τετρωμένος
2507 χωνείᾳ παρέδωκεν ἐξ ἐμπληξίας

**b. in adiectivo e nomine proprio derivato:**

5139 γαυρούμενος Καδμείᾳ δυσκλεῶς νίκῃ.

Ab anonymi Byzantini metrici praeceptis, de quibus disputavimus, multum discrepat ea doctrina, quam protulit Ioannes quidam Cretensis Botaniata cognomine, qui ante saeculum p. Ch. decimum tertium[4]) archivarii munere functus est. Is Isidoro Critacae, diacono et archivario Chio, carmine quodam de trimetris iambicis pangendis iambico, quod primum Edm. Cougny in Annuaire de l'association pour l'encouragement des

[1]) Correxit I. Hilberg in Wiener Studien vol. X p. 82; παλαιᾶς cod.

[2]) Cf. Poetae bucolici et didactici edd. F. S. Lehrs et Fr. Duebner (Paris. 1851).

[3]) Itaque haud scio an recte docuerit Rud. Hercher, Erotici scriptores Graeci vol. II p. LII: *Dativus in ᾳ terminatus vel verborum terminationes ᾳ et ᾳς in Pisidae, Prodromi, Nicetae, Philes carminibus nunquam corripiuntur.* Verbalem terminationem ᾳ semel correptam legimus apud Manuelem Philam, sed in carminis περὶ ζῴων ἰδιότητος suspecto versu

1147 θρώσκουσ' ἐπ' αὐτὰς θηρᾷ καὶ κατεσθίει.

[4]) Quod Studemundus in An. Var. vol. I 199 dixit codicem Chisianum miscellaneum R IV 11, quo memoriae traditum est Ioannis Botaniatae carmen, saeculo XIV ineunte manu tachygraphi exaratum esse, id parum recte se habet. Nam Studemundus ipse, cum gravissimo morbo iam afflictus erat, iterum iterumque mihi dixit a viris doctissimis se per litteras certiorem factum esse codicem illum Chisianum saeculo decimo tertio ineunte esse scriptum. Non multum ante hanc aetatem Ioannem Botaniatam vixisse Studemundus ipse opinatus est.

études grecques en France a. 1875 (Paris.) p. 92 sqq. publici iuris fecit iterumque edidit multis mendis correctis Studemund in An. Var. vol. I 201 sqq., exposuit ad libidinem produci eas vocales Α Ι Υ correptas, quas sequitur vocalis aut una consona aut muta consona cum liquida coniuncta, itemque ad libidinem corripi tales vocales Α Ι Υ productas, si aut accentu acuto gravive insignitae essent aut accentu vacarent; sed diserte vetuit vocales Α Ι Υ circumflexas corripi; cf. v.

44 ἄλφα ἰῶτα καὶ τὸ Υ δὲ τὰ τρία
τούτων ἕκαστον ὡς χρόνους ἔχον δύο
δέχοιο μακρὸν ἢ βραχύ, καθὼς θέλεις
ἔνθα προσήκει καὶ προσαρμόττει πλέον,
εἰ μή τι κωλύει σε τῶν ἀντιμάχων· κτλ.

et v.

72 τὰς ἓξ[1]) διφθόγγους ὡς μακρὰς λογιστέον
ἃς δύο φωνήεντα μιγνύουσί πως
εἰς φθόγγον, εἰς ἕνωσιν, εἰς βοὴν μίαν.
τρόπον τὸν αὐτόν, ἃς περισπᾷς καὶ γράφων,
μακρὰς λογίζου συλλαβὰς τὰς διχρόνους.

Hanc de circumflexarum syllabarum quantitate servanda legem Ioannes Botaniata non migravit nisi in **nominibus sollemnibus**; sed dubito an horum nominum accentus circumflexos acutis non mutaverit; cf. vv.

54 ὧν εἰσὶ διπλᾶ ζῆτα καὶ ξῖ καὶ ψῖ[2]) τε
55 ἄλλα τρία δὲ ψιλά· ταῦ κάππα πῖ[3]) τε
56 καὶ δασέα γίνωσκε θῆτα φῖ χῖ[4]) τε
57 λάμβδα μῦ[5]) νῦ ῥῶ δ' ἀμετάβολα δέχου.

Similiter legem de syllabis positione productis tantummodo in **vocabulis sollemnibus vel propriis** neglexit; cf.

---

[1]) i. e. ΑΙ ΑΥ, ΕΙ ΕΥ, ΟΙ ΟΥ. Cf. Studemund An. Var. vol. I 194, 16 et Dionysium Thracem p. 10, 8 (ed. Uhl.).

[2]) ψῖ́ τε C et fere P, $\overline{\psi}$ τε L, ψί τε Studemund. De codicum notis cf. Studemund. l. l. p. 199 sq.

[3]) πί CP Studemund, $\overline{\pi}$ L.

[4]) χῖ́ τε C et fere P, $\overline{\chi}$ τέ L, χί τε Studemund.

[5]) $\overline{\mu\iota}$ $\overline{\nu\iota}$ $\overline{\rho\omega}$ C, μι $\overline{\nu\upsilon}$ ῥῶ P, $\overline{\mu}$ $\overline{\nu}$ $\overline{\rho}$ L, μῦ νῦ ῥῶ Studemund, sed adnotavit „an μύ νῦ ῥῶ voluit poetaster?"

72 τὰς ἒξ διφθόγγους ὡς μακρὰς λογιστέον[1])
96 βλαστῷ Χίου Κρῆς εὐτελὴς Ἰωάννης.[2])

Item hiatum, quem diligentissime vitare solet, non admisit nisi ante vocabula sollemnia; cf. v. 40 τὸ Ε, 42 τῷ Ω et τῷ ἦτα, 44 ἄλφα ἰῶτα et τὸ Υ.

Legem de syllabarum circumflexarum mensura servanda, quam statuit Ioannes Botaniata, identidem a versificatoribus Byzantinis neglectam esse cognoscitur ex Isidori Hilberg commentationibus in Wiener Studien vol. VIII (a. 1886) p. 309 et vol. X (a. 1888) p. 81 sqq.

## Caput V.

### De Ignatio diacono, Theodosio diacono, Christophoro Mytilenaeo, Ioanne Euchaitensi. (Saec. IX—XI.)

Byzantina aetate antiquam vocalium Α Ι Υ quantitatem a versificatoribus plus minusve neglectam esse per omnia tempora inter omnes constabat. Hunc pensitandi abusum non repente, sed sensim pedetemptimque ortum et secundum certas leges auctum esse primus docuit Isidorus Hilberg in Wiener Studien vol. VIII (a. 1886) p. 290 sqq. eis versificatoribus Byzantinis in censum vocatis qui metro iambico, quod Byzantini in deliciis habebant, usi sunt. Curis Hilbergianis demonstratum est omnes versificatores, qui Byzantina aetate senarios iambicos composuerunt, cum aliis rationibus metricis tum vocalium Α Ι Υ usu in complures partes dividendos esse. Sed me quidem iudice I. Hilberg parum accurate agnovit non plus quam tres existere ordines iambographorum Byzantinorum.

Ac primum quidem locum I. Hilberg suo iure eis tribuit qui senarios plus quam duodenis syllabis effici licere et ultimam versus syllabam accentu grammatico vacare voluerunt; ii quoniam pedibus trisyllabis admissis non erant impediti angustiis metricis, genuinam syllabarum quantitatem religiose observaverunt. Huius

[1]) Cf. v. 18 sq. et 60 sqq.
[2]) Cf. v. 21—28 et 69.

Christophorus Mytilenaeus, qui priore illius saeculi parte dignitate ἀνθυπάτου, πατρικίου, ὑπογραφέως τοῦ βασιλέως, κριτοῦ τῆς Παφλαγονίας καὶ τῶν Ἀρμενιακῶν ornatus floruit, 121 carmina iambica varia composuit. Haec carmina, quae efficiunt 2575 senarios, memoriae tradita sunt uno codice abbatiae Cryptae Ferratae, qui insignitus est Z. a. XXIX (saec. XV); primum in lucem edita sunt ab Antonio Rocchi (Romae 1887). Etsi codex Cryptensis tineis foede mutilatus est, tamen, quod nonnulla carmina etiam in codice Vaticano 1357 aliisque occurrunt, nunc supersunt 1300 senarii integri; reliqui versus plus minusve perierunt.

Denique huic classi adscribendus est Ioannes Mauropus, Michaelis Pselli praeceptor atque amicus,[1]) qui medio saeculo undecimo florens Cpolitana universitate litterarum anno 1045 restituta artem rhetoricam docuit et ab anno 1046 Euchaitis metropolitae munere functus est.[2]) Is metro iambico usus principalium dierum festorum historias in tabulis pictas patrumque sanctorum imagines commentariis instruxit et epigrammata varia composuit. Haec 99 carmina, quae continent 1862 senarios iambicos, codice Vaticano Graeco 676 ipso saeculo undecimo nitidissime scripto memoriae tradita sunt et a Bolligio descripta Pauli de Lagarde cura atque studio in Abhandlungen d. kgl. Gesellschaft d. Wissenschaften zu Göttingen vol. XXVIII (Gottingae 1882) in lucem prodierunt.[3]) Praeterea idem vir doctissimus

---

[1]) Attamen Psellus in trimetris iambicis pangendis easdem de vocalium A I Y usu quas Ioannes observavit leges sequi noluit; nam etiam substantivorum adiectivorumque, quae in brevem vocalem exeunt, syllabas finales identidem produxit, v. g. in carm. in Sclerinam (cf. Leo Sternbach, Menandrea [Cracoviae 1891] p. 56 sqq.) vv.

58 στυγνῷ κρυβεῖσα καὶ παρ' ἐλπίδα λίθῳ
282 βέλη πικρὰ κεντοῦσι τῆς ἀθυμίας.

Itaque dubium non est, quin Psellus tertio iambographorum ordini Hilbergiano adscribendus sit.

[2]) Cf. etiam William Fischer, Studien zur byzantinischen Geschichte des elften Jahrhunderts (Plauen i. V. 1883) p. 13 et ‚Ioannes Mauropus'... Gedichte, ausgewählt und metrisch übersetzt von Arthur Berndt' (Plauen i. V. 1887) p. 1 sqq.

[3]) Praeter hoc carminum corpus, quod Paulus de Lagarde edidit, inveniuntur in Patrolog. curs. compl. cur. Migne ser. Graec. tom. 120 (Paris. 1880) p. 1196 sqq. septem carmina Ioannis nomine inscripta, quae numeris

codicibus Vaticanis Graecis 889 et 1269 saeculo decimo sexto exaratis usus eiusdem Ioannis carmen quoddam etymologicum 208 senariorum iambicorum edidit l. l. p. IX sqq. In componendo hoc carmine Ioannes facere non poterat, quin eas leges metricas quas in carminum corpore illo perficiendo accurate observavit identidem violaret, quod vel ea de quibus disputavit vocabula metro iambico non satisfaciebant vel originationis explicandae causa vocabula qualiacunque ei inserenda erant.

Horum versificatorum, qui non aliter atque iambographi alterius ordinis Hilbergiani trisyllabos pedes evitaverunt,[1]) proprium erat, ut correptas vocales Α Ι Υ producere dubitarent. De producendis enim talibus syllabis his versificatoribus lex erat, ut eae modo correptae vocales ΑΙΥ producerentur, quae insunt vocabulis, quae in senariis iambicis usurpare

XCIX—CV insignita sunt. Haec carmina Ioanni Euchaitensi tribuenda esse equidem nego; nam saepissime in eis vocalium Α Ι Υ quantitates immutatae sunt et identidem etiam eae leges metricae quas in carminum corpore illo perficiendo Ioannes accurate observavit, neglectae sunt; v. g. productae sunt et hae voculae: 100, 2 τίς 100, 2 et 105, 27 τί 105, 1 πρίν et prior syllaba horum vocabulorum: 100, 3 τιθείς 104, 6 τύπος, et correptae sunt prior syllaba vocis Ἅιδου 105, 3. 29 et finalis syllaba participii ἐξάξας 105, 19. — In eis 5 epigrammatis eiusdem Ioannis nomine inscriptis quae edita sunt in Patrol. curs. compl. Ser. Graec. tom 120 p. 1199 et a Paulo de Lagarde l. l. p. V sqq. neque vocalium Α Ι Υ quantitates genuinae neque reliquae quas Ioannes sequi solet leges metricae neglectae sunt. — Nonnulla Ioannis carmina auctoris nomine celato in Monacensibus quibusdam codicibus passim occurrere monuit P. de Lagarde l. l. p. XV. Addo in codice Parisino Graeco 1630 (saec. XIV) fol. 195v descripta esse hoc ordine Ioannis carmina 32. 24. 17 auctoris nomine omisso; discrepat codex Parisinus cum editione Pauli de Lagarde his locis: carmen 32 inscribitur εἰς σταυρὸν χρυσοῦν 32, 1 ξύλω 32, 2 χρυσὸν 32, 3 πραθεὶς 24, 3 ταγμάτων] θαυμάτων 24, 6 ῥᾶστα 24, 8 οὐχ' ὡς et ἔδειξε (sed ει in rasura) 17, 3 πόρω 17, 4 ὦν] ἐν et μὴ καὶ] καὶ μὴ 17, 6 ἅπερ φέρουσιν] ὑπερφέρουσιν. — Carmina 13. 14. 15. 16. 17 duobus anonymi auctoris carminibus in Chrysostomum iambicis aucta typis expressa sunt apud Migne, Patrolog. curs. compl. ser. Graec. tom. 122 (Paris. 1864) p. 907 sqq.; praescripta sunt his carminibus verba: Τοῦ Ἰωάννου Ψελλοῦ στίχοι εἰς τοὺς ἁγίους τρεῖς ἱεράρχας. Fortasse utriusque anepigraphi carminis auctor fuit Psellus et carmina inscribenda sunt: Τοῦ Ἰωάννου <καὶ> Ψελλοῦ στίχοι εἰς τοὺς ἁγίους τρεῖς ἱεράρχας.

[1]) De hac ceterisque legibus metricis, quas hi versificatores secuti sunt, cf. Appendicem.

non licet, nisi genuinae vocalium illarum quantitates immutatae sunt. Contra veterum enim usum pensitata sunt tantummodo haec vocabula, quorum syllabae efficiunt hos pedes metricos:

I. In Ignatii carminibus:

⏑ ⏑ ⏑ : ⏑ – ⏑

tetr. 36, 2 μισθῷ δ' ἑλὼν γέρανος ᾔτει τὴν χάριν
tetr. 17, 1 ἔλαφον ἐξήλαυνον οἱ κυνηγέται
tetr. 39, 1 περῶν ποταμὸν φόρτον ἦγ' ἁλῶν ὄνος
corr. Mueller, ἁλὸς ὄνος vulg.

⏑ ⏑ – : – ⏑ –

tetr. 51, 4 πρὸς θυσίαν σὴν εἰς θεοὺς οἶνον βλύσαι

⏑ ⏑ – : ⏑ – –

tetr. 13, 1 ἔθνει γεράνων πῆξέ τις σπορεὺς πάγην
tetr. 28, 1 φέρων ποταμοῦ πλησίον κύων κρέας
in Adam. 15 Χερουβίμ, Ἀρχὰς καὶ Σεραφὶμ καὶ Θρόνους

⏑ – ⏑ ⏑ : – – – ⏑

in Adam. 102 ἐξ οὗ με παρήπαφε δυσμενὴς ὄφις
ἐξ οὗ παρήπαφέν με coni. Mueller; cf. Appendicem I.

– ⏑ – – ⏑ ⏑ : – ⏑ – – – ⏑

tetr. 21, 2 ἣν ἐξεμυκτήρισε τῆς ἀβουλίας
ἐξεμυκτήριζε coni. Mueller haud insulse, nam identidem Ignatius imperfecto usus est in tetrastichis v. g. 1, 3. 3, 2. 4, 1. 3. 6, 4. 8, 1 alias.

Emendandus est versus:

tetr. 16, 4 πτῶσις ἐκείνων ἐστὶν ἡμῶν ἡ στάσις
πτῶσις δ' ἐκείνων suo iure scripsit Mueller.

Quod iambicae vocis ἀνήρ prior syllaba producta est

tetr. 7, 1 ἐρωμένας δύ' εἶχεν ἀνὴρ μιξόθριξ,

nullius momenti est; nam hoc quod mendis scatet tetrastichon in eam quam praebent editiones vulgatae formam ab Ignatio redactum esse recte negavit Mueller (in adnot.).

II. In Theodosii carminibus:

⏑ ⏑ ⏑ : – ⏑ ⏑

2, 67 ἔβαλλον αὐτῶν πολλάκις καὶ πατέρας
5, 92 ἐκεῖ τὰ τέκνα πατέρας, καὶ πατέρες
3, 146 διψᾷ σταλαγμὸν ὕδατος τετηγμένος

Bisyllabae formae ὕδωρ priorem syllabam Theodosius corripuit (cf. 3, 184) ac ne semel quidem produxit, quoniam iambicam vocem in senario iambico sine ullo negotio usurpare licet.

3, 37 χαλκοῦν τεχνουργεῖν Ἄρεος πίθον μέγαν

⏑ ⏑ ⏑ : ⏑ – ⏑

1, 31 δίκασον αὐτὸς καὶ προσωποληψίαν

3, 65 τρόπωσον ἐχθροὺς καὶ κόπασον τοὺς πόνους

(i. e. *fuga hostes et da finem laboribus*); κόπωσον Fr. Iacobs perperam proposuit, nam verbo κοπάζειν eadem quae hoc loco flagitatur notio subest in his quoque Veteris Testamenti locis: Sirach 39, 28 καὶ ἐν καιρῷ συντελείας ἰσχὺν ἐκχέουσιν, καὶ τὸν θυμὸν τοῦ ποιήσαντος αὐτοὺς κοπάσουσιν. 43, 23 λογισμῷ αὐτοῦ ἐκόπασεν ἄβυσσον καὶ ἐφύτευσεν αὐτὴν Ἰησοῦς. 46, 7 κωλῦσαι λαὸν ἀπὸ ἁμαρτίας καὶ κοπάσαι γογγυσμὸν πονηρίας.

2, 123 γάλακτος, ἐκ μέλιτος, ἐξ οἴνου ῥέειν

corr. Iacobs; cf. Appendicem II § 7.

– ⏑ ⏑ : – – ⏑

5, 69 κρύπτουσιν ὡς ἄσπιλον ἐσπιλωμένον

5, 58 σπάθης τε καὶ θώρακες, ἀσπίδος τάσις

1, 260 Κόζικε συνθρήνησον, ἡ κεκαυμένη

De 1, 219 cf. Appendicem II § 1.

– ⏑ ⏑ : – ⏑ –

4, 98 οἳ πολλάκις ἔβρυξαν εἰς αὐτὸν μέγα

⏑ ⏑ – : – ⏑ –

2, 204 ἐκ τεττάρων γὰρ στρατικῶς ἐγκρυμμάτων

2, 223 ἔκειτο πρηνὴς στρατικῶς ἡπλωμένος

1, 56 ἐπεὶ δὲ πάντας εἶδεν ἐκ τῶν ὑδάτων

5, 21 ἀρὰν παλαιάν, Ἀράβων φυλή, λάβης

3, 206 Καῖσαρ,[1]) Ἀχιλλεύς, Μακεδὼν καὶ Πομπίος

5, 48 ὁ πανσέβαστος καὶ διώκτης Συρίας

5, 64 θρήνησον, ὦ γῆ πᾶσα νῦν τῆς Συρίας

5, 81 εἴθε σκοπήσαις, ὡς ἔχει τὰ Συρίας

⏑ ⏑ – : ⏑ – –

5, 3 ὕδωρ ποταμῶν, τάγμα τῆς ἐκκλησίας

⏓ ⏑ ⏑ ⏑ : ⏓ – ⏑ ⏑

2, 232 καὶ πρὶν μαχητὴς εὐσθενὴς κεκριμένος

---

[1]) Producitur trochaici nominis proprii Καῖσαρ syllaba finalis; excusatur, quod versus scatet nominibus propriis; cf. p. 76. De nominum propriorum mensura cf. Appendicem II § 3. 4.

— ⏑ ⏑ ⏑ : — — ⏑ ⏑

4, 38 πλῆθος δεκαπλῆς ἐμβαλεῖν χιλιάδος

— ⏑ ⏑ ⏑ : — ⏑ — ⏑

5, 7 τὸ δυσπρόσιτον θηρίον κατεσφάγη.

Agitur de Cretensium duce fugato; δυσπρόσοιστον coni. Iacobs, sed δυσπρόσιτος appellatur non solum locus, sed etiam homo, ad quem aditus difficilior est; cf. Eurip. Iph. Aul. 344

τοῖς φίλοισιν οὐκέτ' ἦσθα τοῖς πρὶν ὡς πρόσθεν φίλος
δυσπρόσιτος ἔσω τε κλῄθρων, σπάνιος.

Animadvertendum est Theodosium aliis quoque locis Euripideis vocabulis usum esse, veluti 4, 20 κυμοδέγμοσιν τόποις (cf. Eur. Hipp. 1173 ἀκτῆς κυμοδέγμονος).

1, 226 πέπλοις δὲ λαμπροῖς ἐστόλισεν αἰθέρα

ἐστόλιζεν coni. Iacobs non improbante I. G. Brambs, de auctoritate tragoediae Christianae quae inscribi solet Χριστὸς πάσχων (Eichstadii 1883) p. 51; sed emendatione opus non est, quoniam in eodem enuntiato antecedit aoristi forma ἐπεὶ... ἤρξατο.

⏒ ⏑ ⏑ — : ⏒ — ⏑ —

3, 86 οἱ δὲ στρατηγοὶ πρὸς φυγὴν κεκλιμένοι

⏑ ⏑ — — : ⏑ — — —

4, 18 τροφὴν ἐρευνῶν καὶ βοτανώδεις τόπους

⏑ — ⏑ ⏑ ⏑ : ⏑ — ⏑ — ⏑

5, 59 ἃ γῆν κατηδάφισε βαρβαρουμένην

κατηδάφιζε coni. Mueller, Ignatii Diaconii tetrasticha iambica 53, versus in Adamum 143 p. 9 adn. 2; sed sequuntur verba ἃ... δέδωκεν... καὶ ... ἐξέσωσε.

⏑ — — ⏑ ⏑ : ⏑ — — — ⏑

2, 21 θᾶττον μετεσκεύασεν, ὃς παραυτίκα

— ⏑ ⏑ — ⏑ : — ⏑ — — ⏑

4, 8 ᾤκουν ἐκεῖθεν ἐξελαθέντες ξίφει

ἐξελασθέντες male coni. Iacobs.

⏑ ⏑ — ⏑ — : — ⏑ — ⏑ —

1, 167 εἰς πλησμονὴν ἄπειρον ὑδατουμένην

[⏑ ⏑ — — — ⏑ : — ⏑ ⏑ — — ⏑

2, 212 ἔβαλλον εὐθύς, ἀνεβάλλοντο πλέον

Iacobs probabiliter coniecit ἀντεβάλλοντο.]

Praeter hos quos commemoravimus locos nullum versum invenies, quo Theodosius contra veterum morem vocalem ΑΙΥ correptam produxerit. Nam quod Theodosius priorem vocabuli ἴσως syllabam produxit

3, 217 καὶ πλεῖστα φημίζουσιν ἴσως ἀξίως,

eo explicandum est, quod haec mensura genuina esse Theodosio videbatur;[1]) quod si non concederemus, mirum esset, cur poeta lege sua observata non scriberet:

καὶ πλεῖστα φημίζουσιν ἀξίως ἴσως.

Ceteri loci, quibus Theodosius hoc vocabulum usurpavit (1, 261. 3, 58), ad hanc quaestionem diiudicandam nihil valent.

Syllabam finalem vocis ὀφρύς etsi quarto iam saeculo p. Chr. Gregorius Nazianzenus, de quo conferas Aloisium Rzach in Sitzungsberichte d. phil.-hist. Cl. d. Kais. Akad. d. Wiss. vol. 100 (Vindob. 1882) p. 351 et Leonem Sternbach, Menandrea (Cracoviae 1891) p. 75 sq., in versibus dactylicis corripuit, tamen Theodosius secundum veterum usum producere solet; cf.

2, 49 οἱ τὴν ὀφρὺν ἔχοντες ἅρπαγες κύνες
3, 71 κκῶν ὑπῆρχεν εἰς ὀφρὺν ἐπηρμένος.

Quam accurate Theodosius legem de vocalibus Α Ι Υ producendis observaverit, cognoscitur imprimis his versibus:

2, 117 ἴωμεν εἰς μάχαιραν ἀντὶ τῶν τέκνων[2])
ὑπὲρ (pro ἀντὶ) γυναικῶν καὶ φίλων καὶ πατρίδος.

Cum nollet praepositionis ἀντί syllabam finalem producere, in versu 2, 118 voculam ὑπέρ usurpavit. Cf. etiam Appendicem II § 4.

III. In Christophori carminibus:[3])

⏑ ⏑ ⏑ : — ⏑ ⏑
85, 7 κόπρων σκάφας βλέπειν σε καὶ τὰς ἀμίδας
63, 28 ὁ μὲν γὰρ ἄρτον ἱερὸν διαρπάσας
90, 15 ἐγειτὸν (?) εἰ δὲ Πράσινος τῷ Ῥουσίῳ
90, 104 καὶ Πράσινον πα . . . . . . .
63, 11 . . . . . . τ<ὰς> σπυρίδας
22, 8 καὶ μὴ φανείης μὴ πρὸς αὐτῆς τριάδος
7, 2 ἐκλιπαρῶ σε, ζῶντος ὕδατος φρέαρ
109, 112 καὶ μὴ καταιγὶς ὕδατός με συλλάβοι

---

[1]) Consentit Christophorus Mytilenaeus, nam solet vocalem I producere cf. 56, 3 ἶσαι 13, 4 ἄνισον 122, 92 ἀνίσους 69, 1 ἰσάριθμ<ος> 13, 37 ἰσότης.

[2]) Cf. 1, 83 ἴωμεν ἀνθ' ὧν εὐσθενῶς πρὸς βαρβάρους.

[3]) Verba, quae nunc quidem absunt a codice Cryptensi, sed ex aliis codicibus ab Antonio Rocchi in adnotationibus commemorantur, uncinis rectis [ ] saepsi; verba, quae coniectura addita sunt, uncinis obliquis < > interclusi.

⏑ ⏑ ⏑ : ⏑ — ⏑

109, 130 ἢ μυῖαν ἢ βάτραχον εἴτε καὶ σκνίπα
42, 38 ἔξεισι γὰρ ζέφυρος ἐκ τῆς ἑσπέρας
36, 9 χάρτην, μέλαν, κάλαμον εἰς γῆν ῥιπτέω
31, 2 [φύσας δὲ νῦν κέρατα, ταῦρος εἶ μέγας]
15, 4 ἐπώνυμον μέλιτος ἡδὺν[1]) Μελίαν
36, 28 χλούνης[2]) δὲ μᾶλλον ἢ μονιὸς[3]) τὸ πλέον
105, 63 ἰδεῖν καθὼς πέρυσιν εὐλογημένον
27, 18 ἤ τίς ποθινὸς[4]) τοῖς κρατοῦσι δεσπόταις
90, 64 καμπτὴρ δὲ τὸν Πράσινον εἶχεν αὐτίκα
90, 71 πρῶτα Πράσινος, εἶτα Λευκ<ὸς> . . .
90, 94 πλὴν ὁ Πράσινος, ὡς ἔφην ἄνω . . .
90, 111 ἀμφοῖν δὲ τούτων ὁ Πρά<σινος> . . .
77, 58 σφάττει πρόβατον, καὶ μελι . . . . .
30, 23 φάλαρα χαλκᾶ[5]) χρυσίῳ κεχρ<ωσμένα>
105, 21 . . . <σφί>γγῃ καὶ χάρακας[6]) κυκλόθεν

— ⏑ ⏑ : — — ⏑

42, 10 στρεβλοῖς δὲ τὸν κάρκινον εἰκότως ἄγαν

⏑ ⏑ — : — ⏑ —

109, 29 ἐναντίων μὲν εἰσπνεόντων[7]) ἀνέμων
109, 193 τί κωλύει σε καὶ πνέουσιν ἀνέμοις
122, 98 ὡς μὴ λελύσθαι ταῖς πνοαῖς τῶν ἀνέμων
40, 71 ἄπελθε καὶ στέναξον ἐν ταῖς ἀνίαις
18, 8 ἢ κρεῖττον εἰπεῖν, ἀρετῶν εὐκοσμίᾳ
27, 22 τίς ἀρετὴν ἔσπευσε συζεῦξαι λόγοις;
27, 24 ἐν ἀρετῇ μὲν ἀρετῆς τοὺς ἐργάτας
30, 2 τὸν ἀρετῆς χιτῶσιν ἐστολισμένον
30, 20 τῆς ἀρετῆς τὸ κοῦφον ἐμφαίνει τάχα
42, 6 τῶν ἀρετῶν τε καὶ παθῶν τινας τύπους
117, 4 <ὀ>σμὴν ἀεὶ μένουσαν ἀρετῶν πνέων

---

1) ἡδῦν cod. Crypt.

2) Correxi, υλούνεις cod. Crypt.; de voce χλούνης cf. Choerob. Dict. in Theod. p. 455, 34 (ed. Gaisf.) χλοῦναι δέ εἰσιν οἱ σύαγροι οἱ ἐν ταῖς χλόαις εὐναζόμενοι καὶ διατρίβοντες. E Gu. 567, 48 χλούνης ὁ σύαγρος, ὁ χοῖρος κτλ.

3) Correxi secundum Herodianum I 118, 1. II 274, 26 (ed. Lentz.), μόνιος cod. Crypt.; de voce μονιός cf. E Gu. 397, 32 μονιὸς σημαίνει τὸν ἄρκτον κτλ.

4) ποθεινὸς proposuit A. Rocchi (in adnot.).

5) χαλκά cod. Crypt.

6) Correxi, κάρακας cod. Crypt.

7) Correxi, εἰς πνεόντων cod. Crypt.

36, 11 πληγὴν ἐμοῦ γὰρ οὐχ ὑποίσεις καλάμου
47, 3 <ἐπεί γε σ>ῆς σφίγγῃς με παλάμης ἔσω,
κενὴν λιποῦσα φεύξομαι σὴν παλάμην.[1]
105, 39 πῇ δ' ἔνδον αὐτῆς σπέρμα βάλλον σικύων
109, 118 καὶ ταῦτα μακρὰν ὑδάτων ἑστὼς τέως
48, 8 <ν>ικῶσιν Ἴτυν ὑπάτην παρυπάτην
95, 10 . . . . . . χαρίτων τὸ χωρίον
13, 24 εἰ μᾶλλον εἰπεῖν, καὶ τραπέζης ψιχίων[2]
18, 5 καὶ [Μιχαὴλ μὲν εἰκονίζει τὴν ἕω]
49, 4 <τὸ στέμ>μα ῥίψας Μιχαὴλ καὶ πορφύραν
114, 101 καὶ δάκτυλόν σοι Μιχαὴλ ἀρχαγγέλου
27, 43 ὁ Συνάδων[3]) τὰ πάντα συλλαβὼν ἔχει
⏑ – : ⏑ – –
22, 31 εἰ καρτερήσῃς τὰς ἀμυχὰς εἰς γέλος
84, 4 ἔχεις βαλάνους δεῖπνον, εἰ βούλει, φίλον
124, 8 γραφῆς καλάμῳ ῥημάτων τελῶ κρότους
114, 24 τοὺς μὲν κεφαλὰς μυρίους κεκτημένους
136, 33 κἂν εἰς κεφαλὴν στέμμα θῇ μέλλων πάλιν
136, 175 χαλκᾶς[4]) φέροντας ἐν κεφαλαῖς τιάρ<ας>
82, 4 δίκην κοράκων πτῶμά που σκεψαμένων
70, 5 εἰ μὴ κορυφὴν καὶ τὰ βάθρα μου λέγεις
136, 177 καί τι κρομύων πλέγμα καί τι χορδίων
36, 30 φρίσσεις δὲ χαίτην[5]) καὶ παταγεῖς μακρόθεν
109, 43 στόμα πλατυνῶ, καὶ γὰρ αὐτὴ καρδία
136, 133 . . . . <π>λοκάμους συνθέτους
68, 40 καὶ τὴν πολιὰν εἰς δυ... . . . .
55, 6 [τιμῶν τε πηγαὶ καὶ ποταμοὶ χρυσίου]
6, 17 πρὸς τοὺς πρασίνους ἁρματοτροχηλάτας

---

[1]) v. 3 verba <ἐπεί γε σ>ῆς addidit A. Rocchi; v. 4 κενὴν scripsi, ῥὴν cod. Crypt. Codice Veneto Marciano 531 (saec. XV) carmen 47 Eustaio Macrembolitae tribuitur; cf. Eustathii Macr. de Hysmines et Hysminiae aoribus ed. I. Hilberg p. 213; eodem codice vv. 3. 4 sic traditi sunt:
κἂν γοῦν ἀπρὶξ σφίγξῃς με κατέχειν θέλων,
καινὴν λιποῦσα φεύξομαι σὴν παλάμην.

[2]) Correxi, ψυχίων cod. Crypt.; agitur de frustis esculentis: cf. 13, 23 [οἱ δὲ γλίχονται καὶ μονοβλώμου τρύφους].

[3]) Correxi, συνάδων cod. Crypt.; agitur de Synadis Phrygiae urbe.

[4]) χαλκὰς cod. Crypt.

[5]) Correxi, ...ισσειν δὲ χαίτης cod. Crypt., (πλ)ίσσεις δὲ τὴν χαίτην A. occhi (in adn.).

114, 77 ὀστοῦν προβάτου, μηρία . . . .
114, 83 τὸ δ' ἦν προβάτου μᾶλλον, ἀλλ' οὐχὶ Πρόβ<ου>
121, 2 ἤρκει στεφάνους προξενεῖν σοι μυρίους
121, 4 κρείττους ἀριθμοῦ τοὺς στεφάνους προσδόκα
36, 5 αὐτὸς δ' ἐγὼ νῦν εἰς συνάγων πρὸς δύο
109, 33 ἢ συντριβῇ νῦν ταῖς ὑφάλοις εἰ τύχοι
114, 117 καὶ τῆς φλογίνης χεῖρα ῥομφαίας[1]) μίαν
27, 37 τὸ τοῦ Συνάδων ἐκδιηγεῖσθαι κλέος

— ◡ ◡ ◡ : — ◡ — ◡

109, 129 ἴσως τὸν ἀττέλαβον ἢ τὴν ἀ... . .
136, 75 κἂν εὐπάρυφον τὴν καταστολὴν φέρῃ
115, 2 ἐμοὶ γὰρ ἡδὺ Βρουμάλιον οἱ λόγοι
39, 2 ὦ κλῆσιν, Εὐγένιε, τὴν ἀπὸ βρέφους
77, 19 ὡς Ἡλιάδες Ἡλίου[2]) τὸν υἱέα

◡ — ◡ ◡ : — — — ◡

18, 18 τυποῖ δὲ Γεώργιος[3]) ἀρκτῶον μέρος

◡ ◡ ◡ — : ◡ — ◡ —

114, 129 ὑπογραφεύς σοι ταῦτα τοῦ βασιλέως
84, 6 ἡ σύζυγος πλήσει σε καὶ κερατίων
42, 43 . . . . . . . κεφαλίδων
136, 96 τὸ δ' ᾆσμα τούτων τοὺς σοφοὺς νοταρίους
16, 11 [ἐν] ἀνθυπάτοις, ἐν πατρικίοις ἅμα
63, 12 ἤμειψαν αὐτὰς εἰς τύπους στιχαρίων
63, 20 ἄλλος δὲ χρῆσιν ἀγνοῶν στιχαρίου
36, 12 . . . . φεῦγε τῶν Προτασίου
114, 131 ἀγχοῦ μὲν οἰκῶν τοῦ νεὼ Προτασίου

◡ ◡ ◡ — : — ◡ — —

90, 23 . . . τὴν καταραχὴν τοῦ δρόμου

— — ◡ ◡ : — ◡ — ◡

42, 20 τὰ δ' ὀρνίθια τοὺς πλανήτας μηνύει

— ◡ ◡ — : — — —

56, 2 [ἄλλη μὲν ἄλλης τῷ χρόνῳ πρεσβ]υτέρα[4])
63, 44 πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων ἅμα
82, 4 δίκην κοράκων πτῶμά που σκεψαμένων

— ◡ ◡ — : — ◡ — —

16, 11 [ἐν] ἀνθυπάτοις, ἐν πατρικίοις ἅμα

---

[1]) Corr. A. Rocchi in adn., ῥομφαίαν cod. Crypt.
[2]) Correxi, ἡλιάδες ἡλίου cod. Crypt.
[3]) De producta prima syllaba cf. Appendicem II § 4.
[4]) Cf. Eustathii Macremb. de Hysm. ed. Hilberg p. 213. 217.

90, 102 τοὺς ἀστραγάλους . . . . .

64, 1 <τῷ> πρωτοπαπᾷ πέμπομεν τὸ βιβλίον

Legendum est 141, 1 μαργαρῖται (μαργαρίται cod. Crypt.) aeque ic 63, 35 πολῖται (πολίται cod. Crypt.).

— — ⏑ : — — — ⏑

122, 44 πῇ δὲ πρὸς ὑφαίνοντα δεξ<ίως> . .

⏑ — — : — ⏑ — —

145, 1 ταῖς ἱερείαις τῆς πανάγνου Παρθένου

Bis Christophorus nominis proprii Ἰωάννης vocalem Ω corri- uit et quoniam ita hoc vocabulo pes ⏑ ⏑ - - efficitur, primam yllabam produxit; cf.

107, 5 ἐκ τῆς τελευτῆς, Ἰωάννη, καὶ . . .

141, 3 μορφὰς δὲ μᾶλλον, Ἰωάννη, τὰς ἔσω

⏑ — — : ⏑ — — —

122, 64 ὦ πῶς ἀράχνης καὶ διαβήτου δίχα

68, 57 τοσοῦτος ἤδη τῆς ξενιτείας χρόνος

68, 19 εἰ πλειόνων δὲ τῶν παρασήμων <δέον>[1])

⏑ — — : ⏑ — ⏑ —

68, 83 Χριστῷ προσῆξα μάρτυρα στεφανίτην

— ⏑ ⏑ ⏑ : ⏑ — ⏑ — ⏑

144, 2 γελᾷς, Βονηφάτιε, καὶ τετμημένος

⏑ ⏑ — ⏑ : — ⏑ — — ⏑

27, 51 φανήσομαι γὰρ Σαρδανάπαλος νέος

⏑ — ⏑ — : — ⏑ — ⏑ —

105, 35 βαβαὶ δὲ τούτου σικυηλάτου χάριν

105, 54 ἐκ τοῦδε τοῦ σοῦ σικυηλάτ<ου> . .

⏑ ⏑ — — : — — ⏑ — —

68, 44 ἐκλιτανεύων . . . . . . . . .

Praeter ea quae commemoravimus vocabula inveniuntur duo ocabula, quorum genuinam quantitatem, quamquam metro iam- ico non repugnat, Christophorus mirum in modum mutavit; cf.

13, 9 ἐν μὲν χιλίοις πλουσίοις ἢ μυρίοις
εἷς δυστυχήσας συγ[κάτεισι τοῖς κάτω·]

136, 175 χαλκᾶς[2]) φέροντας ἐν κεφαλαῖς τιάρ<ας>.

Iis locis Christophorus corripuit primam vocis χιλίοις, alteram ocis τιάρας syllabam et, quoniam pes ⏑ ⏑ - metro iambico non atisfacit, produxit alteram vocis χιλίοις, primam vocis τιάρας yllabam.

---

[1]) δέον addidi; cf. clausulam vv. 120, 1. 136, 124.

[2]) χαλκὰς cod. Crypt.

Emendandi sunt hi versus:

90, 86 ἵππους δὲ νύξας ἐκτρέχει σφόδρα ῥύμῃ
ὁ Βένετος . . . . . . . . .

Legendum est σφοδρᾷ ῥύμῃ.

136, 187 οἱ πάντα καλοὶ καὶ σεμνοὶ συνιππόται.

Vocis καλός priorem syllabam Christophorus corripere solet (cf. 36, 13. 44, 48. 66, 2. 4. 77, 86. 79, 14. 123, 1); deinde brevem syllabam, quam excipiunt litterae ΜΝ, longae syllabae loco semper habuit (cf. 42, 73. 114, 30. 136, 156. 181. 145, 5). Itaque legendum est:

οἱ πάντα σεμνοὶ καὶ καλοὶ συνιππόται.

Denique emendandi sunt duo versus, quibus vocum μύες et μύας (μῦες et μῦας cod. Crypt.) prior syllaba producta esse videtur. Clausula ipsa animadversa cognoscitur depravatum esse versum

103, 66 καὶ τοὺς πονηροὺς μῦας οὐκ ἠδυνήθην
. . . . . . τῆς ἐμῆς κατοικίας

i. e. *neque tamen misellos mures domo mea expellere poteram*. Legendum est:

καὶ τοὺς πονηροὺς οὐκ ἐδυνήθην μύας.

Quod si concesseris, concedendum tibi erit pro versu

103, 1 οἱ παντοτρῶκται τοῦδε μῦες τοῦ δόμου

legendum esse:

οἱ παντοτρῶκται τοῦδε τοῦ δόμου μύες.[1])

## IV. In Ioannis carminibus:

⏑ ⏑ ⏑ : — ⏑ ⏑

8, 21 ὡς τοῦ διδόντος τὴν ἔγερσιν πατέρας

Etym. 63 τοῦ δ' ὕδατος θάλασσα θησαυρὸς πάλιν

Etym. 88 δρόσος δ' ὅσον τι μικρὸν ὕδατος μέρος

Bisyllabae formae ὕδωρ priorem syllabam Ioannes corripere solet (cf. 69, 5. Etym. 45. 74) ac ne semel quidem produxit, quoniam

---

[1]) In versibus dactylicis componendis Christophorus vocales Α Ι Υ multo saepius produxit; mutavit enim non solum eorum vocabulorum quantitatem quae metro dactylico repugnant (cf. 12, 3 ἰλλουστρίων 52, 16 λάθετο 57, 5 ἀθάνατος 65, 5 [βραχιόνων] 83, 4 μακαρίης), sed etiam aliorum vocabulorum (cf. 52, 7 [Ῥωμανός] 10, 14 λιπαινό[μενοι] 57, 5 ἀγήραος 65, 6 [ἄτερ]). In carminis 75 versibus qui supersunt Anacreonticis breves vocales Α Ι Υ contra veterum morem productae non sunt.

ιmbicam vocem in senario iambico sine ullo negotio usurpare cet.

⏑ ⏑ : ⏑ – ⏑

40, 3 τὸ πτῶμα κοινόν, ἀλλ' ἄνισος ὁ χρόνος.

implicis adiectivi ἴσος priorem syllabam Ioannes corripere solet ›f. 3, 9. 12, 6. 33, 14. 54, 56. 72, 6. 92, 88) ac ne semel quiem produxit.

27, 19 δέχου παρ' ἡμῶν, ὡς βασιλὶς μέν, στέφος
3, 25 συνεὶς δὲ ταῦτα καὶ ποταμὸς ἠρέμα
27, 13 ἐκεῖθεν οὗτος ὁ στέφανος ἐπλάκη
Etym. 186 κροτεῖ κρόταφος τὴν ἀφὴν σφύζων ἄγαν
Etym. 66 πέλας δὲ γῆς πέλαγος εἶναι δεικνύει

⏑ : – ⏑ –

Etym. 39 ᾧ κλίματι νένευκεν ἡ κόσμου θέσις

⏑ – : – ⏑ –

36, 37 ἔμψυχος εἰκὼν ἀρετῆς ἦν καὶ τύπος
36, 44 οὐ γὰρ πέφυκεν ἀρετὴ θνήσκειν ὅλως
37, 2 καὶ δυστυχοῦσιν ἀρετή τε καὶ λόγοι
54, 2 ἄκουσμα φρικτὸν βασιλεὺς αὐτοκράτωρ
81, 3 ὁ γὰρ πρὸ μικροῦ βασιλεὺς κεκλημένος
83, 5 καὶ βασιλεὺς ἤκουσα, φεῦ, καὶ δεσπότης
84, 1 σὺ βασιλεύς, ὕψιστε, καὶ σὺ δεσπότης
84, 2 ζωῆς ὑπάρχων κύριος καὶ θανάτου
88, 2 ἀνὴρ Λέων δὲ νῦν σὸς οἰκτρὸς ἱκέτης
35, 15 φώτιζε τὸν σόν, Μιχαήλ, Ἰωάννην
Etym. 44 κατηγόρησαν οἱ πάλαι τοὺς ἀνέμους
Etym. 65 ἄγει πλέοντας ἐγγύθεν[1]) τοῦ θανάτου
Etym. 78 ἐξάλλεται κρύσταλλος ἐκ τῶν ὑδάτων

⏑ – : ⏑ – –

59, 3 σῴζων ἀσινῶς, ἀσφαλῶς διεξάγων
19, 6 νῦν καὶ βασιλεῖς προσκυνητὰς ἑλκύεις
53, 7 βάλλει βασιλεῖς, οὓς σέβονται καὶ λίθοι
56, 10 τοῦτον βασιλεῖς δεξιοῦνται πλουσίως
71, 1 πιστὸς βασιλεύς, εὐσεβὴς αὐτοκράτωρ
72, 1 ἄλλων βασιλεύς, σὸς δὲ πιστὸς οἰκέτης
74, 5 ὅταν βασιλεὺς οὐρανῶν κρίνων κάτω
74, 6 τοὺς γῆς βασιλεῖς εἰς κρίσιν φρικτὴν ἄγῃ

---

[1]) Correxi; ἐγγύς τε cod. Vat. Gr. 1269, ἐγγὺς τὸ cod. Vat. Gr. 889; cf. ›ppendicem II § 5.

82, 17 ὁ χθὲς βασιλεύς, ὁ χθὲς ἐν δόξῃ μέγας
84, 5 μάτην βασιλεὺς ὠνομαζόμην ἄρα
94, 2 αὐτὸς βασιλεῖ τὸ σκοπηθὲν γνωρίσας
90, 38 ὡς τοὺς ποταμοὺς ἡ θάλασσα τοὺς πέριξ
26, 6 πιστὸν Μιχαήλ, τὸν νέον γῆς δεσπότην
Etym. 183 τὸν δ' ἐγκέφαλον ἐν κεφαλῇ πᾶς φέρει
Etym. 157 κάρας δ' ὀροφὴν τὴν κορυφήν μοι νόει
Etym. 37 νότου νοτὶς δὲ γῆς νεάτης ἐκρέει
Etym. 8 ὧν τὰ Σεραφὶμ καὶ Χερουβὶμ οἱ πάνυ[1])

— ⏑ ⏑ : ⏑ — ⏑

Etym. 155 ἣν τὸ κρανίον ὡς κέλυφός τι[2]) σκέπει

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ : ⏑ — ⏑ ⏑

82, 6 ἀλλ' ὥσπερ ἄλλον οὐκ ἔχων βασιλέα
81, 9 ἄφωνος, ἄπνους, χοῦς μόνον λελυμένος
83, 10 ἀνάπλασον πάλιν με τὸν λελυμένον

— ⏑ ⏑ ⏑ : — ⏑ — ⏑

31, 25 ἄψαυστος, ἀπρόσιτος, ἄστεκτος φύσει
Etym. 183 τὸν δ' ἐγκέφαλον ἐν κεφαλῇ πᾶς φέρει

⏑ ⏑ ⏑ — : ⏑ — ⏑ —

30, 13 γνῶμαι σοφῶν τε καὶ νόμοι βασιλέων
48, 4 χάριν τε λαμπρὰν εὐσεβοῦς βασιλέως
54, 15 ὡς τερπνὸν οὐδὲν ἄλλο πλὴν βασιλέως
54, 18 οὕτως ἄρα, κράτιστε τῶν βασιλέων
54, 34 ἐμοὶ δὲ σύ, κράτιστε τῶν βασιλέων
55, 13 ὦ τῶν τοσούτων ἐκγόνη βασιλέων
57, 4 τὰς δωρεὰς γὰρ τῶν πρὸ τοῦ βασιλέων
70, 4 βασιλικῆς γνώρισμα λαμπρὸν ἀξίας
51, 4 οὗτος δ' ὁ δεινὸς τῆς Ἀραβίας λύκος

— ⏑ ⏑ — : — ⏑ — —

37, 10 ὁ χαρτοφύλαξ· ὦ στυγνῶν ἀκουσμάτων
37, 11 ὁ χαρτοφύλαξ, οὗ τὸ πρὶν μέγα κλέος.

Simplicis vocabuli φύλαξ priorem syllabam Ioannes corripuit (cf. 46, 10. 56, 9. 59, 1) ac ne semel quidem produxit.

⏑ — — ⏑ : ⏑ — — —

16, 7 ἅπερ διδάσκων εἰς συναίσθησιν ἄγεις

⏑ ⏑ — — : — ⏑ — —

76, 1 μήτηρ σε, τέκνον, ἱκετεύει παρθένος
80, 7 σὲ τὸν συνεργὸν ἱκετεύει τοῦ κράτους

[1]) De producta vocula τὰ cf. p. 78.

[2]) Correxi; τις σκέπει codd.

17, 1 τριὰς μὲν εὗρεν ἰσαρίθμους συμμάχους
Etym. 122 φθίνει δ' ὀπώρα φθινοπώρῳ προσφόρως
ʼ ⏑ — — : ⏑ — — —
54, 120 δροσισμὸς ὑμῖν ἐν βασιλείοις μέσοις
· ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ : — ⏑ — ⏑ ⏑
Etym. 166 ὀπῶν μέσον μέτωπον ἐκτεταμένον
ʼ ⏑ ⏑ ⏑ — : ⏑ — ⏑ — —
56, 3 φιλοβασιλεῖς[1]) ἐκ μακρῶν ὄντες χρόνων
· ⏑ ⏑ — ⏑ : — — ⏑ — ⏑
68, 1 τεσσαράκοντα συμμάχους θείους ἔχω
68, 2 τεσσαράκοντα φράσσομαι παραστάταις
· ⏑ — ⏑ — : — ⏑ — ⏑ —
6, 12 ὕμνους προσᾳδέτωσαν ἱκετηρίους
· ⏑ — — ⏑ : ⏑ — — — ⏑
31, 56 = 54, 115 τὸν καὶ βασιλεύσαντα καὶ στέψαντά σε
· ⏑ ⏑ — — ⏑ : — ⏑ — — — ⏑
31, 57 = 54, 116 καὶ συμβασιλεύοντα καὶ σκέποντά σε
· ⏑ — — ⏑ ⏑ — : — ⏑ — — — ⏑ —
29, 2 ἥκιστα τούτους ἀναγινωσκομένους.[2])

Hanc de producendis dichronis legem Ioannes aperte ne-lexit in vocabulo ἄνω, quod in carmine etymologico originatio-is explicandae causa usurpare necesse erat:

Etym. 125 (de voce ἄνθρωπος)
ἄνθρωπον ἄνω δεύτερον κόσμον λόγος,
πρὸς ὃν καθεξῆς ἡ γραφὴ περαινέτω·
ἄνω βλέπει γὰρ οἷα μοῖρα[3]) τῶν ἄνω.

Atque ut uno conspectu cognoscatur, quantopere differant gnatius, Theodosius, Christophorus, Ioannes ab iambographis By-antinis alterius ordinis Hilbergiani, quorum producendi legem . Hilberg l. l. p. 292. 304 sqq. exposuit Theodori Prodromi car-ninibus excussis, enumerabo verbi gratia vocabula, quae, etsi netro iambico facillime satisfaciunt, tamen a Theodoro Prodromo d arbitrium producta sunt: produxit ille paenultimam vocabulo-um πατήρ, τυχεῖν, βαβαί, φαγεῖν, λαβεῖν, ἀπῆν, μαθεῖν, κλαπείς, γύ-αι, πυράν, θανῆς, ἀνήρ, γάμου, ἅπαξ, κρατοῦν, κακῶν, παθῶν, ἀφείς, αφῶς, ἅπας, ἅπαν, βαφαῖς, διδούς, λύρα; κρινάτω, νεκρικῶν, μυρίαν,

[1]) Cf. etiam Appendicem II § 4.
[2]) Cf. de hac voce Appendicem II § 4.
[3]) οἷα μοίρα codd.; correxi coll. v. 152.

μωρίας et antepaenultimam vocabulorum δικαίᾳ, δικαίως, ὑπέλθῃς, ἅπαντα, θανόντες, ἀκοῦσαι, ἀνύσας, συνέζη, βιοῦντας, ὕπαιθρον, ἀῦλας, παθοῦσα, ἀνέτλης; cf. vocabulorum indiculum, quem confecit I. Hilberg l. l. p. 309 sqq.

Sed quam accurate Ignatius, Theodosius, Christophorus, Ioannes syllabas pensitaverint, alia quoque re cognoscitur. Ex eis quos supra commemoravimus locis sequitur hos versificatores mirum quantum animadvertisse syllabas finales multo minoris ponderis esse quam ceteras vocabulorum syllabas; nam syllabas finales, quae consona determinatae sunt, Ignatius et Christophorus nunquam, Theodosius et Ioannes rarissime produxerunt; cf.

Theod. 3, 206 Καῖσαρ, Ἀχιλλεύς, Μακεδὼν καὶ Πομπίος

qui versus insuper excusatur molesta nominum propriorum copia;

Theod. 4, 98 οἳ πολλάκις ἔβρυξαν εἰς αὐτὸν μέγα

Ioan. 16, 7 ἅπερ διδάσκων εἰς συναίσθησιν ἄγεις.

Theodorus Prodromus tales syllabas finales multo saepius produxit teste I. Hilberg l. l. p. 311.

Quae cum ita sint, consentaneum est Ignatium, Theodosium, Christophorum, Ioannem eas syllabas finales quae exeunt in correptas vocales Α Ι Υ producere omnino noluisse. Ei versus quibus Ignatius, Theodosius, Ioannes hanc legem violavisse videntur[1]) littera N paragogica addita facillime emendantur vel ab editoribus emendati sunt; hos versificatores in numero eorum iambographorum Byzantinorum[2]) fuisse, qui litteram N paragogicam non solum hiatus evitandi causa, sed etiam ad producendam syllabam brevem ante vocabulum, in cuius fronte consona invenitur, addebant, multis certisque locis demonstratur; cf.

I. In Ignatii carminibus:

Tetr. 5, 4 ὀμφακίζουσιν μάλα 8, 1 ποσὶν πατεῖτο 18, 1 πᾶσιν πεφύκει 18, 4 θηρσὶν πόδας 9, 1 ἔσκωπτεν λύκον 15, 1 ἴδεν μεμηνότα 23, 3 εἶπεν δέ τις 32, 2 διέδραμεν μῦς 53, 3 θλάσεν· μόλις.

---

[1]) In eis Christophori senariis qui supersunt haec lex neglecta non est; ab eodem versificatore littera N paragogica tantummodo ad hiatum evitandum usurpata est.

[2]) Litteram N paragogicam hiatus modo evitandi causa usurpatam esse a Theodoro Prodromo, Niceta Eugeniano, nec non ab Ephraemio, Manuele Phila docuerunt R. Hercher in Scriptor. erotic. Graec. vol. II p. LXI et I. Hilberg in Wiener Studien vol. VIII p. 308. 314. X p. 88.

Itaque legendum est:

in Adam. 61 μὴ δὴ σὺ ταῦτα σαῖς φρεσὶν βαλοῦ, γύναι·
cf. Appendicem I.

II. In Theodosii carminibus:

Litteram N productionis causa a Theodosio usurpatam esse cognoscitur his versibus, qui, nisi haec littera vocali E adiungitur, ferri non possunt:

2, 225 ἤθελε<ν> τῶν 3, 135 ἔβλεπε<ν> πυργωμάτων 3, 218 κατέστρωσε<ν> πόλεις 4, 39 εἶδε<ν> κάτω 5, 101 ἔκλωθε<ν> τάσις.

Itaque littera N his quoque locis addenda est: 1, 46 ὁλκάσι<ν> πεφραγμένος 1, 162 τέκτοσι<ν> δὲ 1, 198 βιάζουσι<ν> κύνας 2, 19 πᾶσι<ν> γὰρ 2, 231 χερσὶ<ν> κατεῖχε 3, 36 παισὶ<ν> πάλαι 3, 44 αἵμασι<ν> τῶν 3, 50 κυσὶ<ν> ποθητὸς 4, 20 κυμοδέγμοσι<ν> τόπας 4, 22 θηρσὶ<ν> γένος.

III. In Ioannis carminibus:

Ipso codice Vaticano Graeco 676, qui saeculo XI scriptus est, littera N paragogica tradita est: 27, 6 ἄνθεσιν καὶ 36, 31 πᾶσιν φίλος 54, 117 τρισὶν νεανίαις 56, 14 μάρτυσιν νέμοντες 66, 9 κλήσεσιν δ' ἔπειτα 69, 2 φασὶν λόγοι 89, 3 σώφροσιν κεχρημένος 89, 32 ἄνθεσιν μέλισσαν 91, 14 πᾶσιν μὲν 91, 38 ἀνδράσιν γέλως 37, 26 ἔκρυψεν τόπος 51, 6 ἔξανεν γεγραμμένον 81, 18 ἔστρεψεν τὰς ἐλπίδας.

Legendum igitur est Etym. 70 (de voce ὅρος):

‚ὅρος‘ δ' ὁρατὸν ὄμμασι<ν> καὶ μακρόθεν.

Quod vero Ioannes finalem vocalem brevem produxit in Etym. 37 (de voce νότος):

‚νότου‘ νοτὶς δὲ γῆς νεάτης ἐκρέει
ᾧ κλίματι νένευκεν ἡ κόσμου θέσις,

id ipsa verborum necessitate excusatur; nam animadvertendum est vocem νένευκεν, quae excipit vocabulum κλίματι, originationis explicandae causa usurpatam esse.

Denique liberarum quae vocantur vocularum usu Ignatius, Theodosius, Christophorus, Ioannes magnopere differunt a versificatoribus alterius ordinis Hilbergiani. Hos versificatores suo arbitrio finales syllabas vocularum liberarum, quae exeunt in vocalem brevem, produxisse docuit Hilberg in Wiener Studien vol. VIII p. 292. 304 sqq.; illi versificatores tales syllabas

producere omnino noluerunt. In Christophori qui supersunt versibus haec lex violata non est; neglecta esse videtur

I. Apud Ignatium:

Tetr. 38, 2 μύρμηξ δ' ἔφησε· τί θέρους ὄντος ἕδρας;

Sed hunc versum corruptum esse cognoscitur quinta eius sede; versus, quem coniecit Mueller

μύρμηξ δ' ἔφη· τί δὴ θέρους ὄντος γ' ἕδρας;

caesura laborat; cf. Appendicem II § 8.

II. Apud Theodosium:

4, 55 σὺ δὲ πρόθυμον, ὡς ἐνὶ πᾶσι, δίδου

,ἐνὶ πᾶσιν' aut ἐνὶ παισίν' coni. Iacobs, sed tali coniectura obscurum versum emendatum esse equidem vix crediderim.

III. Apud Ioannem:

Ioannes finales syllabas vocabulorum liberorum his modo carminis etymologici locis produxit:

Etym. 8 (de vocibus Σεραφίμ et Χερουβίμ):

ὧν τὰ ,Σεραφὶμ' καὶ ,Χερουβὶμ' οἱ πάνυ.

Talem productionem non admisisset, nisi voculam τὰ exciperet vox de qua agitur Σεραφίμ.

Etym. 108 (de voce ἑβδομάς):

,ἑπτὰ' δὲ ,σεπτὰς' οἷα ,σεμνὴ' παρθένος,
ἧς ,ἑβδομὰς' γόνος τις εὐλογημένος.

Excusationi est, quod vocula ἑπτά originationis explicandae causa usurpata est.

Animadvertendus est versus

30, 42 μία τις ὡς ἔοικε τοῦ κακοῦ λύσις.

Voculas μία τις quae accentu grammatico arte cohaerent Ioannes unius vocabuli, quo efficitur pes tribrachys, loco habuit; itaque mediam syllabam secundum eam quam supra exposuimus legem produxit.

Restat ut de longarum vocalium ΑΙΥ correptione agam. Perraro Ignatius, Theodosius, Christophorus, Ioannes vocales ΑΙΥ, quae insunt eis vocabulis quibus efficitur pes spondeus corripuerunt,[1]) saepius in eis vocabulis quae molossum aut

[1]) Cf. Ignat. tetr. 15, 4 δράσεις, in Adam. 139 λύπας 140 λύπαις; Theod. 1, 29 κρατήρ 4, 4 χρυμοῖς; Ioan. 54, 93 Βριμώ 92, 12 πτύργ, etym. 73 βρίθων

alium pedem efficiunt. Neque tamen hi versificatores in corripiendis eiusmodi syllabis omni ratione atque lege vacabant.

Vocalem enim A, quae crasi vel contractione duarum vocalium coeuntium orta est, Ignatius et Ioannes nunquam corripuerunt, Theodosius semel in altera sede:

2, 227 κόπτων ἄκων ἣν προσκυνῶν σου τὸν στόλον,

Christophorus bis in sexta sede:

142, 2 ἀφαιρεθεὶς δὲ τὰς ἀναγνώσεις ἄκων

114, 30 λέγεις ὁ σεμνὸς καὶ Θέκλας τῆς πρωτάθλου.

Versificatores alterius ordinis Hilbergiani talem correptionem in altera modo versus sede admittere solent; cf. p. 60 et I. Hilberg in Wiener Studien vol. VIII p. 289 fin.

Vocalem A, cui subscriptum est I, Ignatius et Ioannes nunquam corripuerunt, Theodosius semel in nomine proprio:

4, 75 τάττει τὸ τάγμα τῶν Θρᾳκησίων ὅλον,

Christophorus bis:

68, 103 καὶ Κοσμᾷ μὲν σύναπτε Σαμψὼν τὸν μέγαν

92, 16 ὀφθαλμὸς ἄλλος τῆς δᾳδουχίας[1]) μέγας.

Versificatores alterius ordinis Hilbergiani in altera modo versus sede talem correptionem admiserunt (cf. p. 60); sed semel Theodorus Prodromus ipse (Catom. 208) priorem nominis proprii Ἅιδης syllabam corripere ausus est in quarta sede; cf. I. Hilberg l. l. p. 289.

Vocales A I Υ, quae accentu circumflexo notatae sunt, Ignatius corripere noluit, Theodosius et Ioannes tantummodo in nominibus propriis corripuerunt; cf. Theod. 5, 80 Κωνσταντῖνε Ioan. 31, 38 et 58, 1 Κωνσταντῖνος 57, 1 Κωνσταντῖνον. Quodsi Ioannes secundum codicem Vaticanum Graecum 676, qui saeculo XI i. e. eodem quo vixit Ioannes saeculo exaratus est, formam πράσιν pro antiqua forma πρᾶσιν usurpare solet:

33, 5 πῶς δ' οἱ λέγοντες καὶ γράφοντες τὴν πράσιν

33, 9 τί δ' ἄν τις εἴποι τὴν πράσιν πλὴν ἢ μόνον

33, 13 ἐγὼ μὲν οὕτω τὴν πράσιν μαθὼν λέγω

33, 39 ἄμεινον εἰπεῖν μᾶλλον εἶναι τὴν πράσιν.

---

79 ψύχους; Christoph. 1, 24 γίνου 25, 10 φύρων 37, 1 πίνων 40, 2 κρίνεις item 45, 4. 68, 99. 78, 4. 87, 13. 88, 11. 109, 189. 136, 77. 42, 2 ζύμης item 42, 44. 75. 59, 44 σιγῆς item 77, 54. 131, 43. 87, 3 συχῆν item 87, 13. 68, 74 et 84 Κύρῳ 90, 4 ὑμῖν 109, 46 κλίνας.

[1]) δαδουχίας cod. Crypt.

cave credas circumflexum accentum acuto commutatum esse. Immo saeculo XI πράσις forma sollemnis fuit; qua cum mensura optime consonat syllabae ΠΡΑ correptio, quam solam Ioannes admisit in formis verbalibus; cf.

32, 3 ἀνθ' οὗ πραθεὶς ἔσωσε τοὺς κατ' εἰκόνα
33, 4 πάλαι πραθῆναι Χριστὸν ἀντὶ χρυσίου
33, 25 πῶς γὰρ νοήσεις τὸ πραθῆναι χρυσίου
33, 15 οὐκ ,ἀντὶ χρυσοῦ' φασὶ πεπράσθαι τόδε.[1])

Confirmatur hic dicendi usus etiam regula prosod. 26, quae legitur in tractatu a Godofredo Hermanno de emendanda ratione Graecae grammaticae part. I (Lips. 1801) p. 426 edito: τὰ εἰς ΙΣ διχρόνῳ παραληγόμενα παροξύνονται· τάσις, βάσις, πλὴν τοῦ λῦσις, ῥῦσις, πρᾶξις, χῦσις καὶ πρᾶσις· τοῦτο δὲ ἡ συνήθεια παροξύνει.[2])

Item me quidem iudice Ioannes formas στύλος (pro στῦλος) et κράσις (pro κρᾶσις) genuinas esse putavit. Priorem vocis στύλος syllabam corripuit

49, 4 ὡς ἀκράδαντον ὀρθοδοξίας στύλον[3])

non aliter ac Gregorius Nazianzenus, de quo cf. L. Sternbach, Menandrea (Cracoviae 1891) p. 73; vocabuli κράσις syllabam paenultimam corripuit

---

[1]) Formam πράσιν usurpavit iam Gregorius Nazianzenus (saec. p. Chr. IV) in carmine iambico, quamquam in eiusmodi versibus, quoniam pedes trisyllabos (de quibus cf. Paulum Stoppel, quaestiones de Gregorii Nazianzeni poetarum scenicorum imitatione et arte metrica [Rostochii 1881] p. 20 sqq.) admisit, nullis angustiis metricis impeditus erat:

I 2, 10, 315 ἐῶ λέγειν πράσιν τε καὶ οὐχὶ πράσιν·

cf. etiam

I 1, 6, 47 καὶ τὸ πραθὲν ζητεῖν σε καὶ τὸ χρῆμ' ἔχειν.

[2]) Cf. etiam Christophori versus:

114, 70 ἢ τοὺς τάφους ἅπαντας οἱ νεκροπράται
11, 12 σχεδοπρατεῖον οὐ πρεπόντως· ὢ δέ...
χαλκοπρατεῖον τὴν σχολὴν δεικνὺς τάλας.

[3]) Sic cod. Vat. Graec. 676; cf. etiam Christophori v.

9, 3 [τὸν Στυλιανόν, ἀῤῥ]αγῆ τινα στύλον

et versus dactylicos:

10, 1 δείματο οὐρανίη σοφίη δόμον, ὃν στύλοι ἑπτά
10, 5 στήσατο καὶ στύλον ἔνδον κείνου ἔμμεναι εἶλαρ

(Vat., ἔμμαραι εἶλαρ Crypt.). Verba ὀρθοδοξίας στύλος Ioannes in fine v. 49, 4 aeque posuit atque Ephraemius in fine senariorum 9617. 9811. 10300.

Etym. 29 νέμοντα πᾶσιν ἐμμελεστάτην κράσιν;[1]) eandem mensuram usurpavit Gregorius Nazianzenus:

I 2, 10, 86 ἁρμοσάμενος τῇ τῶν ἐναντίων κράσει

II 1, 11, 612 ὃς τὴν πρὸς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ Λόγου κράσιν

et in carmine dactylico:

I 1, 8, 14 οὓς κράσις ἠὲ κακοὺς τεκτήνατο ἠὲ φερίστους

nec non corripuit syllabam ΚΡΑ in his formis: I 1, 36, 14 κραθείς I 2, 29, 322 συγκεράσῃς I 2, 34, 24 συνεκράθη II 1, 45, 138 κέκραται I 2, 33, 178 κρατήρ.

Christophorus solus cum versificatoribus alterius ordinis Hilbergiani fecit, qui vocales ΑΙΥ accentu circumflexo insignitas pro arbitrio suo corripuerunt et hunc accentum acuto commutaverunt:[2])

22, 2 πόδες τὸ πάσχον καὶ ποδάγρα τὸ τρύχον

109, 130 ἢ μυῖαν ἢ βάτραχον εἴτε καὶ σκνίπα.

Cf. etiam dactylicum versum 130, 1 αἵδε κλίναι λαοῖσι . . . .

77, 53 μύσαν legendum est pro codicis Cryptensis lectione μῦσαν coll. Homer. Ω 637, Soph. Ant. 421, Eurip. Med. 1183 aliis locis.

Denique commemorandum est syllabam finalem, quae continet productam vocalem ΑΙΥ, ab Ignatio, Theodosio, Christophoro correptam non esse, ab Ioanne semel:

33, 23 ἢ πῶς παροῦσαν μακρὰν ἐξωθεῖς βίᾳ.

Versificatores alterius ordinis Hilbergiani multo saepius tales syllabas corripuerunt neque raro primae declinationis accusativi singularis formas in -ΑΝ;[3]) cf. I. Hilberg in Wiener Studien vol. VIII p. 311.

---

[1]) ἐμμελέστατον κράσιν cod. Vat. Graec. 889; ἐμμελεστάτην κρᾶσιν cod. Vat. Graec. 1269, Lagarde.

[2]) Cf. I. Hilberg in Wiener Studien vol. VIII p. 292.

[3]) Eandem terminationem identidem corripuit Gregorius Nazianzenus in versibus iambicis: I 2, 10, 767 ἀνδρείαν. I 2, 34, 184 ἀνομίαν. I 2, 10, 235 δουλείαν. I 2, 10, 147 θείαν. I 2, 28, 54 θήραν. I 2, 34, 151 θρησκείαν. II 1, 12, 204 θωπείαν. I 2, 10, 562 πήραν. II 1, 12, 200 πήραν. II 1, 11, 1440 χρείαν. II 1, 12, 639 χώραν. II 1, 11, 292 Ἠλίαν. I 2, 10, 36 Τροίαν. Cf. etiam versus hexam.: II 1, 1, 353 θείαν. II 1, 34, 49 θείαν. II 1, 44, 15 μικράν. I 1, 9, 59 πέτραν. II 1, 1, 92 σκιάν. I 2, 2, 51. I 2, 29, 225. II 1, 1, 480 τέφραν. I 2, 12, 3 φοράν. I 2, 17, 23 χώραν et versus pentam.: II 1, 45, 256 ἁγνείαν. II 1, 44, 16 σκιάν. I 2, 17, 16 χώραν. I 1, 21, 16 νεκράν. I 1, 12, 15 Ἔσδραν.

# Caput VI.

## De Ioanne Tzetza et Eustathio. (Saec. XII.)

Iambographi saeculi p. Chr. duodecimi ad unum omnes alteri aut tertio ordini Hilbergiano adscribendi sunt. Sed medio fere saeculo p. Chr. duodecimo critici quidam vel grammatici Cpolitani incredibilem illum dichronorum abusum prorsus removere enixe studuerunt; hanc factionem apud Cpolitanos auctoritate multum valuisse docent Ioannes Tzetzes atque Eustathius.

Ioannes Tzetzes in eis quos provectiore aetate conscripsit libellis vel maxime in eis scholiis quibus epistulas suas earumque commentarios, chiliades dico, instruxit, identidem vocalium abusum, quem ipsum quoque iuvenili aetate se adamavisse fatetur, improbavit. Locos, qui ad hanc rem pertinent, collegit G. Hart in Jahrb. f. class. Philol. Suppl. vol. XII (Lips. 1880) p. 66 sqq. Tzetzianamque de trimetris versibus factitandis artem metricam universam recte descripsit.[1]) Nunc vero post Hilbergii de Byzantinis iambographis curas ea, quae apta sint ad locum, quem Ioannes Tzetzes inter Byzantinos iambographos tenuit, accuratius illustrandum, paucis verbis addam, quoniam Hilbergius de Tzetzae arte metrica disserere supersedit.

De dichronorum usu Eustathius ipse identidem in commentariis suis, maxime in commentariis Homericis, verba fecit. Idem diserte docuit medio fere saeculo p. Ch. duodecimo Cpoli fuisse grammaticos, qui suam cuique vocali A I Y quantitatem servandam esse contenderent; cf. quae in commentario Iliaco, quem una cum Odyssiaco commentario tum, cum erat in diaconorum magnae ecclesiae Cpolitanae numero i. e. medio fere saeculo p. Ch. duodecimo, certe ante annum 1175,[2]) absolvit, diserte monuit p. 32, 21 οὕτω δὲ καὶ (i. e. ὡς τὸ Ἀπόλλων) τὸ Κρονίων ἀπορεῖται παρὰ τῷ ποιητῇ καὶ ἄλλα οὐκ ὀλίγα, εἰ καὶ οἱ νῦν στρυφνοὶ

---

[1]) De eis legibus quas in versibus dactylicis pangendis Ioannes Tzetzes observavit cf. H. Schrader in Jahrb. f. class. Philol. vol. 137 (Lips. 1888) p. 601 sqq.

[2]) Cf. Commentationes in honorem Guilelmi Studemund (Argentor. 1889) p. 249 sqq.

λογισταὶ τῶν στιχουργούντων μονόχρονα τὰ τοιαῦτα εἶναι θέλουσιν.

## I. De Ioanne Tzetza.

Inter iambographos Byzantinos singularem locum tenet Ioannes Tzetzes. Is carmina quae conscripsit iambica saepius diserte docuit dividenda esse in trimetros inartificiales, quos potissimum iuvenili aetate ex eis legibus composuit quas tum versificatores quidam observabant, et in trimetros artificiales, quos provectiore aetate composuit usus legibus quibusdam, quas ipse excogitavit (cf. G. Hart l. l. p. 68 sqq.).

Ex eo vocalium Α Ι Υ abusu quem in pangendis trimetris inartificialibus admisit tertio iambographorum ordini Hilbergiano adscribendus est; nam in trimetris illis 417 inartificialibus,[1]) quorum maior pars passim nobis occurrit in libellis eius, non solum eas vocales Α Ι Υ in quas exeunt voculae liberae, sed etiam eas, quibus determinantur vocabula reliqua, ad suum arbitrium produxit; cf. περὶ τῆς τῶν ποιητῶν διαφορᾶς vv.

[1]) Pertractavi hos versus inartificiales: 177 trimetros περὶ τῆς τῶν ποιητῶν διαφορᾶς (ed. Duebner in Mus. Rhen. vol. IV [a. 1836] p. 393 sqq. vol. V [a. 1837] p. 154 et in Scholiorum Graecorum in Aristophaneas fabulas editione [Paris. 1855] p. XXIII sqq., Cramer in An. Ox. vol. III [Oxonii 1836] p. 334 sq., Aug. Meineke in Fragm. com. Graec. vol. II part. II p. 1245 sqq., Ludovicus Bachmann Rostochii 1851) et versus qui leguntur: in epistula I et IX (ed. Th. Pressel Tubingae 1851) p. 3, 10 sqq. et p. 12, 2 sqq. (cf. G. Hart l. l. p. 66); in scholiis in Hesiodi Opera et Dies (ed. Gaisford Oxonii 1820): prolegom. (l. l. p. 9 adn. 1), ad Hes. v. 1 (p. 30), 41 (p. 56), 56 (p. 69), 59 (p. 71), 83 (p. 83), 95 (p. 87), 109 (p. 94), 142 (p. 109), 302 (p. 172), 439 (p. 234), 564 (p. 274), 596 (p. 289), 731 (p. 327), 767 (p. 346), 780 (p. 355); in exegesi in Iliadem p. 803, 7—9 ed. Bachmann [= 93, 4—6 ed. Hermann] et p. 834, 11—17 ed. B. [= 139, 12—18 ed. H.]; in scholiis ad Hermogenem in Crameri An. Ox. vol. IV p. 97, 31 sqq.; in chiliad. III 58 sqq. (ed. Kiessling); in scholiis ad Oppiani Halieutica (ed. Bussemaker Paris. 1849): prolegom. (l. l. p. 260) et ad Hal. I 619 (l. l. p. 293) [= Schol. ad Aeschyli Prometh. v. 428 (cf. Aesch. trag. ed. Dindorf tom. III Oxonii 1851 p. 222 sq.)]; in scholiis ad Lycophronem (ed. Godofr. Mueller Lips. 1811): ad v. 481 (l. l. p. 635), 497 (p. 653), 680 (p. 736), 1170 (p. 944), 1181 (p. 948). Reliqui versus inartificiales qui enumerantur in libello, qui inscribitur Scholia vetusta in Lycophronis Cassandram ed. Ludov. Bachmann (Rostochii 1848) p. IX adn. 7, aut nimis lacunosi aut nimis dubii sunt, quam ut in censum vocari possint.

18 τοῦ λυρικοῦ κύκλου δὲ σύστημα τόδε
32 κῶμα κατ' αὐτὸ καὶ γλυκὺν ὕπνου χρόνον
44 τρυγὶ καταχρίσαντες αὐτῶν τὰς θέας
46 ἐπεὶ δ' ἐσωφρόνισε τὸ πρᾶγμα πόσους
92 σατυρικὸν δὲ Πρατίναν οἶδα μόνον
122 ἢ παρὰ τὴν τρύγα δὲ τὴν δωρουμένην.

Schol. in Hes. Op. et Dies v. 41 (p. 56 ed. Gaisf.) vv.
13 σκίλλα γὰρ οἶδε τοὺς ἀτέχνους ὀλλύειν
18 μέλι τε μίξαις καὶ τὸ μήκωνος δάκρυ.

Schol. in Hermog. in Cram. An. Ox. vol. IV 98, 22:
δοκοῦσα πίσσης εἰς πολὺ μελαντέρα.

Schol. in Lycophr. v. 497 (p. 653 ed. Mueller) v.
2 ἐναντία σύμπασι καὶ σαυτῷ πλέον.

Schol. in Lycophr. v. 680 (p. 736 ed. M.) v.
2 μῶλυ, δάφνη, κόνυζα, ῥάμνος, ἰτέα.

Schol. in Lycophr. v. 1181 (p. 948 ed. M.) v.
2 σὺν τῷ Παχύνῳ μητέρα περιγράφει.

Nescio an casu in trimetris inartificialibus ne semel quidem correpta sit vocalis Α crasi vel contractione orta aut Α cui Ι ἀνεκφώνητον est subscriptum aut omnino syllaba circumflexa. Litteram Ν paragogicam aut Atticam litteram Ξ ad producendam brevem vocalem finalem usurpare noluit.

Eiusmodi senarios iambicos pangere Tzetzes provectiore aetate desiit, ut evitaret odium eorum virorum qui tum dichronorum abusum improbabant. Leges de conscribendis trimetris iambicis artificialibus,[1]) quas Tzetzes ipse excogitavit, ad-

[1]) Artificiales trimetri iambici exstant hi: versus περὶ κωμῳδίας et περὶ τραγικῆς ποιήσεως (ed. Duebner in Mus. Rhen. vol. IV [a. 1836] p. 399 sqq. vol. V [a. 1837] p. 154 sq. et in Scholiorum in Aristophaneas fabulas editione [Paris. 1855] p. XXV sq., Cramer in An. Ox. vol. III [Oxonii 1836] p. 340 sqq., Aug. Meineke in Fragm. com. Graec. vol. II part. II p. 1251 sqq.; cf. G. Hart l. l. p. 69 sq.); schol. ad Aristoph. Plut. v. 137 (ed. M. Schmidt in Philol. vol. XXV [a. 1867] p. 687 sqq.); in scholiis ad Hermogenem in Cram. An. Ox. vol. IV [Oxonii 1837] p. 131, 31 sqq. 133, 2 sqq.; in epistula 106 (ed. Th. Pressel p. 95) et in scholl. ad epist. 1 (p. 1 adn. 2 ed. Pressel = Cram. An. Ox. III 358), epist. 4 (p. 5 adn. 2 ed. Pr. = Cram. An. Ox. III 360), epist. 31 (Cram. An. Ox. III 362, 6, a quo hi versus perperam ad epist. 21 referuntur); chiliad. XI, 897 sqq. XII, 264 sqq. 508 sqq. 719 sqq.; versus qui in recentiore chiliadum editione a Tzetza editi sunt post chiliad.

modum alienae sunt ab eis legibus quas tum omnes iambographi Byzantini observaverunt. Teste enim G. Hart l. l. p. 68 pedes trisyllabos[1]) admisit i. e. plus quam duodecim syllabis senarium iambicum effici non vetuit; deinde paenultimam versus syllabam accentu grammatico vacare posse non negavit; denique syllabas, quae continent vocales A I Υ,[2]) non produxit nisi finales.[3])

V 201 (ed. in Mus. Rhen. vol. IV [a. 1836] p. 8; Cram. An. Ox. vol. III p. 365; post Presselianam epistularum editionem p. 113; cf. G. Hart l. l. p. 52); in scholl. ad chiliades (ed. in Mus. Rhen. vol. IV p. 1 sqq., Cram. An. Ox. vol. III p. 350 sqq., post Presselianam epistularum editionem p. 97 sqq.; cf. etiam H. Giske, de Ioannis Tzetzae scriptis ac vita [Rostochii 1881] p. 33): ad I 131. 765. II 113 [= Scholia ad Oppiani Hal. I 266 ed. Bussemaker p. 276 et 434]. III 431. IV 466 [in scholii fine]. 788. VIII 878. XII 622. XIII 614; versus de filiorum educatione et versus ad Camaterum (cf. Kiesslingianam chiliadum editionem p. 509 sq. 511 sqq. 520 sqq.). Praeter hos 1007 trimetros artificiales in censum vocavi 149 versus carminis περὶ ἀλληγορίας, quos mihi suppeditavit Studemund; de hoc carmine cf. Studemund An. Var. vol. I 238 adn. et H. Giske l. l. p. 71.

1) Quod G. Hart l. l. p. 71 docuit anapaestum et tribrachyn pedes in clausulis versuum artificialium περὶ κωμῳδίας et περὶ τραγικῆς ποιήσεως evitatos esse, moneo in sexta sede admissum esse anapaestum in schol. ad chil. III 431

v. 4 πρὸς τὴν πόλιν ῥέοντα τὴν Βαβυλῶνα μέσην,

quem versum Duebner in Rhein. Mus. vol. IV (a. 1836) p. 6 et Pressel l. l. p. 107 politicum esse perperam opinati sunt, et tribrachyn in schol. ad Arist. Plut. 137 (cf. Philologi vol. XXV [a. 1867] p. 690)

v. 109 ἐκ τῆς ‚γραφῆς‘ ‚γνώμης‘ τε καὶ ‚ψυχῆς‘ λέγων
τό τε ‚γραφίδιον‘ καὶ ‚γνωμίδιον‘ καὶ ‚ψυχίδιον‘.

2) Syllabae finales, quae vocales EO continent, perraro productae sunt; cf. schol. in Arist. Plut. 137

v. 104 ἐκ ‚βότρυος‘ δὲ τὸ ‚βοτρύδιον‘ πάλιν,

qui versus vocabulis quae ei inserta sunt grammaticis excusatur, et de com.

v. 73 γλώττης σαφοῦς πρῶτα μὲν ἥρμοστο λόγοις
chil. XI 913 Τρικόρνιον δὲ πρὸ ῥοᾶς τοῦ Μουσχίου,

ubi finales syllabae vi liquidarum, a quibus proxima vocabula initium capiunt, nescio an productae sint. Corrupti esse videntur: de com. v. 33 (cf. G. Hart l. l. p. 69), schol. ad epist. 4 v. 9, de trag. v. 32 (= Cr. AO III 344, 5).

3) De eis versibus qui his legibus repugnant passim disputavit G. Hart l. l. p. 69 sqq. Satis habeo haec addidisse. Chil. XII 271 Ψαμμιτίχου paenultimam productam esse perperam docuit G. Hart l. l. p. 73 Kiesslingiana editione in errorem abductus; nam in codice legitur versus integer:

καὶ Ψαμμιτίχου δὲ τῆς φρενὸς πολλῷ πλέων (leg. πλέον),

cf. Kiesslingii adnotationem. — Pro voce δοσμορίας (de fil. educ. v. 131), de qua cf. G. Hart l. l. p. 73, legendum est δυσμοιρίας, quam lectionem in

Sed cave suspiceris Tzetzam de producendis eis syllabis finalibus quae continent vocales Α Ι Υ certas leges observavisse. Immo vero syllabarum finalium gravitatem atque vim adeo non animadvertit, ut syllabas finales consona clausas, quae multo gravius sonent necesse est quam syllabae finales in vocalem ipsam exeuntes, rarius producat quam syllabas finales vocali determinatas. Neque in eligendis eis quas produxit syllabis consona clausis ratione atque consilio usus est; nam produxit aeque terminationes, quas et Theodorus Prodromus et Nicetas Eugenianus, quorum uterque alteri iambographorum Byzantinorum classi adscriptus est, produxerunt, i. e. terminationes:[1])

1) substantivorum in -ΙΣ:
de com. 76 λέξις ἅμα, chil. XI 991 πόλις ἄνασσα, de fil. educ. 160 κλῆσις[2]) ἐνί.

2) accusativi III. declinationis in -ΙΝ:
de trag. 7 [= Cram. An. Ox. III 343, 12] κλῆσιν ὁμοῦ, chil. XI 941 θέσιν ὁριστέον, schol. in epist. 4 v. 3 σύνθεσιν εἴληχεν et v. 5 σύνθεσιν ἔχει, de allegor. 92 φύσιν ἐῶ.

3) adiectivorum in -ΥΣ:
de fil. educ. 292 πλατύς ἐστι.

4) adiectivorum accus. sing. in -ΥΝ:
schol. in Arist. Plut. 137 v. 82 βαρὺν ἔχει.

5) verbalis formae alterius personae in -ΑΣ:
de fil. educ. 237 οἶδας ἀκούων.

6) horum vocabulorum liberorum:
ὅταν: de fil. educ. 277, de trag. 148 [= Cram. An. Ox. III 347, 23]; πάλιν: chil. XI 957. XII 726, de fil. educ. 65, de trag. 53. 68 [= Cram. An. Ox. III 344, 26. 345, 10]; ἑπτάκις: de com. 40; σύν: chil. XI 963, de com. 31. 49, de trag. 17. 169. 201 [= Cram. An. Ox. III 343, 22. 348, 13. 349, 11]; πρίν: de fil. educ. 29, ad Camaterum 339, de trag. 2. 89. 127 [= Cram. An. Ox. III 343, 7. 345, 31. 347, 3];

---

margine codicis A scriptam esse docuit Kiessling in adn. — Ea quae de correpta media syllaba vocis ἀκριβῶς G. Hart p. 70 explanavit, confirmantur scholio quoque ad epist. 31 (cf. Cram. AO III 362, 11) v. 11

σοὶ τεχνικὸν δοὺς ἀκριβέστατον λόγον.

[1]) Cf. Hilberg in Wiener Studien vol. VIII p. 311 sqq.

[2]) Sed recte corripuit syllabam finalem v. 161.

γάρ: de fil. educ. 66, chil. XII 283, de allegor. 17; τίς: de fil. educ. 117. 169. 254, de com. 47, de allegor. 76 atque eas terminationes quas producere noluit Theodorus Prodromus aut Nicetas Eugenianus teste Isidoro Hilberg in Wiener Studien vol. VIII p. 312, i. e. terminationes:

1) accusativi plur. III. declinationis in -ΑΣ:[1])
schol. in Arist. Plut. 137 v. 11 τινὰς ἄλλῃ, de fil. educ. 78 πάντας ὑπερπτῇ, 282 παῖδας ἄγειν, de allegor. 58 ἱππέας ἄνδρας, 80 ἀστέρας ἄστρα.

2) dativi plur. III. declinationis in -ΙΝ:
de trag. 162 [= Cram. An. Ox. III 348, 9] τρισὶν οἷσπερ, schol. in Hermog. in Cram. An. Ox. IV 133, 2 ἀνδράσιν ἐπηρμένοις, de fil. educ. 225 ποσὶν Αἰγυπτίοις.

3) verbalis formae in -ΙΝ:
chil. XI 947 εἰσὶν ἐν.

Quae cum ita sint, mirandum non est Tzetzam aeque produxisse vocales Α Ι Υ, quibus terminantur vocabula libera, atque eas vocales Α Ι Υ quae in reliquorum vocabulorum exitu exstant; sed animadvertendum est ex his vocabulis pleraque aut esse sollemnia aut plus quam tribus syllabis effici. Eos versus quibus vocabulorum liberorum syllabae finales producuntur enumerare supersedeo; satis habeo exposuisse, quas reliquorum vocabulorum syllabas finales longarum loco habuerit. Produxit Tzetzes terminationes:

1) accusativi III. declinationis in -Α:
schol. ad epist. IV v. 10 περισπῶντα τόνον, de fil. educ. 185 γενειάδα δέ, de allegor. 24 ὁπλοφέρμονα κόρην, 135 ἀέρα, θάλασσαν.

2) neutr. sing. III. declinationis in -Α:
de com. 32. 47. ἐπίρρημα λέγει, 50 ἀντεπίρρημα λέγει, 58 ἀντεπίρρημα πάλιν, 57 ἐπίρρημά τι,[2]) 42 ὄρχημα τόδε.

3) neutr. plur. III. declinationis in -Α:
de com. 86 φαλάγματα λύρας, chil. XI 1001 γνωρίσματα γάρ, de fil. educ. 158 πολίσματα δύο.

---

[1]) Hanc terminationem semel produxit Nicetas Eugenianus
5, 385 ἄνδρας ἐνόπλους λιθολεύστους εὐστόχους.
Cf. Hilberg l. l. p. 312.

[2]) Correxit G. Hart l. l. p. 69; ἐπιρρήματι codd.

4) neutr. plur. II. declinationis in -A:
de com. 79 ἐσχηματισμένα τε, 84 σκαμβὰ[1]) δ' ἔφασκον, de trag. 168 μέτρα καὶ περιόδους, schol. in Arist. Plut. 137 v. 42 τεχνικά τε et βάρβαρα λέγω, 43 τεχνικὰ τῶν βαρβάρων, 72 μέτρα δὲ καὶ τὰς διχρόνους, 75 τεχνικώτατα λέγων, schol. in Hermog. in Cram. An. Ox. vol. IV 133, 20 προοίμια τέθεικεν, chil. XI 904 Θρᾳκικὰ γένη, 909 Μυσιὰ ναίει, chil. XII 719 χηνικὰ δόξεις βλέπειν, de fil. educ. 2 μέτρα φέρουσα, 113 τέκνα παιδεύομεν, iamb. ad Camaterum 325 ἄστρα, σελήνη, 326 ἔργα τὰ λοιπά, 329 ζωΰλλια δύστηνα, 343 τεχνικώτατα λόγους, de allegor. 37 πεπραγμένα λέγει, 80 ἀστέρας ἄστρα τε, 82 ψυχικὰ πάντα, 107 φιλένσοφα γένη.

5) dat. sing. III. declinationis in -I:
de trag. 49 δράματι δ' οὔπω, 55 δράματι μέν, schol. in Hermog. in Cram. An. Ox. vol. IV 133, 16 Μαραθῶνι τότε, iamb. ad Camaterum 357 ἰσχύϊ λόγων, de allegor. 136 πνεύμονι θαλασσίῳ.

6) adiect. III. declinationis in -Υ:
de trag. 65 πολὺ συνηγμένος, schol. in Arist. Plut. 137 v. 13 βραχὺ τό, 79 βραχὺ μακρόν, schol. ad epist. 31 v. 2 δασὺ θέλει, de fil. educ. 35 βραχὺ μέρος, 202 πολὺ δικαίου.

7) dat. plur. in -I et form. verbal. in -I; nam in artificialibus quoque versibus iambicis Tzetzes neque litteram paragogicam N neque Atticam litteram Ξ ad syllabas finales breves producendas usurpavit:[2])

de com. 19 εἰσὶ μέρη, 51 ἐστὶ τόδε, de trag. 118 [= Cram. An. Ox. III 346, 27] ἐστὶ λόγος, 192 [= ib. III 349, 6] ἐλάττοσι λέγω, schol. in Arist. Plut. 137 v. 93 ἐστὶ φύσει,[3]) chil. XI 911 ἐστὶ πόλις, de fil. educ. 29 εἰσὶ γάρ, 214 φυλάττουσι νόμους, 226 χερσὶ δ' ἐκείνας, 267 παισί, γυναιξί, 292 ἐστὶ γέλως, de allegor. 16 πράγμασι δέ, 26 πράγμασι μέν.

---

[1]) Sed recte syllaba finalis correpta est v. 89.

[2]) In versibus hexametris, quos composuit Tzetzes, litteram N paragogicam productionis causa usurpatam esse docuit H. Schrader in Jahrb. f. class. Philol. vol. 137 (a. 1888) p. 603.

[3]) Ergo perperam proposuit M. Schmidt ἐστὶν φύσει.

## II. De Eustathio.

Quoniam saeculo p. Chr. duodecimo viri docti dichronorum usum attente animadverterunt, Eustathius ipse quoque in commentariis suis de eo qui ex Homeri carminibus cognoscitur dichronorum usu iterum atque iterum disseruit.

Quibus ex fontibus Eustathius ea, quae ad vocalium A I Υ mensuram pertinent, hauserit, hoc loco cum pulvisculo excutere supersedi; de hac re alio loco accurate disputabo; nunc quidem satis habeo eos locos qui ad auctores suos revocari possunt collectos paucis verbis illustrasse.

Ac primum quidem Eustathius identidem ea transcripsit, quae de vocalium A I Υ usu in scholiis Homericis legerat; ex eis quae nobis quoque praesto sunt scholiis deprompsit ea, quae docuit:

p. 265, 42[1]) ad B 498 Θέσπιαν [– – ⏑] = schol. A = Herod. II 34, 25.
p. 267, 16. 17 ad B 500 Ὕλην [– –] = schol. ABL = Aristonicus (ed. Friedlaender) p. 70.
p. 273, 40 ad B 518 Ἰφίτου [– – –] = schol. A = Herod. II 35, 1.
p. 288, 2[2]) ad B 562 Αἴγιναν [– – ⏑] = schol. BL.[3])
p. 293, 8 ad B 588 προθυμίῃσι [⏑ – – – – ⏑] = schol. BL.
p. 316, 38[4]) ad B 662 κατέκτα [⏑ – ⏑] = schol. ABL = Herod. II 36, 10 (coll. 46, 9).
p. 330, 23 ad B 731 Ἀσκληπιοῦ [– – – –] = schol. A = Herod. II 36, 38.
p. 393, 20[5]) ad Γ 130 νύμφα [– ⏑] = schol. A Townl.

---

[1]) Verba ἡ πρὸς τῷ Ἑλικῶνι ἔκειτο νοτιωτέρα αὐτοῦ descripsit e Strabonis lib. IX p. 578, 11 (ed. Mein.).

[2]) Ablegavit nos Eustathius ad commentarium in Dionys. Per. v. 498. 511.

[3]) Scholiastae verba, quae pertinent ad vocem Μάσητα, Eustathius perperam ad vocem Αἴγιναν rettulit; de vocis Μάσητα mensura cf. Herod. II 681, 20 (e Choerob. dict. p. 144, 14 ed. Gaisf.).

[4]) Eustathii verba transcripsit Phavorinus p. 1015, 32 (ed. Basileens. a. 1538), e Phavorini lexico deprompsit Diassorinus (= Ps. Draco p. 60, 12). Cf. Leopoldum Cohn in Philologische Abhandlungen, Martin Hertz... dargebracht, p. 134 sqq.

[5]) Verborum πρὸς χρείαν δὲ μέτρου συσταλτικὴν τὸ νύμφα παρείληπται ipse Eustathius auctor est.

p. 538 extr. ad E 203 ἄδην [– –] = schol. AB = Herod. II 49, 10 (cf. Eustath. p. 933 extr. 1191 extr. 1536, 59).
p. 546, 9 ad E 256 ἔα [⏑ ⏑] = schol. ABL Townl. = Herod. II 50, 1—8.
p. 637, 17 ad Z 205 ἔκτα [– ⏑] = schol. A = Herod. II 55, 6.
p. 736, 55 ad I 73 ὑποδεξίῃ [⏑ ⏑ – – –] = schol. A[1]) = Herod. II 63, 20.
p. 792, 15. 1312, 17 ad K 105. Ψ 485 νῦν et νύν = schol. A = Herod. II 69, 32. 123, 9.
p. 803, 63 ad K 258 καταῖτυξ [⏑ – ⏑] = schol. A = Herod. II 70, 32.
p. 805, 58 ad K 292 ἧνιν [– –] = schol. A[2]) = Herod. II 71, 10.
p. 1224, 58 ad Φ 80 λύμην [⏑ –] = schol. Townl.
p. 1236, 7 ad Φ 262 φθάνει [– –] = schol. A = Herod. II 117, 23.
p. 1238, 1 ad Φ 318 ἰλύος [– – ⏑] = schol. A = Herod. II 117, 36.
p. 1274, 50 de E 359 φίλε [⏑ ⏑] = schol. Townl. ad X 379.
p. 1418, 58 ad α 300 ἔκτα [– ⏑] = schol. MQ = Herod. II 132, 28.

Pleniora scholia quam ea, quae aetatem tulerunt, aperte praesto erant Eustathio p. 527, 4 ad E 100 ἀντικρύ [– – –] coll. schol. A = Herod. II 48, 17 (cf. Eustath. p. 530, 8 ad E 130 ἀντικρύ [– – ⏑] = schol. A = Herod. II 48, 19).

Praeter scholia Homerica identidem inspexit grammaticorum quos habuit libros atque excerpta; diserte enim citavit:

Herodianum:

p. 26, 29 sqq. de nominibus in -ΙΣ coll. Herod. I 85, 15—21. 83, 17. 18 (cf. Lentzii adnot.). 83, 10—12 (cf. Lentzii adnot.).

p. 8, 42 sqq. de accusativi singularis tertiae declinationis forma in -ΙΝ[3]) coll. Herod. I 415, 12—16. 534, 24—27.

[1]) Eustathius eam modo explanationem commemoravit quam ab Herodiano in catholica prosodia prolatam esse docuit scholiasta; cf. Herod. I 292, 23.

[2]) Tyrannionis de voce ἧνιν doctrinam amplexus est Eustathius.

[3]) Prior canonis Herodiani quem Eustathius citavit pars abiit in Phavorini lexicon p. 1256, 12 (ed. Basil.); Phavorini locum transcripsit Diassorinus (= Ps.-Draco p. 66, 24).

p. 1859, 9 (1286, 10. 1657, 5) de nominibus in -ΥΣ coll. Herod. II 625, 6—8 (= 706, 33—35). I 527, 5—7. II 762, 30—763, 2. I 403, 12—15 (coll. I 236, 14—26).

Athenaeum:

Optimae notae sunt fragmenta, quae e deipnosophistarum librorum epitoma[1]) quadam deprompsit Eustathius:

p. 1220, 51 de nominibus in -ΙΣ[2]) = Athen. lib. III p. 243, 9. 11—14. 241, 25. 242, 2. 3. 23. 24. 16. 132, 16—20 (ed. Kaibel).

p. 1286, 39 de nominibus in -ΥΞ = Athen. lib. IX p. 354, 27—355, 5. 357, 10—14 (ed. Kaibel).

Cf. etiam p. 1108, 48 de nominibus κῆρυξ, δοῖδυξ, ὄρτυξ[3]) = Athen. lib. IX p. 357, 10—14 (ed. Kaibel).[4])

Georgium Choeroboscum:

p. 107, 28 ad Α 302 de voce εἶα = Choerob. orthogr. in Crameri An. Ox. vol. II 213, 14 sqq.[5])

Cf. etiam p. 32, 17 ad Α 36 Ἀπόλλωνι = Choerob. in Bekkeri An. Gr. vol. II 678, 24.

Nonnulla frustula, quae pertinent ad vocalium ΑΙΥ quantitatem, Eustathio occurrerunt etiam in his libris:

1) Heraclidae Milesii περὶ καθολικῆς προσῳδίας libro, cuius fragmenta collegit Leopoldus Cohn in Berliner Studien vol. I (Berol. 1884) p. 643 sqq.:

Eustath. p. 1434, 21 ad β 58 κατάνεται [⏑ – ⏑ –] = Heracl. frg. 13 (cf. etiam L. Cohn l. l. p. 625).

Eustath. p. 1625, 56 ad ι 222 νᾶον = Heracl. frg. 14.

---

[1]) Cf. Kaibel in Athenaei deipnosoph. editionis vol. I p. XIV.

[2]) Eustathii locum transcripsit Phavorinus p. 98, 30 sqq. (ed. Basil.), Phavorini Diassorinus (= Ps.-Draco p. 15, 21. 80, 5).

[3]) Verba πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα τῶν διχρόνων παρὰ τῷ ποιητῇ τὴν τῆς κλήσεως φερωνυμίαν σῴζουσι τοῖς δυσὶν ὑποκείμενα χρόνοις οἷον τὸ Ἀπόλλων, τὸ ἀνήρ, τὸ Κρονίων, τὸ Ἄρης, τὸ ὕδωρ, τὸ πρίν καὶ ἄλλα Eustathius e sua eruditione addidit.

[4]) Eadem de voce ὄρτυξ doctrina exstat in schol. in Aristoph. Pacem 788; contrariam sententiam tuetur Photius s. v. ὄρτυγας. Herodianus cum Athenaeo dissentit; cf. Herod. I 525, 7 sqq. = II 9, 19 sqq.

[5]) Cf. Hoerschelmann, de Dionysii Thracis interpretibus veteribus commentationis part. I p. 42 et Lentz ad Herod. I 495, 12 et II 496, 19.

2) Geographorum libris:

a. Strabonis:

p. 267, 18 ad B 500 Ὕλην [– –] = Strab. lib. IX p. 576, 19—23 (ed. Mein.).

p. 271, 12 ad B 508 Ἶσον = Strab. lib. IX p. 572, 25 sqq. (ed. Mein.)

p. 1787, 15 et comm. ad Dionys. Per. 525 de voce Σῦρος = Strab. lib. X p. 685, 3 sqq. (ed. Mein.) coll. schol. H ad ο 403.

b. Stephani Byzantii:

p. 266, 4 ad B 498 Θέσπιαν [– – ⏑] = Steph. Byz. p. 310, 11 (ed. Mein.).[1])

Cf. etiam comm. ad Dionys. Per. 858 Πισιδέων [– ⏑ ⏑ –] = Steph. Byz. p. 524, 5 (ed. Mein.).

3) Aelii Dionysii, Pausaniae, aliorum Atticistarum libris, quorum fragmenta collegit Ernestus Schwabe (Lips. 1890).

p. 801, 59 (e Pausania) de voce ἀνεῖν [– –] = frg. 21.

p. 1434, 1 (ex Aelio Dionysio aliisque) de voce ἅπαν [⏑ ⏓] = frg. 59.

p. 1579, 25 (ex Aelio Dionysio) de substantivis primae declinationis in -ΕΙΑ et -ΟΙΑ = frg. 11a.

p. 1835, 43 (ex Aelio Dionysio) de κάχρυς [– –] = frg. 227.

Denique in suum usum convertit Eustathius fragmenta prosodiaca, quae exstant in Heliae monachi appendicis I cap. I § 1. 2:

p. 556, 43. 1540, 16. 495, 8 = Studemundi An. Var. I 178, 8—26; cf. quae dixi p. 45 sqq.

p. 1650, 44 ad κ 104 καταγίνεον [⏑ ⏑ – ⏑ ⏑] et p. 1753, 29 ad ξ 105 ἀγινεῖ [⏑ – –] = Studemundi An. Var. I 179, 11—17.[2])

Supersunt fragmenta, quae Herodianeam doctrinam aut continere aut non continere demonstrari potest, sed quibus ex fontibus hausta sint ab Eustathio nunc quidem pro certo affirmari nequit; nonnulla denique tam vilia sunt, ut ea ab Eustathio e

---

[1]) Stephani Byzantii verba Eustathius perperam transcripsit, quae quid significent, cognoscitur e Crameri An. Par. vol. III 351, 7 (coll. III 137, 6).

[2]) Abierunt haec in Phavorini lexicon p. 18, 41 sqq. (ed. Basil.); Phavorini verba Callimachi hymn. Apoll. versu 82 aucta transcripsit Diassorinus (= Ps.-Draco 13, 13—22).

sua ipsius eruditione prolata esse putaverim. Sed his de locis disserere nolo, priusquam mihi licuerit perscrutari locupletissimum illud ἐτυμολογικὸν μέγα, quod nunc edendum curat Ricardus Reitzenstein.[1])

## Caput VII.

### De Maximo Planude et Demetrio Triclinio.
### (Saec. XIII.)

Ut saeculo p. Chr. n. duodecimo, ita saeculo decimo tertio erant, qui propriam cuiusque vocalis A I Y quantitatem conservandam esse docerent. Huius doctrinae tutores fuerunt saeculo decimo tertio Maximus monachus Planudes[2]) et Demetrius Triclinius,[3]) qui cum sua aetate tum posterioribus temporibus ad saeculum duodevicesimum usque apud editores poetarum tragicorum imprimis Sophoclis fabularum auctoritate permultum valuit.

#### I. De Maximo Planude.

Versificatorum qui saeculo p. Chr. n. decimo tertio fuerunt artem metricam suo iure Maximus Planudes diserte improbavit dialogo illo περὶ γραμματικῆς, quem edidit Lud. Bachmann in Anecd. Graec. vol. II (Lips. 1828) p. 98, 10: Ἴαμβον δ' ἀντὶ τῶν ἐπῶν εἵλοντο καὶ τοῖς τῶν διχρόνων μηδὲν διαστέλλοντες ἐχρήσαντο χρόνοις, πάντα δὲ συστολῆς ἐνταῦθα καὶ ἐκτάσεως μετέχειν νομοθετήσαντες. Ἐντεῦθεν δὴ καὶ πόλεων πασῶν καὶ ἀνθρώπων ὀνόματα μηδὲν μετρήσαντες τοῖς ἐμμέτραις ἐνήρμοσαν καὶ ταῦτα πάντα τολμήσαντες σεμνοὶ δοκεῖν βούλονται, ὡς ἔμμετρα γράφουσιν· ἄμετρα ὡς ἀληθῶς καὶ μηδὲν προσήκοντα μέτρῳ συνείροντες.[4])

---

[1]) Cf. uberrima illa specimina, quae edidit in indicibus lectionum in acad. Rostochiensi sem. hibern. a. 1890/91 et 1891/92 habendarum.

[2]) De Maximi Planudis aetate cf. C. Krumbacher in Iw. Mueller, Handbuch d. klass. Altertumswiss. vol. IX part. 1 (Monachi 1891) p. 248.

[3]) Demetrium Triclinium exeunte saeculo decimo tertio et ineunte saeculo decimo quarto vixisse monuit Studemund in Indice lectionum in univ. litt. Vrat. per hiem. a. 1887/88 habendarum p. 8.

[4]) Quam recte Maximus Planudes iudicaverit, facile cognoscitur ex Ephraëmii senariis, cuius artem metricam illustravit Hilberg in Wiener Studien vol. X p. 50 sqq.

In versibus iambicis componendis Planudes vocalium ΑΙΥ abusum vitare enixe studuit; neque tamen prorsus evitavit eum. Quod mirum esse negabis, si animadverteris Planudem ceterorum versificatorum more senarios duodecim syllabarum composuisse. Sed in eis senariis iambicis, qui aetatem tulerunt,[1]) aeque noluit producere vocales ΑΙΥ, in quas exeunt vocabula, atque in versibus hexametris, pentametris, aliis, de quibus infra disputabimus. Itaque dubium non est, quin Planudes alteri iambographorum ordini Hilbergiano adscribendus sit.

Deinde animadvertendum est omnes fere vocales, quas Planudes metri causa produxit, inesse vocabulis, quae senario duodecim syllabarum iambico non satisfaciunt; cf. carminis 7 vv.

9 ἤθη τε χαρίεντα σὺν τούτοις ἔχων
10 καὶ βασιλικῆς ἑστίας ὑπηρέτης
12 καὶ συνελόντα πᾶν ὃ χρὴ φάναι λέγειν
14 ὡς ἀρετῆς πρόθυμος ὄντως ἐργάτης
17 λιπών, ἐπειδὴ θάνατον τῆς συζύγου.

Ceteroquin unam vocem ἀνήρ contra quotidiani sermonis usum usurpavit:

7, 5 ἰδοὺ γὰρ ἀνὴρ οὗτος εὐκόσμου βίου.

Longam vocalem semel corripuit:

7, 4 ὡς καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ὑπὲρ γῆς ἐμψύχων,[2])

nam, quod legitur

6, 2 ἄνδρες φονῶντες, πλῆρες αἱμάτων στίφος,

scito formam στίφος (pro στῖφος) recentioribus temporibus sollemnem fuisse. Comprobatur haec lectio regula prosod. 39, quae legitur in canone a Godofredo Hermanno de emendanda ratione Graecae grammaticae part. I p. 429 edito: τὰ εἰς ΟΣ τῷ Ι παραληγόμενα παροξύνονται· στίφος, ξίφος, πλὴν τοῦ σῖνος, πνῖγος, νῖκος κτλ.[3])

Ceteras de senariorum Byzantinorum structura leges Planu-

[1]) Supersunt 39 senarii; cf. Planudis carmina 4. 5. 6. 7, quae edidit Boissonade in Anecd. Graec. vol. III p. 462 sqq.

[2]) Sed recte mensus est syllabam ΨΥ:
7, 25 καὶ τῷ θανόντι ψυχικὴν σωτηρίαν.

[3]) Antiquorum grammaticorum doctrinam repraesentant E Gu. 512, 32. Cram. An. Ox. II 410, 20. Cf. etiam vocabulorum indiculum in God. Hermanni editione Pseudo-Draconis de metris poeticis libri p. 119, 2.

des accurate observavit; neque enim offendendum est in exitu v. 7, 20 Ἰωάννου et 7, 22 Ἰωάννης (cf. Appendicem II § 5).

In eis carminibus dactylicis quae Planudes occasione data ad suum arbitrium composuit antiqua mensura accuratissime conservata est; cf. carmen 8 in Boissonadii Anecd. Graec. vol. III p. 464 et ea carmina quae leguntur in Planudis epistularum editione, quam curavit Max. Treu (Vratisl. 1890) p. 93. 127 sq. 191 (legendum est v. 3 ὀδύρομαι [ὀδύρωμαι cod.]). 204 (epicorum poetarum more vocalem ι produxit v. 3 ἐνὶ μεγάλοισιν).[1]

Idem antiquae mensurae conservandae studium cognoscitur e carminum Latinorum, imprimis Catonis philosophi distichorum, interpretationibus Planudeis. Quamquam is homo Graecus, qui Latina carmina Graecis versibus interpretatur, ad suam verborum supellectilem usurpandam multo magis impediatur necesse est quam is, qui ad libidinem versus pangit patrio sermone usus, tamen Planudes in eis quibus Catonis disticha interpretatus est hexametris Graecis antiquam vocalium Α Ι Υ quantitatem perraro mutavit. Ac breves quidem quas produxit vocales Α Ι Υ omnes fere insunt in vocabulis, quae dactylico metro repugnant i. e. in vocabulis, quibus efficiuntur hi pedes metrici:[2]

— ⏑ — : — — —

I 39, 2 ἐν ζημίῃ γὰρ κάματος πενίην ἐποφέλλει[3])

III 6, 1 νωθρείην φύγε, ἀργίην[4]) τοῦ ζωτικοῦ οὖσαν

———

[1]) In eo carmine quod edidit Io. Iriarte in Regiae bibliothecae Matritensis codicum Graecorum catalog. vol. I (Matriti 1769) p. 263 antiqua mensura identidem neglecta est; sed animadvertendum est hoc carmen ab Iriarte admodum mendose descriptum esse; cf. Max. Treu l. l. p. 204.

[2]) Excussi Catonis quae vocantur distichorum editiones, quae prodierunt: Coloniae a. 1523, Lugduni Bat. a. 1593 et 1598, Cygneae a. 1672, Traiecti ad Rhen. a. 1735, Amstelodami a. 1759. Cf. Carol. Krumbacher in Iwani Mueller, Handbuch d. klass. Altertumsw. vol. IX part. 1 (Monachi 1891) p. 250 nr. 3.

[3]) Insulse interpretatus est Planudes verba Latina:

*Cum labor in damno est, crescit mortalis egestas,*

de quibus cf. Ferdinandum Hauthal, qui Catonis philosophi librum recensuit Berolini a. 1869, p. 21 adn.

[4]) Vulg.; φεῦγε, ἀργίην ed. Col.; φεῦγ', ἀργίην ed. Lugd. Bat. a. 1593. Fortasse legendum est: φύγε, ἀργείην.

– ⏑ – : ⏑ – –

IV 16, 1 χρῶ τοῖς κερδηθεῖσι, κνιπίης[1]) οὔνομα φεύγων

⏑ – ⏑ – : ⏑ – – –

II 19, 1 φεῦγε ἀσωτίην καὶ σμικρολόγου[2]) κακότητα

– – ⏑ ⏑ ⏑ : – – – ⏑ ⏑

IV 48 1 εἰ συνέβη σε μαθεῖν μακρὸν ἐσπουδακότα πολλά.

Multo audacius genuinam quantitatem commutavit:

III 17, 1 λίσσεο συμμαχίην, κριθεὶς περὶ θεσμά, δικαστοῦ.[3])

Antiquorum poetarum epicorum dicendi usum imitatus est:

II praef. 5 δίζεο θεῖον Ὅμηρον, ὃς Ἄρεος ἔργ᾽ ἀγορεύει

IV 4, 2 ἣν οὐδεὶς σοφός, οὐδεὶς τίμιος ἠγάσατ᾽ ἀνήρ

I 11, 2 ὡς καλοῖς καλὸς[4]) ἴσθ᾽, ὡς μὴ βλαβερόν τί σοι ἥξειν.

Priorem vocis καλός syllabam produxit etiam IV 25, 1, corripuit I 25, 2. 31, 1. III 23, 2.

Emendandi sunt hi versus:

I 39, 1 φρούρει ὅττι μάλιστα τάπερ καμάτοις ἐπορίσω.

Legendum est: ἐπορίσσω. Cf. I 32, 1 λογίσσῃ, epist. 73, 46 (ed. M. Treu) διορίσσαι.

II 9, 2 βουλῇ γὰρ κρατεῖ ἔσθ᾽ ὅτε, τὸν φύσις εἴασ᾽ ἀκιδνόν.
Legendum est: εἶα ἀκιδνόν.

IV 27, 2 καὶ μακρῇσι τριβαῖς ὀλίγη σύνεσις ἐπορίσθη.
Vulg., σύνεσίς γ᾽ ἐπορίσθη ed. Lugd. Bat. a. 1593.

IV 49, 1 θαυμάσεις ἐπέεσσι στιχουργήσαντά με γυμνοῖς;
Vulg., θαυμάσεις ἔπεσι ed. Col., Lugd. Bat. a. 1598; θαυμάζεις ἐπέεσσι ed. Lugd. Bat. a. 1593. Legendum est: θαυμάζεις coll. Catonis v.

*Miraris versus nudis me scribere verbis?*

Sed sive ἐπέεσσι sive ἔπεσι leges, claudicat versus, quoniam vox στιχουργήσαντα, quam Planudes usurparet necesse erat, dactylico metro non satisfacit.

---

[1]) Vulg.; κνιπείης ed. Lugd. Bat. a. 1593.

[2]) Recte ed. Col., Lugd. Bat. a. 1593 et 1598; σμικρολόγον ed. recent., sed cf. Catonis verba:

*Luxuriam fugito; simul et vitare memento*
*Crimen avaritiae, nam sunt contraria famae.*

Fortasse legendum est: ἀσωτείην.

[3]) Foede mutilatus est versus
III 18, 2 καὶ σαυτῷ πταίσας, σαυτῷ σὺ τίνος δικαστήν.

[4]) Cf. Callimachea ed. O. Schneider, vol. I p. 152 sqq.

**Restant vocabula quaedam, quorum syllabas Planudes aliter tque veteres pensitavit; sed dubium non est, quin ea quam usuravit mensura tum in eruditorum hominum usu fuerit:**

a. λυμαίνειν [⏑ – – pro – – –]:

IV 9, 2 ὅττι φιλεῖ τὰ πάροιθ' ὀλιγωρηθέντα[1]) λυμαίνειν.

IV 39, 2 ἥ γε γὰρ ἔσχε λυμῆναι, σχοίη καί ποτ' ὀνῆναι.

em Demetrius Triclinius priorem vocis λύμη syllabam ultro corpuit; cf. p. 114.

b. εὐπραγέω, εὐπραγής, δυσπραγέω, δυσπραγία correpta syllaba ΠΡΑ:

I 40, 1 εὐπραγέων εὐεργετικὸς μὲν πολλάκι γίγνου

IV 26, 2 ἔμπαλι δυσπραγέων δὲ τὰ κρείττονα προσδόκα ἥξειν

II 25, 1 μὴ κατάπιπτ' ἀπογινώσκων ἐν δυσπραγίῃσιν

IV 32, 2 βλέψον ἐς ἄλλου δυσπραγίαν, πόσον ἔπλετο χείρων.

f. etiam Planudeam interpretationem primi carminis Boethiani vv.:

7 δόξα δ' ἐμῆς νεότητος ἐϋπραγέος πάρος οὖσαι

8 νῦν παραμυθεῦνται γήραϊ δυσπραγίην

15 ἅ, πόσα δυσπραγέοντας ἀποστρέφετ' οὔασι κωφοῖς.

em corripuit syllabam ΠΡΑ Christophorus:

13, 12 τρεῖς εὐπραγοῦσι καὶ [γίνονται τῶν ἄνω].

c. ἀναλίσκω, ἀνάλωμα correpta syllaba ΝΑ:

II 5, 2 πρὸς δὲ τὰ πράγματα τὸν καιρόν τ' ἀνάλισκε δεόντως.[2])

II 17, 1 ἔστ' ἀνάλωμα μένῃ, χρῶ χρήμασι σοῖς ὀλιγοστῶς.

**In eorum carminum interpretatione quibus Boëthius libros e consolatione philosophiae exornavit[3]) Planudes multo epius genuinam vocalium ΑΙΥ quantitatem mutavit quam in**

[1]) Correxi; τὰ πάρος ὀλιγωρηθέντα edd.

[2]) Ed. Cygn. a. 1672, Traiecti a. 1735; vulgata lectio est:
πρὸς δὲ τὰ πράγματα καιρὸν κατανάλισκε δεόντως.
terpretanda erant verba Latina:
*Dandum etenim est aliquid, dum tempus postulat aut res.*
e particulae τε collocatione cf. II praef. 6
εἰ δέ γ' ἐρᾶν βούλει τοῦ ἐρᾶν τε τέχνην ἐπιγνῶναι.

[3]) Boëce de la consolation de la philosophie. Traduction grecque de axime Planude publiée pour la première fois dans son entier par E. A. Bént, Genève 1871. Carmina seiuncta ed. Carolus Fridericus Weber, Darmadii 1833.

Catonis distichorum versione; quod non tam incuriae eius quam metricae necessitati tribuendum est. Inusitata enim erant Byzantina aetate ea metra quibus Planudes Boëthium imitaturus usus est. Satis est commemoravisse Planudem multo saepius vocales A I Υ longas corripuisse[1]) quam breves produxisse; produxit enim vocales A I Υ breves his modo locis:

5, 23 κοὐδὲν τοῦ πρόσθε νόμου λυθέν [– ⏑]
6, 12 τρυγᾶν [– –] βότρυας, ἣν δέον
7, 8 τὰ πρὶν ἀγανά [⏑ – ⏑]
12, 12 σκιάν [– –] τε πίτυς λοφόεσσα
20, 5 κἂν γὰρ γένος Ἰνδὸν ἕκαθεν [⏑ – ⏑]
22, 2 μετὰ τέρψιος προχύσεις[2]) [⏑ – –].

Adde priorem vocis ὕδωρ syllabam a Planude productam esse: 2, 16 ὕδασιν 12, 11 ὕδωρ 27, 37 ὕδατα, sed recte correptam esse: 23, 8. 35, 8 ὕδωρ 27, 9 ὑδάτων.

Syllabam ΦΙ productam esse versu anapaestico

17, 20 δαψιλέας τε τροφὰς φιλοκάλως

opinatur Weber l. l. p. VIII; immo producta est syllaba ΚΑ, quoniam Planudes identidem priorem vocis καλός syllabam produxit; cf. 24, 7 et quae dixi p. 96.

Denique recte proposuit Weber

23, 5 οὐδ' ἄρκυς τανύουσι<ν>[3]) κατ' ὄρη μακρά,

nam productionis causa Planudes usurpavit et litteram Ν paragogicam (cf. 13, 7. 24, 14 et Planudis epistulas ed. M. Treu p. 191 v. 4) et Atticam litteram Ξ (cf. Catonis dist. I 10, 2. III praef. 1).

## II. De Demetrio Triclinio.

Quas de vocalium A I Υ usu leges Demetrius Triclinius secutus sit, imprimis ex eis commentariis cognoscimus quibus Aeschyli Sophoclis Euripidis fabulas instruxit;[4]) quare de his commentariis accuratius disputabo.

---

[1]) Cf. Weber l. l. p. VIII.

[2]) Corr. Bétant; προσχύσεις codd., προχύτας Weber.

[3]) τανύουσι codd.; antepaenultimam huius vocis syllabam productam esse perperam iudicat Weber l. l. p. IX.

[4]) In ea scholia metrica Pindarica et Aristophanea, quae vulgo Demetrii Triclinii nomini addicuntur, inquirere hoc loco nolui, quoniam horum scholiorum iusta recensio ad librorum manuscriptorum fidem publici iuris facta non est.

Ex Aeschyleis tragoediis Triclinius non solum Prometheum Septem Persas, quas fabulas Byzantini magistri lectitabant atque interpretabantur, amplioribus commentariis instruxit, sed etiam eis tragoediis, quae tum raro tractabantur, Agamemnonis et Eumenidum, explicandis operam dedit; Choëphororum et Supplicum fabulae, quoniam Byzantina aetate neglectae iacebant, neque a Demetrio Triclinio neque a Thoma Magistro enarratae sunt (cf. Guil. Dindorf in Philologi vol. XX p. 385 sq.). Illas fabulas ex recensione atque cum scholiis Triclinii continet codex Farnesianus bombycinus I E. 5, quo usus Guil. Dindorf primus edidit Triclinii scholia in Agamemnonem in Philologi vol. XX p. 30 sqq. et scholia in Septem in Philologi vol. XXI p. 193 sqq.

Eodem fere tempore omnia in Agamemnonem scholia, quae codice Farnesiano memoriae tradita sunt (i. e. Triclinii scholia, quae lemmate ἡμέτερον notantur; σχόλια παλαιά, quae sunt imprimis Thomae Magistri scholia; aliorum scholia; glossas), typis exprimenda curavit I. A. C. van Heusde in Aeschyleae Agamemnonis editione (Hagae Comitum a. 1864). Hanc scholiorum in Agamemnonem editionem si comparaveris cum Dindorfiana Philologi vol. XX p. 16 sqq. 30 sqq. publici iuris facta, confiteberis Dindorfianam caute usurpandam esse. Dindorfius enim non solum scholia, quae leguntur in codice Farnesiano, haud pauca tacite omisit, sed etiam σχόλια παλαιά neglegentissime a Triclinianis scholiis divisit: identidem scholia Tricliniana, quibus in codice Farnesiano lemma ἡμέτερον adscriptum est, inter ea scholia quae σχόλια παλαιά esse ipso codice Farnesiano confirmatur typis expressit et versa vice, veluti scholl. ad Agam. v. 50 ed. Heusd. [= 49 ed. Dind.]. 558 [= 607]. 852 [= 928]. 871 [= 948]; idem saepius scholia Tricliniana et σχόλια παλαιά, quae ad eundem fabulae versum referuntur et in codice Farnesiano notis appositis disiuncta sunt, tacite coniuncta edidit, veluti Triclinio tribuit scholl. ad Agam. v. 280 ed. Heusd. [= 306 ed. Dind.]. 496 [= 542]. 655 [= 711]. — Item erroris plena sunt, quae de codicis Farnesiani I E. 5 auctoritate Dindorfius aliique docuerunt: ab ipso Triclinio hunc codicem scriptum esse contendunt. Ac primus quidem codicem Farnesianum I E. 5 autographum esse dubitanter suspicatus est Paschalis Baffius, qui in Harlesii editione bibliothecae Graecae Fabricianae tom. V p. 776 sq. codicem his verbis descripsit: ‚Nr. 33. Aeschyli Προμηθεὺς δεσμώτης, Ἑπτὰ

ἐπὶ Θήβας, Πέρσαι, Ἀγαμέμνων, Εὐμενίδες cum glossis interlinearibus et scholiis margin. antiquis, Thomae Magistri et Demetrii Triclinii. Quum scholiis Triclinii fere perpetuo praefigatur ἡμέτερα et initio[1]) ἡμέτερον Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου, codex hic bombycinus aut αὐτόγραφος est aut ex αὐτογράφῳ descriptus: certe saeculi est XIV ad finem vergentis, quo tempore Triclinius floruit.' Ipsius Triclinii manu codicem scriptum esse contendunt Petrus Elmsley in Museo critico or Cambridge Classical Researches vol. II (Cantabrig. 1826) p. 457, Guil. Dindorf in Philologi vol. XVIII p. 60 sqq. XX p. 15. 385. XXI p. 224, Guil. Seelmann, de propagatione scholiorum Aeschyleorum (Halis Sax. 1875) p. 4. 30, Carol. Krumbacher in Iwani Mueller, Handb. d. klass. Altertumsw. Vol. IX part. 1 (Monach. 1891) p. 257. Dubitaverunt Salvator Cyrillus, Catalog. codicum Graecorum manuscriptorum bibliothecae Borbonicae tom. II (Neapoli 1832) p. 175 [,Exscriptus est saeculo XV et, ut quidem videtur, ipsa manu Demetrii Triclinii.'] et Mauricius Haupt in praefatione editionis Aeschylearum fabularum, quam paravit God. Hermann, tom. I (a. 1859) p. X [,Codex Farnesianus... saeculo quarto decimo exeunte a Demetrio Triclinio, ut putant, scriptus. Certe Triclinii recensionem continet eiusque et Thomae Magistri scholia.']. Equidem mihi persuasi hunc codicem non a Triclinio ipso, sed a librario nescio quo e codice aliquo descriptum esse, in quo, quae scholia essent Tricliniana, quae essent παλαιά, identidem non satis accurate notatum erat. Nam si perlustrabis Farnesianorum in Agamemnonem scholiorum editionem, quam curavit I. A. C. van Heusde, cognosces nonnullis scholiis metricis, quae quin Tricliniana sint, dubium non est, in codice Farnesiano lemma σχόλιον παλαιόν [non lemma ἡμέτερον (i. e. Δημητρίου)] adscriptum esse; quod fieri potuisse nego, si Demetrius ipse codicem scripsisset; cf. imprimis haec scholia Tricliniana, quibus σχόλιον παλαιόν falso

---

[1]) Cod. Farnes. fol. 2 verba Ἡμέτερον δημητρίου τοῦ τρικλινίου praescripta esse commentario illi Tricliniano, qui incipit a verbis: Ἰστέον ὅτι πάντα τὰ μέτρα πλὴν τοῦ δακτυλικοῦ κατὰ διποδίαν μετρεῖται [= Pindari opera ed. Boeckh tom. II p. 13 sq. Scholia Graeca in Aristophanem ed. Duebner (Paris. 1843) p. XXX. Cf. etiam Studemund in Indice lectionum in univ. litt. Vrat. per hiemem 1887/88 habendarum p. 7 adn. 3] monuit Petrus Elmsley in Museo critico vol. II p. 471. Cf. etiam Salvat. Cyrillum, Catalog. codicum Graec. manusc. bibliothecae Borbonicae tom. II p. 175.

adscriptum est: ad Agam. v. 897 ed. Heusde [= 975 ed. Dind.].[1]) 1280 [= 1372]. 1413 [= 1505]. Denique animadvertendum est codicem Farnesianum descriptum esse saeculo decimo quarto exeunte testibus Paschal. Baffio (l. l.), Mauricio Haupt (l. l.), Guil. Dindorf (in Philologi vol. XVIII p. 60) vel saeculo decimo quinto auctore Salvatore Cyrillo (l. l.), Triclinium autem floruisse saeculo decimo tertio exeunte et decimo quarto ineunte (cf. Studemund in Indice lect. in univ. litt. Vrat. per hiemem 1887/88 habend. p. 8).

Tricliniana scholia in easdem quas supra commemoravimus fabulas Aeschyleas inveniuntur etiam in bibliothecae Caesareae Vindobonensis codice chartaceo, qui notatus est ,philol. Graec. nr. CCCXXXIV'; quo codice usus Mauricius Schmidt, ut Triclinianorum scholiorum specimen exhiberet, in Sitzungsber. d. Wien. Akad. d. Wiss. Philos.-hist. Classe. Jahrg. 1856. Vol. XXI p. 280 sqq. ea scholia publici iuris fecit quae hoc ordine pertinent ad Prometh. vv. 595—611. 589. 612—617. 618—635. 625. 636—713. 644. 651. 709. 1125 (ed. Weckl.).

Scholiis in Prometheum et Septem conscriptis Triclinius accurate explicuit, quibus pedibus metricis cola quae agnovit constarent; similiter videtur composita esse Demetrii in Aeschyli Persas ἐξήγησις, nam in scholiis in Agamemnonem, in quibus systemata quae statuit metrica tantummodo adumbravit, eos qui talia legunt delegavit cum generatim ad ea, quae antea exposuisset (cf. ad Agam. v. 104 ed. Heusd. [= 104 ed. Dind.] ἃ καὶ μετρήσεις ἑπόμενος οἷς πρότερον εἰρήκαμεν et vv. 148 [= 160], 341 [= 367], 897 [= 975] ἃ καὶ μετρήσεις τοῖς προειρημένοις ἑπόμενος), tum ad commentarium ab ipso in Persarum fabulam conscriptum (cf. ad Agam. v. 40 ed. Heusd. [= 40 ed. Dind.] ὡς εἴρηται καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ τῶν Περσῶν δράματος et v. 329 [= 355] εἴρηται ἡμῖν ἐν τῷ τῶν Περσῶν δράματι περὶ τοῦ εἴδους τούτου τῶν χορῶν). Unde sequitur Triclinium accurate descripsisse earum quae tum lectitabantur fabularum cola, adumbravisse tantummodo systemata ceterarum i. e. Agamemnonis et Eumenidum.[2])

---

[1]) Insuper Triclinius hoc loco ad priores adnotationes suas nos delegavit his verbis usus: ἃ καὶ μετρήσεις τοῖς προειρημένοις ἑπόμενος.

[2]) Sed si discesserimus a Triclinianis in Aeschyleas tragoedias scholiis metricis, supersunt scholia quaedam metrica ad Aeschyli Septem Persas

Eandem rationem Triclinius iniit in explicandis fabulis Sophocleis: Aiacis enim, Electrae, Oedipodis Regis, Antigonae

---

Agamemnonem Eumenides conscripta, quae primum typis expressa sunt in ea Aeschylearum tragoediarum editione quae Petri Victorii cura ex officina Henrici Stephani prodiit a. 1557 (p. 343—353). Eadem scholia passim correcta ex codice Laurentiano plutei XXXI, 8 Guil. Dindorf edidit in Aeschyli tragoed. tom. III (Oxonii 1851) p. 513—531. Anonyma haec scholia primum quidem Dindorf (l. l. p. 513 adn.) ,haud dubie a Demetrio Triclinio' scripta esse docuit; sed idem, postquam Mauricius Schmidt in Sitzungsber. d. kais. Akad. d. Wiss. Philos.-histor. Cl. Jahrg. 1856. Vol. 21·p. 280 ab ipso Triclinio ea composita esse suo iure negavit, in Philologi vol. XX p. 15 et vol. XXI p. 224 contendit haec scholia e Triclinianis scholiis esse excerpta. At ne haec quidem sententia omni ex parte probanda est: nam si ea scholia metrica in Aeschyleam Septem quae leguntur apud Dindorfium in Aeschyl. trag. tom. III p. 513 sqq. cum Triclinianis in eandem fabulam scholiis metricis, quae Dindorf edidit in Philologi vol. XXI p. 193 sq., contuleris, cognosces scholiis illis effici commentarium purum putum anonymi metrici Byzantini, cuius ars metrica mirum quantum a Tricliniana arte diversa sit. Identidem enim anonymus ille Byzantinus in systematum colis circumscribendis cum Triclinio dissentit; veluti de Aeschyli Septem v. 78—180 (ed. Dind.) anonymus (l. l. p. 513, 7) adnotavit: ὁ παρὼν χορὸς συνέστηκεν ἐκ κώλων ριδ'; Triclinius eosdem versus in 105 cola divisit, quibus has strophas effici voluit (cf. Philol. vol. XXI p. 194—199): v. 78—150 εἰσὶ γοῦν τῆς μονοστρόφου ταύτης στροφῆς τὰ κῶλα ξζ'· v. 151—165 εἰσὶ γοῦν τῆς μὲν πρώτης στροφῆς τὰ κῶλα ια' καὶ τὰ τῆς ἀντιστροφῆς τοσαῦτα· v. 166—180 εἰσὶ γοῦν τὰ κῶλα αὐτῆς (i. e. τῆς δευτέρας στροφῆς) η' καὶ τὰ τῆς ἀντιστροφῆς τοσαῦτα. Adde quod anonymus ille nonnulla vocabula artis metricae sollemnia aliter usurpare solet atque Triclinius: veluti apud Triclinium vox διπλῆ tantummodo τὸ σημεῖον τῆς διπλῆς significat, quod Triclinius in exitu quarundam stropharum collocare solet (cf. locum, quem exscripsit Maxim. Consbruch, de Hephaestioneis qui circumferuntur περὶ ποιήματος commentariis [Vratisl. 1890] p. 65); apud anonymum autem voce διπλῆ non tam signum ipsum, quam versus, qui ho· signo notati sunt, significantur: veluti schol. ad Septem v. 181 εἴσθεσις διπλῆς, 792 εἴσθεσις μερικῆς διπλῆς, 1005 εἴσθεσις διπλῆς μονοστροφικῆς καὶ συνεχοῦς (de hoc dicendi usu, quem Byzantini fabularum Aristophanearum scholiastae ipsi quoque adamaverunt, cf. Heliodori colometriae Aristophaneae quantum superest ed. Carol. Thiemann [Halis 1869] p. 98 sqq.). — Paulo aliter res se habet in scholiis in Agamemnonem, quae Dindorfius l. l. p. 522 sqq. edidit; haec conflata sunt ex eiusdem anonymi Byzantini commentario in Agamemnonem metrico, quem integrum e codice Laurentiano plutei XXXI, 8 Weckleinius in Aeschyli trag. editionis part. I p. 335 sqq. edidit, atque e scholiis Triclinianis. E Tricliniano commentario ad verbum transcripta sunt scholia, quae leguntur apud Dindorf. l. l. p. 522, 17—523, 15 et p. 524, 20—22 (cf. Triclinii scholia ad Agam. 40. 104. 258. 355. 1035, quae edidit Dindorfius in Philologi vol. XX p. 30 sqq.);

canticorum cola accurate descripsit et, quibus pedibus metricis efficerentur, explicuit; sed Oedipodis Colonei, Trachiniarum, Philoctetae cantica generatim modo adumbravit ad priores fabulas nos delegans; cf. ad Oed. Col. v. 118 (ed. Turneb. p. 105, 16) εἰ βούλει δὲ καὶ τίνος μέτρου τῶν κώλων ἐστὶν ἕκαστον εἰδέναι, τοῖς προτέροις ἀκολουθῶν δράμασι μάθοις ἂν καὶ ταῦτα et ad Oed. Col. v. 668 (ed. Turneb. p. 109, 39) ἃ καὶ μετρήσεις τοῖς προτέροις ἑπόμενος. Triclinii in Sophocleas tragoedias commentarium totum integrum solus edidit Adrianus Turnebus Parisiis a. 1553 usus codice quodam, quem ab Aimaro Ranconeto impetraverat.[1]) Eundem commentarium Brunckius Argentorati a. 1789 edidit usus codice Parisino 2711 chartaceo, qui teste Guilelmo Dindorf in Schol. in Soph. trag. vol. II (Oxonii 1852) p. 390—404 videtur simillimus esse codici illi Ranconeti; sed ita edidit, ut omitteret cum alia scholia tum omnes canticorum descriptiones metricas, quae nobis quaerentibus, quomodo Triclinius vocales Α Ι Υ pensitaverit, imprimis animadvertendae sunt. Postremum edidit haec scholia Tricliniana aeque discerpta Guil. Dindorf in Schol. in Soph. trag. vol. II (Oxonii 1852) p. 278 sqq.[2]) Quae cum ita sint, Tricli-

---

deinde ea scholia quae leguntur apud Dindorf. l. l. p. 523, 16—18. 523, 27—524, 6. 524, 16—19 repraesentant doctrinam scholiorum Triclinianorum ad Agam. 367. 681. 975 (ed. Dind.) in breviorem formam redactam et in codice Farnesiano I E. 5 una cum genuinis Triclinii scholiis versibus Aeschyleis adscripta sunt (cf. in Aeschyli Agamemnonis editione, quam curavit van Heusde scholia ad vv. 401. 414. 427. 632. 644. 656. 665. 674. 683. 692. 699. 897. 908. 919. 932). Hinc efficitur ea de quibus disputavimus scholia in Agamemnonem metrica conglutinata esse e codicis Laurentiani plut. XXXI, 8 scholiis adespotis et e codicis Farnesiani I E. 5 scholiis Triclinianis. — De eis in Persas et Eumenides scholiis metricis quae Dindorfius l. l. p. 518 sqq. et p. 529 sqq. edidit iudicare nunc quidem non licet, quoniam Tricliniana in illas fabulas scholia adhuc edita non sunt; sed dubito an in his scholiis nulla Triclinianae doctrinae fragmenta conservata sint.

[1]) Cf. Adriani Turnebi epistulam ad Ranconetum datam, quae editioni praemissa est: Σοφοκλῆν ... τῶν σῶν ἀπολαύσαντες ἀντιγράφων ... παρέχομεν ... Βιβλίον γὰρ παρὰ σοῦ εὐτυχήσαντες Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου σημειώσεσι, στιχογραφίαις, ἐξηγήσεσι, διορθώσεσιν εἰς εὔρυθμον καὶ ἐμμελὲς εὖ μάλα διηκριβωμένον ... Σοφοκλῆν παρεχόμεθα.

[2]) De codice bibliothecae regiae Dresdensis plut. D. 21 (saec. XIV), in quo Triclinii scholia Sophoclea vario atramento vel crucibus appositis distincta sunt a Thomae Magistri et Moschopuli scholiis, conferas Dindorfium in Schol. in Soph. vol. II p. 404 sqq.

niana in Sophocleas fabulas scholia secundum editionem Turnebianam nobis citanda sunt.

Ex Euripideis tragoediis Triclinius teste Guilelmo Dindorf in Scholiorum Euripideorum tom. I (Oxonii 1863) p. XXIII tantummodo eas quas homines Byzantini imprimis lectitabant atque describebant, Hecubam dico, Orestem, Phoenissas, locupletibus commentariis metricis instruxit. Horum commentariorum fragmenta admixtis ceterorum scholiastarum adnotationibus Arsenius Monembasiae archiepiscopus primum Venetiis a. 1534 edidit Italico aliquo codice usus.[1]) Post Arsenium scholia Tricliniana multo integriora e bibliothecae Bodleianae codice Barocciano 74 (saec. XVI ineunt.) Ioannes King Cantabrigiae a. 1726[2]) edidit, sed ita, ut ubi cum Arsenio dissentit, identidem non cognoscatur, utrum Baroccianum codicem an suum ingenium secutus sit. His editionibus usi sunt, quicunque adhuc haec scholia metrica typis expresserunt, Thomas Morell, Ludovicus Caspar Valckenaer, Samuel Musgrave, Augustus Matthiae, denique Guilelmus Dindorf, qui scholia metrica a reliquis scholiis seiuncta edidit in Schol. Eur. tom. I p. 206 sqq. II p. 10 sqq. III p. 12 sqq.[3])

Ex his commentariis, quibus poetarum tragicorum fabulas Triclinius instruxit priore tempore compositi sunt commentarii in Euripidem et Sophoclem, posteriore tempore commentarius in Aeschylum; cf. Tricliniana scholia (quae infra citavi p. 106 et 109) ad Eur. Or. 523 (ἀμυνῶ), Soph. Ai. 75 (ἀρεῖς), Aesch. Pers. 795 (ἀροῦμεν) et Eur. Or. 190, Aesch. Sept. 92 (de particulis ἄρα et ἆρα). Aeque Thomas Magister Euripideas fabulas priore, Aeschyleas posteriore tempore commentariis exegeticis illustravit; cf. Guil. Dindorf in Philologi vol. XX p. 387 et in Schol. Eur. tom. I p. XVII sq.

---

[1]) Cf. Arsenii epistulam quam citavit Dindorfius in Schol. Eur. tom. I p. XXII adn.

[2]) Perperam Dindorfius in Schol. Eur. tom. I p. XXIV et in Philologi vol. XX p. 12 dixit Kingium ‚Londini a. 1748' fabulas Euripideas cum scholiis edidisse; in animo certe habuit editionem, quam curavit Thomas Morell Londini 1748 Kingii editione usus, cuius versionem notasque fere integras suae editioni addidit.

[3]) Ex hac editione cognovimus nonnulla Triclinii scholia metrica legi etiam in codice Parisino 2713, quem Dindorfius a se ipso collatum littera B notavit.

Legendum est: τοῦτον. Nicephorus Phocas, penes quem erat summa belli, copias suas, ut cum Cretensibus manus consererent, incitans imperatoris mentionem non fecerat; quamobrem unus e ducibus eum his verbis carpsit: cur omisisti regem neque veluti coquus secundum artem culinariam miscens eum condimenti instar admiscuisti verbis tuis adhortativis?

2, 250 εἰ δ' ἦν τις αὐτῶν εἰς φυγὴν ὡρμημένος
ἔμπροσθεν εἶχε φραγκοὺς, ἔμποινον ξίφος.

Francorum nomen ab hoc loco alienum esse animadvertit Cornelius, qui coniecit φραγμοὺς assentiente Iacobsio; sed legendum est: φραγμόν i. e. ‚quicunque fugerat, a tergo habebat vallum, quod effecerunt hostes instantes‘. De voce ἔμπροσθεν cf. Lehrs, Pindarscholien (Lips. 1873) p. 81. 101.

4, 102 πολλῶν γὰρ αὐτῶν κύκλωθεν πεφραγμένων.

κυκλόθεν recte coni. Mueller l. l. p. 9 adn. 10.

5, 91 τὰς δὲ στοιχηδὸν εἰς σφαγὴν προκειμένας.

Legendum est: στιχηδὸν; agitur de feminis Cretensibus, quae ordinatim a Romanis obtruncantur.

Christ. 1, 7 πάντων [τρεχόντων ἐν μέσῳ τῶν διαύλων].

Vocem διαύλων corruptam esse cognoscitur etiam e productione vocalis ι contra leges quas Christophorus observare solet admissa. Delendus est versus 7, nam vox διαύλων voci v. 6 ἐμβό-

ων (ἐμβολῶν cod.; cf. § 2) explicationis gratia addita esse idetur; cf. etiam A. Rocchi notam.

63, 22 καὶ πλέγμα μᾶλλον ἀνθ' ὠ ρ α ρ ί ο υ φέρει.

egendum est: ὀ ρ α ρ ί ο υ, quae forma identidem formae ὠραρίου ›co occurrit; cf. H. Stephani Thesaurum s. v. ὠράριον et E. A. ophocles, Greek lexicon (New-York 1888) s. v. ὀράριον et ὠράριον.

68, 12 πτῶκας[1]) διώξων ἢ συῶν τοὺς ἀγρίους
ἢ καὶ ν ε υ ρ ο ὺ ς μάλιστα δειλῶν δ<ορκάδων>.

egendum est: ν ε β ρ ο ύ ς.

103, 48 σοβεῖν κ α ὶ τούτους οὔμενουν ὅλως σθένω.

egendum est: δ ὲ.

119, 7 ὡς αὔριον σέ· τ ο ύ τ ο υ γὰρ τίς ἐκφύγῃ;

egendum est: τ ο ῦ τ ο (i. e. mortem).

De clausula v. 103, 66 ἡ δ υ ν ή θ η ν cf. p. 72.

Emendari non possunt, quia codex tineis nimis mutilatus st, hi loci: 44, 44. 68, 130 (ὧδε cod.; ὅδε?). 90, 40 (καὶ cod.; δὲ?). 0, 67. 109, 35 (τούτων cod.; τοῦτο?). 114, 20 (ὄντας cod., ὄντα?). 36, 138 (ὑβρίζειν cod., ὕβριζεν?). 138, 5.

Praeter eos quos supra commemoravi locos animadvertendus st unus Ioannis versus, qui commutandus non est:

Etym. 192 (de vocibus φάρυγξ et λάρυγξ):

,φάρυγξ' μέν ἐστιν τοῦ λαλεῖν ὅστις ῥύαξ,
,λάρυγξ' δ' ὁμοίως τοῦ φαγεῖν πάλιν ῥύαξ,
λέγοις δ' ἐναλλὰξ τ α ύ τ η ν ἀλληλωνύμως.

iatus evitandi causa Ioannes noluit scribere τ ή ν δ ε vel τ α ῦ τ α. f. § 7.

## § 4. De productis vocalibus E O.

Vocales E O nunquam Ignatius consulto produxit[2]); Theoosius, Christophorus, Ioannes breves syllabas, quae has ocales continent, longarum vice usurpaverunt, si commemoranda rant:

a) nomina propria:

Theod. 1, 37 (3) Ὀδυσσεύς 1, 37 (5) Διομήδης 1, 258 (2) ενοφῶν 1, 269 (1) Θεοδοσίου 3, 34 (1) Μελέαγρος 3, 127 (2) Ἰδοενεύς 4, 86 (5) Μακεδόνων 5, 23 (1) Δελεμιτῶν 5, 23 (3) Βελε-ιτῶν 5, 73 (5) Σικελία.

[1]) Correxi, πτώκας cod. Crypt.

[2]) De versu in Adam. 34 cf. § 2.

Christ. 2, 4 (2) Σολομών 9, 1 (5) Θεοδώρου 6, 16 (4. 5) [Βελε]ροφόντου 15, 4 (5) Μελίαν 16, 3 (3). 10 (5). 17 (3). 26 (5) Μελίας 16, 8 (4) Σολομών 18, 18 (2) Γεώργιος 36, 3 (1) Μελέαγρος 40, 36 (5) Ἱερεμία 42, 22 (1) Ἀφροδίτην 42, 79 (4) Πηνελόπας 42, 79 (5) Ἑλένας 67, 1 (5) Εὐδοκίαν 68, 71 (5) Παντελεήμων 68, 100 (5) Ἑρμολάου 79, 1 (4). 114, 130 (2) Χριστοφόρου. 86, 1 (2) Διονύσιε 90, 17 (5) et 42 (5) Βενέτῳ 90, 68 (1). 73 (1). 75 (3). 87 (1) Βένετος 90, 85 (3) Β<ένετον> 90, 113 (4) Βενέτ<ῳ> 114, 8 (1) Προκοπίου 114, 28 (1) Προκόπιον 114, 16 (2. 3) Παντελεήμονος[1]) 122, 100 (1) Βεσελεήλ.

Ioann. 38, 5 (1). 39, 9 (1) Ἀνδρόνικος 73, 2 (5). 74, 2 (5) Θεοδώρα 49, 2 (2) Θεοδώρητον 31, 39 (1) et 44, 4 (5). 45, 3 (5). 71, 2 (5) Μονομάχος 70, 1 (5) Μονομάχου 55, 40 (5). 57, 2 (5) Μονομάχον 8, 19 (5) Σολομῶνα.

b) nomina sollemnia:

Christ. 42, 12 (2) αἰγοκέρων[2]) 42, 14 (5) ὑδροχόον.

Ioan. 33, 21 (2) πρόθεσις 33, 42 (1) προθέσει 71, 4 (4. 5) 72, 7 (4. 5) τροπαιοφόρε; multo saepius Ioannes in carmine etymologico vocales E O longarum syllabarum loco habuit in eis vocabulis quorum originationes disseruit [cf. 21 (1) στερέωμα 36 (3) βορέας 41 (3) ζεφύρου 42 (2) ἀνέμους 67 (4) ποταμῶν 72 (5) πεδίον 105 (1) ἐνιαυτός 154 (3) κεφαλή 164 (1) βλέφαρον 191 (1) ἀνθερεών] vel in eis quae originationis explicandae causa grammatici commemoraverunt [cf. 11 (3) σοφίας 91 (1) ἀστεροπή 157 (2) ὀροφήν].

His adde vocabula, quae vocabulorum sollemnium loco habuit Ioannes:

29, 2 ἥκιστα τούτους ἀναγινωσκομένους.

Necessitate coactus hanc vocem usurpavit, nam inscribitur carmen 29: εἰς τοὺς λόγους τοῦ Θεολόγου τοὺς μὴ ἀναγινωσκομένους.

56, 3 φιλοβασιλεῖς ἐκ μακρῶν ὄντες χρόνων.

Ceteri loci, quibus secundum codicum auctoritatem vocales E O productae esse videntur, ad unum omnes corrupti sunt:

Ignat. tetr. 3, 4 πλέον, πλεῖον coni. Mueller. 32, 4 ὁδὸν ἀνατρέπω, ὁδὸν <δ'> ἀνατρέπω coni. Corais. 39, 1 ἀλὸς ὄνος,

---

1) Cf. 68, 98 (2. 3).

2) Coni. A. Rocchi in adnot., αἰγόκαιρον cod. Crypt.

ἀλῶν coni. Mueller. 46, 3 τέκνον· ἔφη, τέκνον φάτο coni. Mueller.

Littera N paragogica emendati sunt: tetr. 44, 3 κἄκτεινε<ν> τάχος 52, 1 πῆξε<ν> χελιδών in Adam. 6 εὗρε<ν> φύσις. Cf. p. 76sq. De tetr. 38, 2 cf. p. 78 et § 8.

Theod. 1, 53 ἔλαμψεν ἀσπίς, ἠκονομένη σπάθη· ἠκονημένη coni. Cornelius. Cf. 1, 107 μάχαιραν ἠκονημένην 3, 99 ἠκονημένα ξίφη.

1, 99 μόνον φανείτω πατρικὸς ὡπλισμένος· πατρικῶς coni. Cornelius. Cf. similes clausulas vv. 1, 111. 2, 23. 108. 151.

1, 211 εἰ δ' ἦν κλαπείς τις εἰς ἀμερίμνους ὕπνους.
Legendum est: εἰ δ' ἦν κλαπείς τις ἀμερίμνους εἰς ὕπνους.

Prima syllaba vocis ἀμερίμνους producta est secundum legem de vocalium ΑΙΥ productione. De collocatione praepositionis εἰς cf. has clausulas: 5, 10 πᾶσαν εἰς χθόνα 4, 125 πολλῶν πρὸ χρόνων.

2, 117 ἴωμεν εἰς μάχαιραν ἀντὶ τῶν τέκνων
ὑπὸ γυναικῶν καὶ φίλων καὶ πατρίδος

et

2, 192 μνήσθητε καὶ θάνωμεν, ἄνδρες, εἰ δέον,[1])
ὑπὸ γένους ἄνακτος εὐσεβεστάτου·

ὑπὲρ coni. Iacobsius; cf. 2, 124 ὑπὲρ τέκνων θάνῃ.

2, 171 ὡς οὖν καιρὸς ἤγγισε τῶν βουλευμάτων.
Recte coni. Iacobsius:

ὡς οὖν ὁ καιρὸς ἤγγισεν βουλευμάτων.

Cave opineris legendum esse:

ὡς καιρὸς οὖν ἤγγισε τῶν βουλευμάτων,

nam particulam οὖν Theodosius in altera enuntiati sede ponere solet; cf. 1, 153. 174. 239. 2, 9. 56. 74. 81. 179. 209. 238. 3, 98. 123. 150. 168. 4, 13. 5, 104. Vocula ὁ cum esset omissa, librarius nescio quis vocem τῶν addidit, ut versus duodecim syllabarum esset.

Christ. 22, 21 ἡ παγκάκιστος προβάλλουσά σοι νόσος.
Legendum est: προσβαλοῦσά σοι.

63, 27 <ᾠ>δαὶ δὲ πᾶσι πρόφοροι ταῖς σφῶν τέχναις.
Legendum est: πρόσφοροι.

---

[1]) Correxi, εἰς δέον cod.

71, 1 ἄπτερος εἰμὶ καὶ κινούμενος δόμος.
Legendum est: ἄπετρός εἰμι. Cf. Eustathii Macremb. de Hysm. ed. Hilberg p. 213.

103, 40 μᾶλλον γε μὲν αὔξοντας ἐκ τῶν ὠδίνων.
Legendum est: μᾶλλόν γε μήν.

109, 41 μὴ δὲ ποιεῖσθαι τῆς θαλάσσης τὴν ζάλην.
Legendum est: μὴ δὲ πτοεῖσθαι (cf. 109, 17).

Emendari non possunt, quia codex tineis nimis mutilatus est, hi loci: 68, 9. 74, 10. 103, 55 (δὲ cod., δή?). 105, 52. 114, 134 (cf. § 7).

## § 5. De correptis syllabis positione longis.

Brevem vocalem, quam excipiunt duae consonae mutae vel liquidae vel liquida cum consona muta coniuncta, longae syllabae loco habuerunt hi versificatores; hanc legem neglexerunt tantummodo in nominibus propriis:

Theod. 1, 37 (4) Ὀδυσσεύς 3, 231 (6) Φιλίππου.

Christ. 6, 16 (6) [Βελε]ροφόντου 18, 9 (2). 44, 52 (6) Ἰω[άννης] 44, 82 (2) Ἰωάννου 44, 69 (6) Ἰωάννη[1]) 136, 4 (4) Μαρτυρίου.

Ioan. 17, 8 (6) Ἰωάννης 37, 4 (6) et 5 (2) Ἰωάννου 35, 15 (6) Ἰωάννην. Idem nominis proprii instar vocem κόσμος bis usurpavit; animadvertendum est utroque loco verba Novi Testamenti imitando expressa esse:

82, 3 ποία γὰρ ὠφέλεια κερδῆσαι κόσμον,
ψυχῆς δὲ πικρὰν δυστυχῆσαι ζημίαν;

cf. Matth. 16, 26 τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ;

36, 3 ἕως ἔτι ζῶν, φῶς ὑπῆρχε τοῦ κόσμου,
ἕως ὑπὲρ γῆς εἶχε τὴν λαμπηδόνα,
ὑφ' ἧς ὅλην ηὔγαζε τὴν οἰκουμένην
ὁποῖα φαιδρὸς λύχνος αὐχμηρὸν τόπον.

cf. Matth. 5, 14 ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου· ...οὐδὲ καίουσι λύχνον καὶ τιθέασιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, καὶ λάμπει πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ. οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων κτλ.

Ceteri loci, quibus haec lex violatur, emendandi sunt:

Ignat. tetr. 2, 1 βέλει τὸ στῆθος ἀετὸς τρώθη πάλαι.[2])

---

[1]) Cf. 30, 5 (6).

[2]) Versum Georg. Pisid. Hexaëm. 158 ὡς πρός σε στιγμή... quem e. g.

egendum est: τρώθῃ βέλει τὸ στῆθος ἀετὸς πάλαι.

De Ignat. in Adam. 17 cf. p. 117.

Theod. 1, 24 τῆς Ἰλίου γὰρ τοὺς πορπυργίους δόμους.
ͻοπυργίους coni. Iacobsius.

1, 267 τρανοῦ δὲ γλῶτταν, δὸς παρρησίαν λόγου.
egendum est: δὸς λόγου παρρησίαν (cf. Mueller l. l. p. 9 adn. 10).
οχ παρρησία legitur in fine vv. 1, 256. 3, 18.

2, 194 μόνον πλατυνθῇ σκῆπτρον τῆς μοναρχίας

3, 41 σοῦ σκῆπτρον λαμπρύναντος ἐν μοναρχίᾳ..
egendum est utroque loco: σκῆπτρα.

3, 177 οἱ δὲ στραφθέντες τῇ πλοκῇ τῶν σφιγμάτων.
:ραφέντες coni. Mueller l. l. p. 9 adn. 10. Cf. etiam 1, 48
τεστράφη 3, 98 στραφέντες 4, 138 στραφείς.

Littera N paragogica delenda est:

1, 120 καὶ φοινικὴν ἔβαπτεν τὸ ξίφος τρίχα

4, 111 πολλοὺς προεξένησεν τῷ στρατῷ πόνους

2, 170 ἔξωθεν θαρσήσωσιν ἐκβεβηκέναι

4, 43 φράττων κύκλοις ἔξωθεν τὰς περιστάσεις.

yzantini utramque formam (ἔξωθε et ἔξωθεν) agnoverunt teste
ıanne Tzetza in Exegesi in Iliadem p. 118, 4 ed. Herm.
= 819, 32 ed. Bachm.]: εἰ... φωνῆεν ἔχουσιν ἐπιφερόμενον ταῦτα, N
ιὶ Σ καὶ K ἔχουσιν· ἔξωθεν, εἴκοσιν... εἰ δὲ σύμφωνον, ἔξωθε
άφονται καὶ εἴκοσι κτλ.

Desperate corruptus est versus obscurus 3, 172.

Christ. 6, 8 [ἡ μὲν γὰρ εἷλκε πάντας κρούμασι] ξένοις.
egendum est: πάντα κρούμασι.

85, 5 τροφῆς χορηγοὺς οὐρὰν καὶ κόπρους ἔχων.
egendum est: οὖρα. Agitur de medico aliquo.

122, 110 τοῖς οὖν μεγίστοις οὐδὲν προσβαλεῖν σθένων.
egendum est: τοῖς οὖν μεγίστοις προσβαλεῖν οὐδὲν σθένων.

132, 5 βδελλύττεσθαι, leg. βδελύττεσθαι.

De v. 136, 187 σεμνοί cf. p. 72.

Ioan. etym. 63 (de voce θάλασσα):

τοῦ δ' ὕδατος ‚θάλασσα' θησαυρὸς πάλιν,
τοῖς ‚ἄσσον' οὖσα θαῦμα τοῖς χερσοτρόφοις
ἄγει πλέοντας ἐγγύς τε[1]) τοῦ θανάτου.

---

.avit Mueller, corruptum esse docuit Hilberg in Wiener Studien vol. VIII
298.

[1]) ἐγγὺς τὲ cod. Vat. Graec. 889.

Legendum est: ἄγει πλέοντας ἐγγύθεν τοῦ θανάτου. De hac originatione cf. E Gu. 253, 46 παρὰ τὸ ἄσσον εἶναι θανάτου τοὺς πλέοντας ἐν αὐτῇ; cf. etiam E M. 441, 28. Cram. An. Ox. II 377, 27. 448, 17.

etym. 87 (de voce νιφετός):

πρὸς γῆν ‚νιφετὸς‘ διέστη πᾶς ἐκ ‚νέφους‘.

Legendum est: πρὸς γῆν διέστη ‚νιφετὸς‘ πᾶς ἐκ ‚νέφους‘.

## § 6. De senariis ὁλοσπονδείοις.

Senarii, qui sex spondeorum sunt, in Ignatii et Christophori carminibus non leguntur. Eiusmodi versus consulto composuerunt Theodosius[1]) et Ioannes:

a) ut sententiarum gravitatem ipso verborum rhythmo augerent; cf.

Theod. 3, 28 σὺ τὰς πόλεις ἔπλησας οὐ σκύλων μόνων,
ἀλλ' εἰρήνης ἔπλησας καὶ πολλῆς δόξης.

Imperatoris Romani de rebus Byzantinis merita Theodosius summis laudibus extulit.

Ioan. etym. 95 de voce σκηπτός disserens fulminis vim his verbis depinxit:

‚σκηπτὸς‘ καὶ ‚πρηστὴρ‘ ‚ἐμπιπρῶν‘, οἷς ‚ἐνσκήπτει‘,
πόρρω φέροιτο τῶν θεῷ προκειμένων.

b) ut tristitiam dicentis verborum rhythmo significarent; cf.

Theod. 3, 60 ὁ κύριός μου μὴ σιωπήσῃς ὅλως·
εἰ γὰρ σιωπήσειας, εἷς τῶν ἐν βόθρῳ
βαινόντων εἰμί, σκυθρωπός, πλήρης μόχθων.

His versibus expressit Theodosius Davidis psalm. 28 v. 1 πρὸς σέ, κύριε, ἐκέκραξα, ὁ θεός μου μὴ παρασιωπήσῃς ἐπ' ἐμοί· μή ποτε παρασιωπήσῃς ἐπ' ἐμοὶ καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον.

Ioan. 47, 1—48 descripsit, qualis fuisset ad id tempus domus suae, qua tum excessurus erat, condicio, et quid ipse in hac domo passus esset; de futura eius condicione tristis verba facere coepit versu

49 νῦν δ' ἄλλους ἕξεις, οὓς παιδεύσεις καὶ θρέψεις.[2])

---

[1]) Theodosium sine iusta causa carpsit Mueller l. l. p. 10, 3.

[2]) In margine codicis Vat. Graec. 676 huic versui per compendium adscriptum est ολοσπονδειος.

## § 7. De hiatu.

Hiatum Ignatius, Theodosius, Christophorus, Ioannes ıriose vitaverunt; legitime eum admiserunt post praepositionis ά formam per apocopen ortam:

Ign. in Adam. 3 (1) δι' ἡδονῆς carm. alph. 24 (2) [cf. Rhein. us. vol. 46 p. 322] δι' αὐτῶν.

Theod. 2, 8 (2) δι' αὐτούς 3, 171 (2) δι' αὐτοῦ 2, 48 (1) δι' ἧς 16 (2) δι' ἡμᾶς.

Christ. 121, 6 (4) δι' αὐτόν 30, 15 (1) δι' ἧς 123, 4 (1 et 4) ' ἣν 126, 4 (1) δι' ὧν 90, 65 (2) δι' ἱππάζο...

Ioan. 28, 21 (2). 62, 8 (2) δι' αὐτοῦ 57, 9 (1). 97, 7 (1) δι' οὗ 22 (1). 5, 27 (1). 62, 3 (4) δι' ὃν 7, 32 (1). 19, 10 (1) δι' ἧς 16 (1). 43, 8 (1) δι' ἣν 89, 7 (1) δι' ἃ 33, 45 (2) δι' ἀμφοῖν 33 (2) δι' ἔργων 58, 2 (5) δι' ἀστέρων etym. 154 (5) δι' ὀμμάτων.

Ceteri loci, quibus hiatus videtur admissus esse, omnes fere ırrupti sunt:

Ign. tetr. 28, 4 ἀπεστερεῖτο καὶ τοῦ οὕπερ ἐκράτει ılg., τὸ οὕπερ Corais.; τόδ' οὕπερ coni. Mueller.

tetr. 40, 2 ᾧπερ συναντῶν πᾶς τις αὖ ἐπροσκύνει. ›τὸ προσκύνει coni. Mueller.[1])

tetr. 38, 3 ‚ὡς ἐν θέρει', εἴρηκεν, ‚ᾖδον ὀξέως'. ›ρᾳ θέρους', εἴρηκεν coni. Mueller; sed haud scio an hac nendatione opus non sit, nam inter cicadae verba ‚ὡς ἐν θέρει' vocabulum εἴρηκεν longius interest intervallum.

Theodosius non solum post praepositionem διά, sed etiam ›st voculam πρό hiatum legitime admisisse videtur:

5, 29 ὦ Χριστέ, Πατρὸς τοῦ πρὸ αἰώνων τέκνον.[2])

ecte emendati sunt a Iacobsio versus:

2, 122 ὅπου προφήτης οἶδε χειμάρρους λέγειν
γάλακτα ἐκμέλιτα ἐξοίνου ῥέειν.

egendum est: γάλακτος, ἐκ μέλιτος, ἐξ οἴνου ῥέειν. Cf. Nicoum Mariam Foggini ad hunc versum; de producta media sylba vocis μέλιτος cf. p. 65.

---

[1]) De augmento omisso cf. tetr. 2, 1. 4, 1. 3. 6, 4. 8, 1. 12, 1. 13, 1. , 2. 3. 25, 3. 29, 2. 35, 3. 39, 3. 47, 1. 50, 2. 52, 1. 53, 3.

[2]) Item Ioann. Damasc. can. I 48
Πατρὸς τεκοῦσα τὸν πρὸ αἰώνων Λόγον.
. Mueller l. l. p. 9; Hercher, erot. script. Graec. vol. II p. LVI.

4, 128 ἐκεῖ καθεσθεὶς μέχρι δυσμοῦ ἡλίου.
Legendum est: δυσμῶν. Vox δυσμός in vocabulorum thesauris non legitur.

Christ. 6, 7 οὐ ταῦτα κρείττω καὶ λύρας τοῦ Ὀρφέως cod. Crypt., A. Rocchi; sed recte exhibet cod. Vat. Graec. 1357 τῆς Ὀρφέως.

15, 1 [εἰ ἁλμυρίζων ῥοῦς θαλ]άττιος πάλαι,
νῦν δὲ γλυκάζων· ἀλλὰ μηδὲν θαυμάσῃς.
Legendum est: ἦν ἁλμυρίζων.

44, 48 καὶ πᾶν καλὸν σόν, ὦ καλῶν σὺ ὥριον.
σὺ χωρίον recte coni. A. Rocchi; cf. § 2.

98, 5 τοιοῦτος εἶ οὐ καὶ γεγραμμένος, Λόγε.
εἶ σὺ recte coni. A. Rocchi; cf. 24, 5.

109, 126 ἄρρηται ἔσχον τηνικαῦτα τὸν φόβον.
Legendum est: ἄρρητον. Agitur de nautis.

117, 2 <οὐ>κ εἰς σὲ αὐτόν, εἰς δὲ σοὺς μᾶλλον φίλους.
Legendum est: σεαυτὸν; item 58, 2.

142, 10 εἰ μὴ λαλοῦσι ψεῦδος οἱ Ἀσκληπιάδαι.
Delendum est οἱ. Cf. § 1.

Denique legendum est: 96, 1 πατοῦσι<ν> ὧδε et 114, 128 γάρ ἐστι<ν> ὥσπερ.

Quae cum ita sint, dubium non est, quin A. Rocchi male coniecerit:

77, 2 <μὴ ο>ὐχὶ πένθους ἀλλ' ἐπαίνων ἀξίαν
45, 3 <τῇ> ἡδονῇ δὲ τοῦτο δέξαι καρδίας.
Legendum est: ἀλλ' ἡδονῇ.

Emendari non possunt, quia codex tineis nimis mutilatus est, versus 109, 44. 114, 134. 136, 161.

Ioannes hanc de hiatu vitando legem semel violavit necessitate quadam coactus in etym. 118 (de voce ἔαρ):

‚ἔαρ' δ' ‚ἐᾶ' ὕει τε καὶ ‚ῥεῖ' πλουσίως
τουτέστι χρηστὰ πάντα καινὰ δεικνύων.

## § 8. De caesuris.

Omnes horum versificatorum senarii aut post quintam aut post septimam syllabam incisi sunt. Quamobrem improbandi sunt versus, quos Mueller coniectando proposuit:

Ign. tetr. 20, 1 ᾔτει λαγὼν λαβεῖν || ἀγροῖκον ἱππότης.

Editionis Rittershusianae verba

ᾔτει λαβεῖν ἀγροῖκον ἱππότης λαγών

mutanda non sunt; cf. § 2.

tetr. 38, 2 μόρμηξ δ' ἔφη· ‖ ,τί δὴ ‖ θέρους ὄντος γ' ἕδρας.
Vulgo: μύρμηξ δ' ἔφησε· τί θέρους ὄντος ἕδρας. Cf. p. 78.

§ 9. De Ξ littera Attica.

Litteram N paragogicam non solum hiatus evitandi causa, sed etiam ad brevem syllabam finalem positione producendam ab Ignatio, Theodosio, Ioanne identidem, nunquam a Christophoro usurpatam esse supra monui; cf. p. 76 sq.

Animadvertendum est Ignatium solum eodem consilio Attica quoque forma ξύν (pro σύν) usum esse:

in Adam. 18 ὕδωρ τε καὶ πῦρ, ἀέρα ξὺν αἰθέρι

(sed cf. in Adam. 69 καὶ δέξεται τάχιστα, σὺν σοὶ καὶ φάγῃ).

De Ξ litterae Atticae usu cf. Hilberg in Wiener Studien vol. VIII p. 308 et X p. 89.

# Index scriptorum

## qui in hoc libello tractantur:

## Insunt in hoc libello haec:



---

Typis societatis typographorum Vratislaviensium.

BRESLAUER

PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.

HERAUSGEGEBEN

VON

RICHARD FÖRSTER,

PROFESSOR DER CLASSISCHEN PHILOLOGIE AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU.

SECHSTER BAND.

VIERTES HEFT.

# DE DUALI GRAECORUM ET EMORIENTE ET REVIVISCENTE

SCRIPSIT

HERMANNUS SCHMIDT.

BRESLAU.

VERLAG VON WILHELM KOEBNER (M. & H. MARCUS).

1893.

# DE DUALI GRAECORUM ET EMORIENTE ET REVIVISCENTE

SCRIPSIT

HERMANNUS SCHMIDT.

VRATISLAVIAE.
APUD GUILELMUM KOEBNER (M. ET H. MARCUS).
1893.

Dualis numerus in eis quae nunc in hominum usu sunt linguis Europaeis omnibus, si Slavicas quasdam exceperis dialectos, intermortuus est. Prioribus autem aetatibus longe eum lateque viguisse cum ex aliis tum e Graeca lingua compertum habemus. Qui numerus cum a nostra sentiendi dicendique ratione procul absit, viros doctos excitavit, ut, quis fuerit eius ortus, quis usus, quaererent.

Ac primus quidem qui nostro saeculo de duali numero disputavit Guilelmus de Humboldt (in »Abhandlungen der Berlin. Akad. 1827 p. 161—187 ‚Ueber den Dualis'«), quae sit dualis vis notioque quibusque in linguis vestigia eius existant, exposuit. In fine autem commentationis cum exemplo dualis Homerici, quanta sit huius numeri ad augendam illustrandamque orationem vis demonstrasset, ipse se quae eius fata in Graeca lingua fuerint, posterius explicaturum esse pronuntiavit. Promisso quominus staret cum et aliis studiis et morte impediretur, alii quam ipse instituerat quaestionem fusius tractaverunt. Ac primo quidem pauci eum secuti sunt, ut G. Blackert, qui praeclaras ‚de vi usuque dualis numeri apud Graecos' commentationes scripsit (Cassel 1837. Marburg 1838) et Zander, qui ‚de vocabuli δύο usu Homerico Hesiodeoque et Attico' (Königsberg 1834. 1845) accurate disseruit. Longo demum intermisso spatio[1]) novam lucem huic quaestioni attulit A. Bieber commentatione ‚de duali numero apud epicos, lyricos, Atticos' (Jenae 1864) edita. Proximis fere his viginti annis dualis usum imprimis apud Atticos illustra-

[1]) Fr. Mueller (Sitzgsber. d. Wiener Akad. 1860 vol. 35 p. 51—67 et 1870 vol. 79 p. 449—460) de origine formarum dualium imprimis in linguis semiticis disseruit.

verunt A. Roeper (‚de dualis usu Platonico', Gedani 1878), Stephanus Keck (‚Der Dual bei den Rednern mit Berücksichtigung der attischen Inschriften', Würzburg 1882), Ohler (‚Ueber den Gebrauch des Dual bei Homer', Mainz 1884), Hasse (‚Der Dual bei Xenophon und Thucydides', Bartenstein 1889 et ‚Ueber den Dual bei den attischen Dramatikern' ibidem 1891). Quae Keckius de titulorum Atticorum usu protulerat, Meisterhansius in libro, qui inscribitur ‚Grammatik der attischen Inschriften' plenius accuratiusque persecutus est. Dualis usum, qui fuit extra Atticam, Paulus Doerwald commentatione, quam scripsit ‚de duali numero in dialectis Aeolicis et Doricis, quae vocantur' (Rostochii 1881) enarravit. Quibus studiis eo sumus provecti, ut, qualis fuerit usus ab Homero usque ad Alexandri Magni tempora perspectum habeamus. Docti autem viri cur hic constiterint, haud difficile est cognitu. Ex inscriptionibus enim Atticis discimus exeunte quarto a. Chr. n. saeculo dualem numerum prorsus evanuisse. Cum titulis autem consentiunt fere scriptores, quorum usus dualis numeri paulatim imminuitur, ita ut Stephanus Keck l. l. circa annum CCCXXI$^{um}$ novissimas dualis numeri formas inveniri dixerit. Sed titulorum dualem non omnino cum scriptoribus convenire, si acrius in eum inquisiverimus, elucebit. Nam in titulis Atticis usque ad extremos belli Peloponnesiaci annos dualem quam maxime florentem deprehendimus. Cum enim de duobus agitur, non solum nominum, sed etiam verborum dualis plerumque — semper enim hoc fieri, quoniam ex undecim exemplis unum (C. I. A. IVb 373, 180) dissentit, cum Meisterhansio dicere non licebit — ponitur. Inde ab anno CCCCXVII$^{o}$ dualis verborum omnino deest, post annum CCCCIX$^{um}$ pro nominum duali plurales formae interdum exstant. Primis autem quarti saeculi decenniis duales formae magis magisque evanescunt, ita ut anno fere CCCXXIX$^{o}$ novissimae legantur teste Meisterhansio.[1]) Postea nil nisi τῶι Θεῶι — iota a lapicida prave adscriptum est — semel legimus in inscriptione primis decenniis saeculi alterius incisa (C. I. A. II, 605, 12). Illo igitur ipso tempore cum summa imperii ab Atheniensibus

[1]) Inscriptio C. I. A. III, 1400, 12

πόλε]ως σωτῆρε πολῖται

quae ad Demetrium et Antigonum referenda itaque post hunc annum exarata videtur, metrica est.

ad Lacedaemonios transferretur, dualis numeri usus imminuebatur, evanuit Alexandri Magni aetate. Quocum convenit, quod exeunte saeculo quarto δυεῖν, in qua terminatio dualis paene intercidit, in locum δυοῖν formae successit.

Scriptores non tam arta lege dualis usum circumscripserunt, quam titulorum Atticorum auctores. Iam apud Homerum dualis ponendi non tam necessitas quam facultas exstabat. Cuius rei innumera habes in Iliade et Odyssea exempla. Qua libertate videtur fieri potuisse, ut duales formae omnino interirent, cum ut superfluae in oblivionem caderent. Quod in omnibus Graecae linguae dialectis accidit praeter Atticam. Nam neque apud Aeoles neque apud Iones duales formas reperimus, perquam raras apud Dores. Apud Atticos autem scriptores duas illas aetates, alteram usque ad bellum Peloponnesiacum, alteram ad Alexandri Magni dominationem, discernere possumus. Nam qui ante annum quadringentesimum fere scripserunt excepto Thucydide, Aeschylus, Sophocles, Euripides, Aristophanes, Antiphon, Andocides dualis multo maiorem usum praebent, quam qui postea, Lysias, Isocrates, Xenophon. Lycurgus autem, Hyperides, Demosthenes, Dinarchus perraro eo usi sunt. Contra Plato et Isaeus in eo adhibendo longe modum aequalium excesserunt.

Multo autem magis in formis verbalibus usus scriptorum a titulis recedit. Nam in titulis post annum CCCCXVII$^{um}$ exaratis dualis verbi non exstat, Lysias autem, Xenophon, Plato, Isaeus his formis multo saepius usi sunt quam priores, ita ut circa annum quadringentesimum verborum dualis non evanuisse, sed crevisse videatur. δύο quoque vocabuli usus apud scriptores alius est atque in titulis. In his enim ante annum CCCCIX$^{um}$ haec vox semper cum duali coniuncta est, apud Aeschylum, Sophoclem, Euripidem, Aristophanem haud raro cum plurali.

Mirum autem esse non potest titulorum usum cum scriptoribus aliquantulum discrepare. Titulorum enim auctores cum in eisdem vel similibus rebus plerumque versarentur, consuetudine quadam de similibus rebus eadem iterandi ad constantiam quandam dicendi adducti sunt. Scriptores vero pro suo quisque ingenio proque genere litterarum quod colebant, alii ad quotidianum sermonem propius accesserunt, alii quam poterant maxime sese removerunt.

Quae cum ita sint, nonne illud nobis erit quaerendum, num post Alexandri Magni tempora scriptores exstiterint, qui orationem ad Attici sermonis leges propius revocantes duali numero usi sint, num Aristoteles, qui aequalis fere erat Demosthenis, num Theophrastus, qui Aristotele magistro usus est, num Epicurus, alii duali omnino abstinuerint? Atque cum per longum temporis spatium sensim paulatimque duales formae imminutae sint, quae fuerint novissimae quandoque exstiterint, interrogabimus.

Altera quaestio inde movetur, quod in titulis Atticis Romanorum imperatorum aetate incisis duales formae reperiuntur. Itaque quo tempore hic numerus in vitam revocatus sit, quaerendum est. Atque Guilelmus Schmid in libro, qui inscribitur ‚der Atticismus' (tom. I pag. 87) haec fere dicit: ‚Der Dualis kommt (scil. apud Dionem Chrysostomum) in Nominal- und Verbalformen ziemlich häufig vor.... er ist von den Atticisten künstlich wiederbelebt.' Et paulo infra pergit: ‚Die κοινή, die Sprache der LXX (Mullach, Gramm. d. griech. Vulgärsprache S. 149f. 151) und des N. T. (Winer, Gramm. des neutest. Sprachidioms 6. Aufl. p. 160) kennt ihn nicht mehr. Strabo braucht ihn jedenfalls nicht oft (im 1. Buche habe ich ihn nicht gefunden). Als etwas eigentümlich Attisches wurde dieser Numerus aber in den sprachlichen Apparat der Atticisten aufgenommen... und wird uns bei allen diesen Autoren begegnen.' Quem locum mihi Guilelmus de Christ minus accurate respexisse videtur, cum ‚Griechische Litteraturgeschichte p. 597[2]' de Dione Chrysostomo dicit: ‚als einer der ersten Vertreter der atticisierenden Richtung hat er die Sprache von dem Kehricht der Vulgärsprache gereinigt, aber auch entgegen dem natürlichen Gang der Entwicklung wieder alte längst abgestorbene Formen, wie den Dual einzuführen gesucht.' Atque erit, cur mireris, quod Dionem, si rerum naturae adversatus dualem adhibuit, tot tantique scriptores imitati sunt. Nam quae ab ordine naturae recedunt, non fere scriptores summi ingenii summaeque elegantiae imitari solent. Cum igitur constet a Dione Chrysostomo dualem esse adhibitum neque qui hunc secuti sunt scriptores eo caruisse, iure interrogabimus, num revera ille dualem numerum revocaverit an ante eum redintegratus sit quaeque causa, hoc ut facerent, scriptores impulerit. Quae ut cognoscamus, quis fuerit dualis numeri ab Aristotelis usque ad Dionis Chrysostomi tempora usus

investigare necesse est. Ita elucebit, quae extrema eius fata fuerint et quis numerum intermortuum in usum revocaverit.

Ac primum quidem ad prosae orationis scriptores accedamus. Nam poetae cum vestigia priorum secuti non dialectum vulgarem sermonemque cotidianum praebeant, sed arte quadam compositum et prioris poeseos usu temperatum, a scriptoribus pedestris sermonis seiungendi et peculiari quaestione tractandi erunt.

Cum autem in omnium rerum cognitione duo illa sint discernenda, primum ut singulas res pernoscamus, dein ut vim earum causasque quibus inter se cohaerent, intellegamus, nos quoque primum singulorum scriptorum usum exponemus, tum quae dualis usurpandi aetates quaeque causae fuerint, cur singuli singulos usus praebeant, quantum quidem in nobis erit, demonstrabimus. Inter utramque autem partem indices ponemus, quo facilius singula inventa uno quasi obtutu comprehendi possint.

---

# Caput I.

## § 1. De Aristotele.

Discernendi sunt genuini Aristotelis libri a spuriis, qua in re iudicium Eduardi Zelleri (Gesch. d. griech. Philos. 2, 2) secutus sum. Libellum περὶ ἀτόμων γραμμῶν, cum vel Aristoteli vel Theophrasto tribuatur, huc inserui, non quo sententiam de eo feram, sed quia cum utriusque usu congruit, ut non multum referat, utri adnumeretur. Dualis exempla nulla inveniuntur in his libris: κατηγορίαι,[1]) π. ἑρμηνείας, μετεωρολογ., π. ψυχῆς, π. μνήμης, π. ὕπνου, π. ἐνυπνίων, π. μακροβιότητος, π. νεότητος, π. ποιητικῆς. In ceteris hae formae leguntur:

ἀναλ. προτ. I 15 p. 34a 18 δυοῖν ἐλαχίστοιν
II 22 p. 68a 25 δυοῖν ὄντοιν
ἀναλ. ὑστ. II 11 p. 94a 29 ἡμίσεια δυοῖν ὀρθαῖν
τοπικ. VI 11 p. 149a 12 ἐν ἀμφοτέροιν τοῖν λόγοιν (ἀμφοτέροις τοῖς λόγοις BC)
περ. σοφ. ἐλ. 6 p. 168b 1 δυοῖν ὀρθαῖν
176b 8 δυοῖν ὄντοιν

[1]) Locus 12 p. 14a 31, quem infra p. 14 laudavi, inter spurios est. cfr. Zeller, Gr. Philos. II, 2, 67, not. 1.

φυσ. ἀκρ. IV 8 p. 215 b 14 πλείονι δὲ τοῖν δυοῖν
15 ἐπὶ πλείονι τοῦ ἑνὸς ἢ τοῖν δυοῖν
V 3 p. 227 a 5 ἐφεξῆς τοῖν δυοῖν (τῶν δύο E)
13 δυοῖν ὄντοιν εἶναι τοῖν ἐσχάτοιν (τῶν ἐσχάτων E)
VI 3 p. 234 a 35 ἐν ἀμφοῖν τοῖν χρόνοιν
8 p. 239 a 16 οὐχ ἑνί τινι κρίνοντες ἀλλὰ δυοῖν τοῖν ἐλαχίστοιν
VIII 6 p. 259 a 28 τοῖν δυοῖν
π. οὐραν. I 12 p. 282 a 1 δυοῖν γὰρ ὅροιν εἰ ἀδύνατον τὸ ὕστερον
II 12 p. 291 b 24 δυοῖν δ' ἀπορίαιν οὔσαιν (ἀποριῶν οὐσῶν F)
III 1 p. 298 b 8 περὶ τοῖν δυοῖν
π. γεν. κ. φθορ. II 3 p. 330 b 31 ἑκάτερον τοῖν δυοῖν
π. ψυχῆς III 1 p. 425 a 2 αἰσθήσεται ἀμφοῖν (τοῖν ἀμφοῖν L)
π. αἰσθησ. κ. αἰσθητῶν 7 p. 447 b 9 τοῖν δυοῖν οἷον ὄψεως καὶ ἀκοῆς
π. ἀναπν. 10 p. 476 a 13 δυοῖν ὄντοιν
π. τ. ζῷα. ἱστ. VI 3 p. 562 a 4 ἄμφω δ' ἤστην (δ' ἤσθην P, δή ἐστιν $A^a$ $C^a$)
4 p. 562 b 10 δυοῖν πλέον νεοττοῖν
10 p. 564 b 29 τοῦτο ἔχει τοῖν δυοῖν μόνον sc. πόρον (μόνοιν $A^c$)
VIII 5 p. 594 b 15 τοῖν δυοῖν ποδοῖν ὀρθή (sc. βαδίζει)
IX 5 p. 611 b 8 γνωρίζουσι μάλιστα δυοῖν σημείοιν
π. ζῴων μορ. III 7 p. 670 a 28 δυοῖν τούτοιν (sc. δεῖται)
π. πορ. ζῴων 7 p. 707 b 13 δυοῖν σημείοιν κινεῖσθαι (δυεῖν Z δυσί PY σημείοις PYZ)
12 p. 711 a 21 τοῖν σκελοῖν
π. ζῴων γενεσ. I 18 p. 724 a 35 δυοῖν τούτοιν
724 b 4 τοῖν δυοῖν
19 p. 726 a 32 ἐκ δυοῖν σπερμάτοιν
III 2 p. 753 a 32 τοῖν δυοῖν (τῶν Z)
11 p. 763 a 4 τοῖν δυοῖν τούτοιν
π. ἀτομ. γραμμ. p. 968 b 19 ἐκ δυοῖν ὀνομάτοιν
970 a 23 ἐκ δυοῖν ἀμεροῖν
τῶν μετ. τ. φυσικ. I 4 p. 985 a 11 δυοῖν αἰτίαιν ἐφήψαντο
5 p. 987 a 6 δυοῖν τε αἰτίαιν τυγχάνουσι κεχρημένοι
6 p. 988 a 9 δυοῖν αἰτίαιν μόνον κέχρηται
III 4 p. 1008 a 6 τοῖν γὰρ δυοῖν δύο ἀποφάσεις
6 p. 1011 a 27 τῶν ὀφθαλμῶν δυοῖν ὄντοιν

τῶν μετ. τ. φυσ. VI 5 p. 1030b 17 ἐκ τῶν δυοῖν (τοῖν T)
12 p. 1038a 3 τοῖν δυοῖν δὲ τὸ μὲν....
13 p. 1038b 4 περὶ μὲν οὖν τοῖν δυοῖν
IX 6 p. 1057a 1 τοῖν δυοῖν

Ἠθ. Νικομ. I 4 p. 1096a 16 ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν
V 14 p. 1137b 10 ἀμφοῖν σπουδαίοιν ὄντοιν (σπουδαίων ὄντων $K^b$)
VI 5 p. 1140b 25 δυοῖν δ' ὄντοιν μεροῖν
IX 8 p. 1168b 11 ἀμφοῖν ἐχόντοιν (ἐχόντων $L^b$ σχόντοιν $M^b$)

πολιτ. II 5 p. 1263b 8 δυοῖν ἀρεταῖν
7 p. 1266b 32 δυοῖν τούτοιν
12 p. 1274b 14 τὴν μὲν χρήσιμον εἶναι τοῖν χεροῖν (ταῖν $Q^b$ Susemihl: ,ταῖν χεροῖν] ταῖν $\Pi^1$ $P^4$ τοῖν codd. Bekk. (fors. recte)'
IV 8 p. 1294a 22 τοῖν δυοῖν μῖξιν
9 p. 1294b 6 ἐκ δυοῖν ταγμάτοιν
V 1 p. 1301b 32 τοῖν δυοῖν
33 τοῖν δυοῖν
3 p. 1302b 37 δυοῖν σπιθαμαῖν (cf. p. 8)
VII 4 p. 1326a 41 δυοῖν σταδίοιν
13 p. 1331b 27 τούτοιν δ' ἐστὶν ἓν μὲν....
14 p. 1333a 29 ἢ πασῶν ἢ τοῖν δυοῖν

τεχν. ῥητ. I 7 p. 1364a 12 δυοῖν ἀρχαῖν
13 δυοῖν αἰτίοιν
14 δυοῖν ἀρχαῖν (δυεῖν ἀρχῶν $Y^b$)
15 δυοῖν αἰτίοιν
II 23 p. 1399a 17 περὶ δυοῖν καὶ ἀντικειμένοιν
26 δυοῖν ἐναντίοιν
III 11 p. 1412b 34 ἐκ δυοῖν (ἐκ τοῖν δυοῖν Q)
16 p. 1417b 1 τοῖν χεροῖν διασείων (ταῖν Q $Y^b$ $Z^b$ τοῖν χεροῖν Roemer) ταῖν Θ Π Ald. (Θ = codd. dett. Bekk., Π = codd. dett. Gaisfordi)

frgm. 194 p. 1513a 11 ἀμφοῖν τοῖν[1]) φυσέοιν μετεῖχε
266 p. 1526b 14 οὐδέτερον αὐτοῖν
431 p. 1548a 31 δύ' ὀβολώ

[1]) Rosius praebet ταῖν, sed τοῖν scribendum est secundum cod. Marcianum Theonis Smyrnaei mathem. ed. Hiller. p. 22, 8.

Ἀθην. πολ. 26 ἐξ ἀμφοῖν ἀστοῖν
28 πρὸς τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν
50 πλείονος ἢ δυεῖν δραχμαῖς (δυοῖν δραχμαῖν Herwerden et Leeuwen)
52 δυοῖν φυλαῖν
56 δυεῖν φυλαῖν.

Inter eos quos supra nominavi locos nonnulli sunt, quibus Bekker et qui post eum textui Aristotelis purgando operam dederunt, cum libri dissentirent, meliorum auctoritatem secuti dualem reposuerunt. Qui loci sunt:

τοπ. VI 11 p. 149a 12 ἐν ἀμφοτέροιν τοῖν λόγοιν
φυσ. ἀκρ. V 3 p. 227a 5 τοῖν δυοῖν
13 δυοῖν ὄντων εἶναι τοῖν ἐσχάτοιν
π. οὐρ. II 12 p. 291b 24 δυοῖν δ' ἀπορίαιν οὔσαιν
π. τ. ζῷα ἱστ. VI 3 p. 562a 4 ἄμφω δ' ἤστην
π. πορ. ζῴων 7 p. 707b 13 δυοῖν σημείοιν κινεῖσθαι
π. ζῴων γεν. III 2 p. 753a 32 τοῖν δυοῖν
Ἠθ. Νικ. V 14 p. 1137b 10 ἀμφοῖν σπουδαίοιν ὄντοιν
IX 8 p. 1168b 11 ἀμφοῖν ἐχόντοιν
τεχν. ῥητ. I 7 p. 1364a 14 δυοῖν ἀρχαῖν.

Dubium non est, quin omnibus his locis auctoritatem librorum sequi debeamus. Haud aliter iudicandum est de loco πολιτ. V 3 p. 1302b 37 δυοῖν σπιθαμαῖν, quo Susemihlius in textum recepit σπιθαμῶν addita nota: ‚-ῶν M[s] P[1] R[b] -αῖον U[b] -αιν codd. Bekk. (fors. recte)‘. Mea quidem sententia dualis recipiendus est, cum eum a librario forma δυοῖν perducto pro plurali positum esse mihi quidem veri simile non videatur. Nam -ῶν in -οῖν mutari potuisse, graves si habebis causas, non omnino negabis, sed -οιν terminationem ad -αιν falso scribendam quemquam impulisse nemo fere erit qui putet.

Neque cum Bekkero et Susemihlio facio Ἠθ. Νικομ. X 2 p. 1173a 10 ἀμφοῖν μὲν γὰρ ὄντων κακῶν scribentibus, cum duo codices ὄντοιν κακοῖν praebeant. Nam ut omittam quae modo de δυοῖν σπιθαμαῖν dixi, huc quoque pertinere, dualem ex plurali non facile potuisse oriri, δυοῖν et ἀμφοῖν ὄντοιν firmae sunt dictiones, quae apud Aristotelem constanter (ἀναλ. πρ. II 22 p. 68a 25. π. σοφ. ἐλ. 17 p. 176b 8. φυσ. ἀκρ. V 3 p. 227a 13. π. ἀναπν. 10 p. 476a 13. τ. μετ. τ. φυσ. III 6 p. 1011a 27. Ἠθ. Νικ. I 4 p. 1096a 16. V 14 p. 1137b 10. VI 5 p. 1140b 25), (nunquam

δυοῖν vel ἀμφοῖν ὄντων) reperiuntur. In loco libri de Atheniensium republica cap. 50: πλείονος ἢ δυοῖν δραχμαῖς (,so in the MS. The last two letters of δραχμαῖς have been blotted in writing and are rewritten above.' Kenyon) apparet exstinctis -ιν litteris a librario -ις positum esse dormitante, cum genetivus requiratur. Quare Herwerden-Leeuwen suo iure δραχμαῖν in textum receperunt.

Restituendus quoque dualis mihi videtur esse loco illo π. γεν. κ. φθορ. I 2 p. 316b 6 δυοῖν τινοῖν. Nam etsi uno codice F nititur, tamen et usu Aristotelis, qui saepe formas tertiae declinationis in -οιν cum δυοῖν coniunxit, et loco προβλ. X 26 p. 893b 22 ἐκ δυοῖν τινοῖν firmatur.

π. ψυχῆς III 1 p. 425a 2 utrum ἀμφοῖν vel cum codice L τοῖν ἀμφοῖν scriberes, ad iudicium de duali instituendum nihil referret, sed cum τοῖν ἀμφοῖν ab usu Aristotelico abhorreat, τοῖν reiciendum est. Altero loco τεχν. ῥητ. III 11 p. 1412b 34 ἐκ δυοῖν (ἐκ τοῖν δυοῖν Q) articulus τοῖν non quidem usu Aristotelico, verum sensu excluditur.

π. τ. ζῷα ἱστ. VI 10 p. 564b 29 τοῦτο ἔχει τοῖν δυοῖν μόνον πόρον librarius codicis A^c, qui μόνοιν praebet, manifesto erravit inductus duobus illis antecedentibus -οιν (τοῖν δυοῖν).

In locis τ. μετ. τ. φυσ. VI 5 p. 1030b 17 ἐκ τῶν δυοῖν (τοῖν T) et πολιτ. V 1 p. 1301b 35 τῶν δυοῖν, ad quem locum adnotavit Susemihlius: ,τῶν] τοῖν corr. P¹ (recte ut videtur)', diiudicandis monendum est articulum sine substantivo omnibus reliquis locis cum δυοῖν coniungi forma **duali** τοῖν (φυσ. ἀκρ. IV 8 p. 215b 14. 15. VIII 6 p. 259a 28. π. οὐρ. III 1 p. 298b 8. π. γεν. κ. φθορ. II 3 p. 330b 31. π. αἰσθησ. κ. αἰσθητ. 7 p. 447b 9. π. τ. ζῷα ἱστ. VI 10 p. 564b 29. π. ζῴων γεν. I 18 p. 724b 4. III 2 p. 753a 32. μετ. τ. φυσ. III 4 p. 1008a 6. VI 12 p. 1038a 3. 13 p. 1038b 4. IX 6 p. 1057a 1. πολιτ. IV 8 p. 1294a 22. V 1 p. 1301b 32. 33. VII 14 p. 1333a 29.) Quare utroque loco et T et P¹ codices sequemur.

Iam de fragmento 421 p. 1548a 31 δύ' ὀβολώ verba nobis facienda sunt. Quae leguntur apud Pollucem VIII, 113: τὸ δικαστικόν, ὅπερ καὶ τριώβολον καὶ δύ' ὀβολὼ καὶ ὀβολὸς ἦν 'Αττικός ex Aristotele sumpta esse coniecit Rosius respiciens ad duos locos, alterum schol. ad Aristoph. Vesp. 684: τοὺς τρεῖς ὀβολούς· τὸν φόρον λέγει, ἀφ' ὧν ἐδίδοτο τὸ τριώβολον· τοῦτο δὲ ἄλλοτε ἄλλως

ἐδίδοτο τῶν δημαγωγῶν τὰ πλήθη κολακευόντων, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς πολιτείαις, alterum Hesychii s. v. δικαστικόν· Ἀριστοφάνης ἐν Ὥραις τριώβολόν φησιν εἶναι· οὐ μέντοι ἕστηκεν, ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλως ἐδίδοτο. Quae si inter se contuleris, Pollucem ipsa verba Aristotelis posuisse pro certo affirmari non posse intelleges. Sed utut est, (τὼ) δύ' ὀβολὼ priscam fuisse formulam, quam auctor tantum retinuerit, consequi ex Aristophanis Ran. 140 τὼ δύ' ὀβολὼ R. Foerster me monuit. Quare certe haec forma ad Aristotelis ipsius usum diiudicandum nihil facit.

Accedamus ad postremam, quae est de formis, quaestionem, num Aristoteles forma articuli ταῖν usus sit. Qua de re cum inter doctos viros multum diuque disceptatum sit, paulo fusius nobis disserendum erit. Exemplis quae Hasse protulit (Ueber den Dual bei den att. Tragg., Bartenstein 1891, Jahrbb. f. Philol. 143 p. 416 sq., Zeitschr. f. d. Gymnasialwesen 1891 p. 577—579) primum probatur ταῖν fuisse formam Atticam (cf. CIA. II, 3, 1559 medii fere saeculi quarti: Φ]ίλη ταῖν θεαῖν [ε]ὐξαμένη ὑπὲρ τοῦ παιδίου), tum paulo frequentiorem eam fuisse quam τά, quae nisi cum nominibus in α coniuncta non invenitur, post Thucydidis aetatem omnino evanuit. Sophocles enim et Aristophanes feminina constanter cum ταῖν coniunxerunt, posteriores tantum feminina in -αιν desinentia. Tamen apud Platonem Tim. 79 D δυοῖν τε ταῖν διεξόδοιν et apud Isaeum 6, 39 ταῖν θυγατέροιν, ut est in libris, legendum. Apud Aristotelem ταῖν bis in nonnullis libris invenitur: πολιτ. II 12 p. 1274 b 14. τοῖν χεροῖν (ταῖν Q$^b$ [Bekker]) — ταῖν χεροῖν (‚ταῖν Π$^1$ P$^4$ τοῖν codd. Bekk. [fors. recte]' Susemihl.) et

τεχν. ῥητ. III 16 p. 1417 b 1 τοῖν χεροῖν (ταῖν Q Y$^b$ Z$^b$ [Bekker]) τοῖν χεροῖν (ταῖν Θ Π Ald. [Roemer]).

Cum igitur usque ad Platonem et Isaeum ταῖν forma in usu esset, apud Demosthenem eiusque aequales, apud Theophrastum usque ad Polybium feminini articuli dualis exemplum omnino nullum occurrat, non est, cur Aristotelis aetate ταῖν formam interiisse affirmemus. Quare ταῖν eo quidem loco, quo librorum meliorum auctoritas tuetur πολ. II 12 p. 1274 b 14 retinendum esse censeo.

Paucis si comprehendimus Aristotelis usum, primum patet dualem verborum praeter unam formam (π. τ. ζῷα ἱστ. VI 3 p. 562 a 4 ἄμφω δ' ἤστην) prorsus evanuisse. Nominum formae

nominativi — accusativi in -α, -ω, -ει, -ε interierunt. Inveniuntur autem exempla terminationis -αιν:

substant. gen.: ἀπορίαιν, αἰτίαιν, ἀρεταῖν, σπιθαμαῖν, ἀρχαῖν bis, φυλαῖν bis, δραχμαῖν
dat.: αἰτίαιν bis
adiectiv. gen.: ὀρθαῖν
dat.: ὀρθαῖν
particip. gen.: οὔσαιν

terminationis -οιν secundae declinationis:

substant. gen.: ὅροιν, νεοττοῖν, σταδίοιν, αἰτίοιν bis, ἀστοῖν
dat.: λόγοιν, χρόνοιν, σημείοιν bis, ὀβολοῖν
adiect. gen.: ἐλαχίστοιν, ἐσχάτοιν, φίλοιν, σπουδαίοιν, ἐναντίοιν
dat.: ἐλαχίστοιν
partic. gen.: ἀντικειμένοιν
pronom. gen.: τούτοιν quinquies, αὐτοῖν
dat.: ἀμφοτέροιν

terminationis -οιν tertiae declinationis:

substant. gen.: σπερμάτοιν, ὀνομάτοιν, ἀμεροῖν, ταγμάτοιν, χεροῖν, φυσέοιν
dat.: ποδοῖν, σκελοῖν, χεροῖν
partic. gen.: ὄντοιν octies, ἐχόντοιν
pronom. gen.: τινοῖν.

Formae in -αιν semper cum δυοῖν coniunguntur, formae in -οιν secundae declinationis cum δυοῖν vel ἀμφοῖν praeter τοπ. VI 11 p. 149a12 ἐν ἀμφοτέροιν τοῖν λόγοιν, πολ. VII 13 p. 1331b27 τούτοιν, frgm. 266 p. 1526b14 αὐτοῖν, tertiae declinationis cum eisdem exceptis π. ζῴων πορ. 12 p. 711a21 τοῖν σκελοῖν, πολιτ. II 12 p. 1274b14 ταῖν χεροῖν, τεχν. ῥητ. III 16 p. 1417b1 τοῖν χεροῖν. Vocabula autem cum δυοῖν et ἀμφοῖν non coniuncta membrorum paria significant aut pronomina sunt, unum si exceperis ἐν ἀμφοτέραιν τοῖν λόγοιν.

Δυοῖν et ἀμφοῖν non semper cum duali coniunguntur. Ἀμφοῖν nomini antepositum bis cum plurali:

ἀναλ. προτ. II 2 p. 53b34 ἐξ ἀμφοῖν ψευδῶν
πολιτ. III 5 p. 1278a34 ἐξ ἀμφοῖν ἀστῶν,

postpositum constanter cum plurali coniunctum est:

ἀναλ. προτ. I 6 p. 28b6 κατηγορικῶν μὲν ὄντων ἀμφοῖν
II 2 p. 53b41 ἐκ ψευδῶν ἀμφοῖν

ἀναλ. προτ. II 11 p. 61 a 23 εἰλημμένων ἀμφοῖν τῶν προτάσεων
π. σοφ. ἐλεγχ. 17 p. 176 a 8 παρόντων ἀμφοῖν
φυσ. ἀκρ. IV 8 p. 216 a 11 πεπερασμένων ἀμφοῖν
π. οὐρ. II 14 p. 297 a 29 τὴν ῥοπὴν ἐχόντων ἀμφοῖν
π. τ. ζῷα ἱστ. II 17 p. 508 a 6 τοῖς κροκοδείλοις ἀμφοῖν
π. ζῴων γεν. I 19 p. 727 b 7 μιγνυμένων ἀμφοῖν
τῶν μετ. τ. φυσ. I 5 p. 986 b 2 παρὰ μὲν οὖν τούτων ἀμφοῖν
Ἠθ. Νικομ. X 8 p. 1178 a 25 τῶν μὲν γὰρ ἀναγκαίων ἀμφοῖν
πολιτ. I 12 p. 1259 a 40 ἐλευθέρων μὲν ἀμφοῖν.

δυοῖν plurali postpositum non invenitur, raro praepositum:
τοπ. II 10 p. 115 a 8 δυοῖν περὶ ἑνὸς λεγομένων
11 δυοῖν περὶ δύο λεγομένων
π. οὐρ. IV 1 p. 308 a 31 δυοῖν ἐχόντων βάρος
π. γεν. κ. φθορ. I 2 p. 316 b 6 δυοῖν τινῶν
πολιτ. III 15 p. 1287 b 27 δυοῖν ὄμμασι καὶ δυσὶν ἀκοαῖς
V 10 p. 1310 b 5 ἐκ δυοῖν συγκειμένη κακῶν
frgm. 12 p. 1475 b 37 ἀπὸ δυοῖν ἀρχῶν
Ἀθην. πολ. 42 τῶν δυεῖν ἐτῶν.

Genetivi forma exstat δυοῖν nonagies ter[1]), δυεῖν octo locis librorum auctoritate firmatur (ἀναλ. προτ. II 18 p. 66 a 15.

---

[1]) ἀναλ. προτ. I 15 p. 34 a 18. II 22 p. 68 a 25. ἀναλ. ὑστ. I 2 p. 72 b 37. II 11 p. 94 a 25. 29. τοπ. II 10 p. 115 a 8. 11. III 1 p. 116 b 23. 2 p. 117 b 20. 118 a 20. VIII 3 p. 154 a 10. π. σοφ. ἐλ. 6 p. 168 b 1. 17 p. 176 b 8. 30 p. 181 b 16. φυσ. ἀκρ. I 6 p. 189 b 28. III 3 p. 202 b 8. IV 8 p. 215 b 14. 15. 12 p. 221 a 10. V 3 p. 227 a 5. 13. VIII 6 p. 259 a 28. π. οὐρ. I 12 p. 282 a 1. II 12 p. 291 b 24. III 1. 298 b 8. 4 p. 303 b 6. IV 1 p. 308 a 31. π. γεν. κ. φθορ. I 2 p. 316 b 6. II 3 p. 330 b 31. 4 p. 331 b 36. μετεωρ. III 2 p. 371 b 32. IV 9 p. 386 a 14. π. αἰσθ. 7 p. 447 b 9 bis. π. ἀναπν. 10 p. 476 a 13. π. τ. ζῷα ἱστ. III 20 p. 522 b 1. VI 4 p. 562 b 10. 10 p. 564 b 29. π. ζῴων μορ. II 2 p. 648 b 20. 649 a 12. III 7 p. 670 a 28. IV 10 p. 688 b 2. π. ζῴων γεν. I 18 p. 724 a 35. 724 b 4. 19 p. 726 a 32. III 2 p. 753 a 32. 5 p. 755 b 21. 11 p. 763 a 4. π. Γοργ. 6 p. 979 a 37. μετ. τ. φυσ. I 4 p. 985 a 11. III 4 p. 1007 b 2. 1008 a 6. 6 p. 1011 a 27. VI 5 p. 1030 b 17. 12 p. 1038 a 3 bis. 13 p. 1038 b 4. 30. VII 6 p. 1045 a 19. IX 4 p. 1055 a 21. 22. 5 p. 1056 a 1Γ. 6 p. 1057 a 2. ἠθ. Νικ. V 6 p. 1131 a 18. VI 5 p. 1140 b 25. πολιτ. II 5 p. 1263 b 8. 7 p. 1266 b 32. III 15 p. 1285 b 38. IV 3 p. 1290 a 24. 8 p. 1294 a 22. 9 p. 1294 b 6. V 1 p. 1301 b 32. 33. 35. 3 p. 1302 b 37. 10 p. 1310 b 5. 11 p. 1315 a 15. 12 p. 1315 b 36. VII 4 p. 1326 a 41. 14 p. 1333 a 29. τεχν. ῥητ. I 7 p. 1364 a 12. 13. 14. 15. 1365 a 34. 1365 b 13. II 23 p. 1399 a 17. 26. III 11 p. 1412 b 34. 19 p. 1419 b 16. Ἀθην. πολ. 16. 28. 52. frgm. 12 p. 1475 b 37.

οπ. III 1 p. 116a 3. π. αἰσθησ. 7 p. 447a 13. 447b 6. 20 Ἀθην. ολιτ. 42 τῶν δυεῖν ἐτῶν. 50 δυεῖν δραχμαῖν. 56 δυεῖν φυλαῖν). Ex-emis duobus locis Batavi δυοῖν legendum proposuerunt, quoniam ι inscriptionibus δυοῖν cum dualibus formis, δυεῖν cum pluralibus ιnctum reperiatur. Quod cum etiam apud Aristotelem ceteris cis valeat, eorum sententiam amplectemur.

δύο octogies pro genetivo usurpatur[1]). Dativus δυσὶ sexagies ties[2]), δύο vicies ter[3]), δυοῖν duodecies[4]) legitur.

---

[1]) κατηγ. 6 p. 5a 31. ἀναλ. προτ. I 25 p. 42a 32. II 4 p. 57b 9. 15 64b 25. 18 p. 66a 17. 18. 26 p. 69b 2. 3. 27 p. 70b 31. ἀναλ. ὑστ. ι p. 73a 10. 22 p. 84a 29. 38. 23 p. 84b 12. 25 p. 86b 8. II 11 p. 94a 33. 13 p. 96b 32. τοπ. II 10 p. 115a 6. 11. III 1 p. 116a 26. VI 4 142b 13. 6 p. 144b 14. 20. 27. 7 p. 146a 13. 13 p. 150a 4. 3 p. 154a 9. σοφ. ἐλ. 16 p. 175a 5. π. γεν. κ. φθορ. II 5 p. 332b 2. 11 p. 338a 14. ωρ. I 3 p. 346a 5. II 5 p. 362a 32. π. ψυχ. II 6 p. 418a 10. 11 p. 423a . III 1 p. 425a 3. π. αἰσθ. 5 p. 444a 2. π. τ. ζῷα ἱστ. III 7 p. 516a 21. 1 p. 558b 14. VIII 1 p. 589a 4. IX 5 p. 611b 28. 18 p. 617a 1. 40 625b 10. π. ζῴων μορ. I 1 p. 642a 5. IV 13 p. 696a 18. 31. π. πορ. ζῴων p. 709b 13. 12 p. 711a 32. π. ζῴων γενεσ. II 4 p. 738a 10. III 11 762b 30. IV 3 p. 769b 21. τ. μετ. τ. φυσ. I 4 p. 985b 21. 5 p. 987a 9. 4 p. 1000a 4. VI 11 p. 1036b 13. 13 p. 1039a 10. X 12 p. 1069a 1. I 8 p. 1074a 9. XII 7 p. 1082a 2. ἠθ. Νικ. II 6 p. 1107a 2. 8 p. 1108b . 9 p. 1109a 21. V 7 p. 1132a 32. 8 p. 1133a 17. X 5 p. 1175b 7. λιτικ. I 2 p. 1252b 10. II 4 p. 1262b 13. IV 7 p. 1293b 17. 15 p. 1300a . V 4 p. 1303b 21. 33. 10 p. 1312b 17. 11 p. 1315a 32. VII 10 1330a 15. τεχν. ῥητ. I 6 p. 1362b 17. III 14 p. 1415b 27. frgm. 156 1504a 44. 1504b 3. 308 p. 1530b 34. 315 p. 1531b 2. 360 p. 1531b 20.

[2]) ἀναλ. πρ. I 26 p. 43a 5. ἀναλ. ὑστ. I 1 p. 71a 20. 9 p. 76a 6. 23 84b 4. 7. 24 p. 85b 5. 86a 25. 31 p. 87b 36. II 3 p. 90b 9. 4 p. 91a . τοπ. II 3 p. 110b 6. 22. 25. 10 p. 115a 17. 22. φυσ. ἀκρ. IV 11 p. 220a . 18. V 6 p. 229b 29. VIII 1 p. 252b 2. 8 p. 263a 24. π. οὐρ. II 12 292a 32. 292b 6. μετεωρολ. IV 5 p. 382a 31. 32. π. ψυχ. III 2 p. 427a . π. τ. ζῷα ἱστ. I 5 p. 490a 28 quater. 15 p. 494a 1 bis. IV 1 p. 524a 4. 22 p. 554a 1. VI 20 p. 574a 22. 22 p. 575b 28. 37 p. 581a 3. IX p. 629a 30. 50 p. 631b 27. π. ζῴων μορ. I 3 p. 643a 5. 29. II 9 p. 654b IV 5 p. 683a 22. 10 p. 690a 14. 13 p. 695b 31. π. πορ. ζῴων 3 p. 705a . 6 p. 707a 4. 7 p. 707a 18. 707b 5. 9. 9 p. 709b 11. 16. π. ζῴων γεν. 6 p. 742b 27. τ. μετ. τ. φυσ. I 4 p. 985a 34. 5 p. 987a 25. IV 9 1019a 8. IX 1 p. 1053a 17. XII 6 1080a 32. 7 p. 1081b 16. ἠθ. Νικ. 3 p. 1121a 11. 1121b 17. V 6 p. 1131a 15. 33. 7 p. 1132a 33. VI p. 1140b 15. VII 1 p. 1145a 17. IX 10 p. 1171a 15. πολιτ. III 16 1287b 27. 28. frgm. 43 p. 1483a 9.

[3]) ἀναλ. προτ. I 26 p. 43a 7. II 21 p. 67a 17. 25. ἀναλ. ὑστ. I 4 p. 73b . 37. 38. 5 p. 74a 28. 24 p. 86a 26. II 3 p. 91a 4. τοπ. IV 5 p. 126b 7.

Ἄμφω vocabulo Aristoteles paulo saepius usus est quam ἀμφότερος, ac pro genetivo quidem tribus locis: τοπ. III 3 p.118a 28. VI 6 p. 144b 21. 25, pro dativo nunquam. Nam ex loco τ. μετ. τ. φυσικ. X 10 p. 1066b 1: προςθέσει ἢ ἀφαιρέσει ἢ ἄμφω pro dativi forma ἄμφω ab Aristotele adhibitum esse concludi non debere monet Platonis Laches 187 A ἢ δώροις ἢ χάρισιν ἢ ἀμφότερα.

Addamus pauca de eis libris qui falso Aristotelis nomine circumferuntur. In quibus hae reperiuntur duales formae:

μηχαν. 1 p. 849a 7 δυοῖν φερομένοιν
προβλημ. X 26 p. 893b 22 ἐκ δυοῖν τινοῖν
XIX 38 p. 921a 5 ἀμφοῖν τοῖν ἄκροιν
XX 22 p. 925a 27 τὼ ὀφθαλμώ
XXXI 2 p. 957b 5 τοῖν δυοῖν
6 τοῖν δυοῖν.

Interdum δυοῖν et ἀμφοῖν cum plurali coniuncta legimus:

κατηγ. 12 p. 14a 31 δυοῖν μὲν γὰρ ὄντων
περ. θαυμ. ἀκουσμ. 58 p. 834b 23 ἐν δυοῖν ὀργυιαῖς
προβλημ. XXVI 31 p. 943b 27 γειτνιῶν δὲ ἀμφοῖν
55 p. 946b 23 γειτνιῶν δὲ ἀμφοῖν
XXX 1 p. 954a 14 ἐκ τούτων γὰρ τῶν δυοῖν.

Δύο pro genetivo undevicies[1]), genetivus decies septies δυοῖν[2]),

---

VI 2 p. 139b 38. 6 p. 144a 12. 144b 15. 18. φυσ. ἀκρ. II 9 p. 200a 17. 30. π. ψυχ. III 3 p. 427a 17. π. μνημ. 1 p. 449b 20. π. τ. ζῷα ἱστ. VII 5 p. 585b 23. τ. μετ. τ. φυσ. VIII 9 p. 1051a 25. XII 10 p. 1086b 35. 36. frgm. 257 p. 1525a 28.

[4]) π. σοφ. ἐλ. 6 p. 168b 1. φυσ. ἀκρ. VI 8 p. 239a 16. μετεωρ. IV 7 p. 384b 3. π. ψυχ. I 2 p. 403b 26. π. τ. ζῷα ἱστ. VIII 5 p. 594b 15. IX 5 p. 611b 3. π. ζῴων μορ. IV 10 p. 687b 9. π. πορ. ζῴων 7 p. 707b 13. τ. μετ. τ. φυσ. I 5 p. 987a 11. 6 p. 908a 9. VII 1 p. 1042b 5. πολιτ. III 16 p. 1287b 27.

[1]) κατηγ. 12 p. 14a 31. π. ζῴων κιν. 7 p. 701a 12. 24. π. φυτ. I 1 p. 816b 15. 2 p. 817a 3. 3 p. 818a 35. II 3 p. 824b 37. 825a 28. 8 p. 827b 31. 828a 3. μηχαν. 8 p. 852a 8. 11 p. 852a 34. 19 p. 853b 23. 22 p. 854a 36. 38. προβλ. I 42 p. 864a 29. XXVI 44 p. 945a 23. XXVIII 7 p. 950a 10. ἠθ. μεγ. II 6 p. 1201b 25.

[2]) κατηγ. 12 p. 14a 31. π. ἑρμην. 8 p. 18a 18. π. πνευμ. 9 p. 485b 24. π. ζῴων κιν. 3 p. 699a 24. μηχαν. 1 p. 849a 7. προβλ. X 26 p. 893b 22. XXVIII 5 p. 949b 30. 6 p. 949b 34. XXX 1 p. 954a 14. XXXVIII 3 p. 968b 19. 970a 23. 972b 26. ἠθ. Εὐδημ. I 1 p. 1214a 22. 1214b 5. II 10 p. 1225b 22. VII 2 p. 1237b 38. Etiam π. πνευμ. 9 p. 486b 2 δυοῖν pro δυεῖν e libris restituendum est.

nunquam δυεῖν[1]), dativus decies quinquies δυσί[2]), ter δυοῖν[3]), bis δύο[4]) occurrit.

Cum autem singulorum librorum pseudaristotelicorum aetas parum constet, quaestionem, quid e singulis eorum ad historiam dualis numeri accuratius perscrutandam lucrari possimus, melius missam faciemus.

## § 2. De Theophrasto.

Apud Theophrastum haec inveniuntur dualis exempla:

περὶ φυτῶν ἱστ. 2, 6, 10 ἐκ δυοῖν συγκείμενον ἐλαχίστοιν
περὶ φυτῶν αἰτιῶν 3, 1, 2 ἐν δυοῖν τούτοιν
2, 6 ἐν δυοῖν ὥραιν
4, 11, 8 ἐν δυοῖν τούτοιν
6, 9, 4 δυοῖν ὄντοιν ἐναντίων
12, 2 ἐν δυοῖν ἐκείνοιν
14, 2 ἐν δυσὶ γὰρ τούτοιν
π. αἰσθησ. 1, 13 δυοῖν ὄντοιν στοιχείοιν
[1]) Thes. 21, 29. Lyc. 1, 13. Num. 17, 3. Lyc. et Num. comp. 1, 2. Sol. 23, 26. 32, 13. Popl. 8, 22. 11, 19. 21, 37. Cam. 36, 2. 39, 3. Pericl. 6, 11. 27, 22. 37, 14. Fab. Max. 1, 10. Aem. Paul. 18, 28. 22, 91. Pyrrh. 12, 15. Mar. 1, 9. 36, 37. 42, 35. Lys. 18, 6. 24, 15. 23. Sull. 37, 3. Lucull. 37, 11. Crass. 1, 2. 11, 18. 27, 13. 31. Sertor. 1, 10. 12. 13. 19. Ages. 8, 15. Pomp. 44, 8. 62, 26. Alex. 63, 15. Caes. 6, 1. 16, 13. 31, 3. Phoc. 30, 10. Cat. mai. 10, 7. 43, 8. Demosth. 26, 27. Cic. 14, 23. Demetr. 2, 1. 31, 24. Ant. 5, 20. 35, 12. 85, 11. 87, 9. 19. Dion. 11, 24. Artax. 24, 17. Oth. 17, 2. de mul. virt. Eryxo p. 262C. quaest. Rom. 60 p. 278E. de fort. Rom. 4 p. 318C. de Alex. Magn. fort. et virt. II, 2 p. 335A. de Is. et Os. 45 p. 396C (ter). 66 p. 375D. de Ei Delph. 12 p. 390C. 14 p. 391A. de Pyth. or. 21 p. 404E. de def. or. 5 p. 412B. 11 p. 415F (bis). 32 p. 427B. D. 34 p. 428B. E. 36 p. 429E. de virt. mor. 5 p. 443F. 7 p. 447F. 448C. de frat. am. 1 p. 478D. 4 p. 479E. 13 p. 485A. de garrul. 11 p. 508A. de vit. pud. 14 p. 534C. de gen. Socr. 11 p. 581B. 15 p. 584C. quaest. conv. I, 2, 3 p. 616C. 3, 1 p. 619D. V, 9, 1 p. 657C. 8, 24 p. 720A. 720C. IX, 2, 2 p. 737F. 14, 2 p. 747B (bis). an mai. sit. ger. 4 p. 785E. praec. ger. reip. 5 p. 802A. 32 p. 815C. aqu. an ign. ut. 8 p. 957C. de soll. an. 36 p. 984B. Platon. quaest. 16, 1 p. 1008C. de an. proc. in Tim. 13 p. 1018D. 17 p. 1020F (bis) 1021A (bis). 18 p. 1022A. 19 p. 1022B. 1022C. 30 p. 1028A. de Stoic. rep. 15 p. 1041A. 23 p. 1045C. de comm. not. 20 p. 1070D. 36 p. 1077C. adv. Col. 4 p. 1109A.

[2]) Lyc. 1, 13. Num. 12, 16. 17, 3. Sol. 23, 26. Popl. 11, 19. Cam. 36, 2. 39, 1. Pericl. 6, 11. 27, 22. 37, 14. Fab. Max. 1, 10. Aem. Paul. 3, 2. 18, 28. 22, 9. Pel. 16, 23. Marc. 29, 56. Pyrrh. 12, 15. Mar. 1, 9. 36, 37. 42, 35. Lys. 18, 6. 24, 15. 23. Sull. 37, 3. Lucull. 17, 9. 36, 11. Crass. 8, 8. 11, 18. 27, 13. 31. Sert. 1, 10. 12. 13. 19. Ages. 8, 15. Pomp. 44, 8. 58, 15. 62, 17. 26. Alex. 63, 15. Caes. 2, 8. 6, 1. 16, 13. 23, 6. 55, 17. Phoc. 30, 10. Cat. 10, 7. 43, 8. 73, 1. Cleom. 31, 17. Demosth. 15, 10. 25, 27. Cic. 14, 23. Demetr. 2, 1. 31, 24. 43, 20. Anton. 5, 20. 35, 12. 85, 11. 87, 9. Dion. 11, 24. Brut. 52, 20. Artax. 24, 17. Oth. 17, 2. de lib. ed. 10 p. 8A. 14 p. 11A. quom. adul. poet. 4 p. 21D. de amic. mult. 6 p. 95E. mul. virt. Eryxo p. 262C. quaest. Rom. 60 p. 278E. 103 p. 288E. F. de fort. Rom. 4 p. 318C. de Alex. Magn. fort. II, 2 p. 335A. de Is. et Os. 45 p. 369C (ter). 48 p. 370F. 60,

gen.: δυοῖν sexagies novies[1])
δύο decies septies[2])
dat.: δυσί undequinquagies[3])
δυοῖν bis[4])
δύο ter[5]).

Nominativo-acc. δύο ante vocalem sequentis vocabuli vicies

p. 375 D. quaest. conv. I, 2, 3. p. 616 C. 8, 2 p. 626 D. III, 5, 2 p. 652 D. 9, 1 p. 657 C (bis). D. VIII, 2, 4 p. 727 A. C. IX, 14, 2 p. 744 B (bis). an sen. sit. ger. 4 p. 785 E. praec. ger. reip. 5 p. 802 A. aqu. an ign. ut. 6 p. 956 F. 8 p. 957 C. 10 p. 958 B. Plat. quaest. 2 p. 1001 C. 10 p. 1008 C. de an. proc. in Tim. 9 p. 1026 F. 13 p. 1018 D. 14 p. 1019 B. de Stoic. rep. 15 p. 1041 A.

[1]) Rom. 21, 29. Lyc. 5, 55. Num. 18, 4. Sol. 32, 13. Popl. 8, 22. 21, 37. Pelop. 9, 9. Philop. et Titi comp. 2, 3. Crass. 1, 2. Eum. 11, 15. Pomp. 53, 41. 54, 35. Caes. 31, 3. de Ei Delph. 12 p. 390 C. 14 p. 391 A. de Pyth. or. 17 p. 402 B. 21 p. 404 F. de def. or. 5 p. 411 E. 412 B. 11 p. 415 F (ter). 32 p. 427 B. D. 34 p. 428 B. E. 36 p. 429 E. de virt. mor. 5 p. 443 F. 7 p. 446 F. 447 D. de vit. pud. 14 p. 534 C. de gen. Socr. 7 p. 579 D. 11 p. 581 B. 15 p. 584 C. 27 p. 594 E. quaest. conv. I, 3, 1 p. 619 D. IX, 2, 2 p. 737 F. amat. lib. 10 p. 754 F. de Herod. malign. 5 p. 855 D. de soll. anim. 36 p. 984 B. de anim. procr. in Tim. 17 p. 1020 F (ter). 1021 A (bis). 18 p. 1022 A. 19 p. 1022 B. C (bis). 30 p. 1028 A. de Stoic. rep. 23 p. 1045 C. de comm. not. 25 p. 1070 D. E. 36 p. 1077 C. 37 p. 1078 A. 41 p. 1081 D. non posse suav. 14 p. 1096 E. adv. Col. 4 p. 1109 A. 26 p. 1122 C. frgm. I, 6, 3.

[2]) Fab. Max. 26, 17. Aem. Paul. 22, 23. Sull. 27, 23. Alex. 62, 6. Caes. 22, 3. Demetr. 5, 10. quom. quis suos in virt. 13 p. 84 A. mul. virt. Mikko p. 251 F. de def. or. 6 p. 412 F. de an. procr. in Tim. 16 p. 1020 D (bis). 18 p. 1021 F (ter). frgm. VII, 33. IX, 34, 2. XCVI, 2.

[3]) Thes. 25, 20. Sol. 19, 9. Poplic. 20, 4. Them. 20, 22. Cam. 7, 15. 27, 21. Marc. 29, 49. Arist. 4, 7. Cat. 19, 13. 25, 3. Pyrrh. 5, 19. Mar. 5, 9. 8, 27. 25, 6. Lys. 5, 4. Lys. et Sull. comp. 4, 3. Lucull. 28, 54. Crass. 19, 18. Sert. 12, 27. Eumen. 7, 26. 8, 10. Pomp. 31, 21. 53, 44. 59, 18. Caes. 1, 20. 17, 30. Cat. 38, 9. Cic. 17, 16. 29, 21. Dem. 40, 7. Anton. 69, 3. Galb. 7, 13. quaest. Rom. 102 p. 288 E. de Is. et Os. 19 p. 358 D. de def. or. 8 p. 414 B. 36 p. 429 E. 430 A (bis). virt. doc. poss. 2 p. 439 F. de frat. am. 1 p. 478 B. de gen. Socr. 1 p. 577 D. 17 p. 586 E. quaest. conv. I, 8, 2 p. 626 E. amat. lib. 21 p. 767 F. de an. procr. in Tim. 14 p. 1019 B. 15 p. 1019 C. 18 p. 1021 F. 19 p. 1022 D. de comm. not. 37 p. 1078 B.

[4]) Philop. et Tit. comp. 2, 3. de virt. mor. 5 p. 443 F.

[5]) Aem. Paul. 24, 3. de an. procr. in Tim. 18 p. 1021 F. de comm. not. 37 p. 1078 B.

quater[1]) usus est, genetivo δύο semel[2]), dativo bis[3]). Quamvis autem sexagies quater[4]) δυοῖν vel δυεῖν positis hiatum vitaverit, tamen tribus his locis pro δύο genetivo et dativo reponere δυεῖν temerarium duco.

Ἄμφω multo minus frequens est quam ἀμφότερος; alterum sexagies fere, alterum paulo plus trecenties usurpatur.

In eis qui Plutarcho falso tribuuntur libris hae fere duales formae inveniuntur:

νὴ τὼ σιὼ reg. et imp. apophthegm. Charil. 2 p. 189E
apophthegm. Lacon. ἀδόξων 19 p. 233C
50 p. 234F
55 p. 235E
59 p. 235E
apophthegm. Lacaen. ἀδήλων 8 p. 241C
νὴ τὼ θεώ apophthegm. Lacon. Ages. 7 p. 208E
X or. vit. Lys. p. 836D λόγω
amator. narr. 3, 1 p. 774B τὼ χεῖρε
pro nobil. 9, 2 τοῖν ἰσοτέχνοιν αὐληταῖν
13, 3 δυοῖν ὀβολοῖν ἑταιρίδιον.

Maior igitur pars formarum nom.-acc. est, in quibus primum locum tenet formula illa iurandi non Plutarchi propria, sed Laconica νὴ τὼ σιώ.

---

[1]) Thes. 20, 35. Them. 10, 20. Fab. Max. 4, 36. Alc. 16, 35. Marc. 5, 18. Pyrrh. 34, 16. Sull. 13, 22. 22, 28. Pomp. 23, 12. 78, 21. Tib. Gracch. 1, 26. Cic. 9, 19. 45, 15. Dem. 11, 21. Anton. 41, 16. de fort. 1 p. 97E. de virt. mor. 11 p. 451B. quaest. conv. 3, 9, 1 p. 657C. 5, 6, 1 p. 680A. amat. lib. 21 p. 767E. Plat. quaest. 3, 1 p. 1001D. de comm. not. 19 p. 1067E. 37 p. 1077F. 44 p. 1083C.

[2]) Aem. Paul. 22, 23.

[3]) Aem. Paul. 24, 3. de comm. not. 37 p. 1078D.

[4]) Romul. 21, 29. Lyc. 1, 13. Num. 18, 14. Sol. 32, 13. Cam. 39, 3. Per. 6, 11. 27, 22. 37, 14. Aem. Paul. 3, 2. Pel. 16, 23. Phil. et Tit. comp. 2, 3. Mar. 36, 37. 42, 35. Lys. 24, 15. 23. Sull. 37, 3. Crass. 1, 2. 27, 13. Sert. 1, 10. 12. Ages. 8, 15. Pomp. 44, 8. 53, 41. Alex. 63, 15. Caes. 1, 20. Phoc. 30, 10. Dem. 2, 1. Anton. 5, 20. 85, 11. 86, 25. Brut. 52, 20. Artax. 24, 17. Oth. 17, 2. de lib. ed. 10 p. 8A. mul. virt. p. 262C. quaest. Rom. 103 p. 288E. de Alex. Magn. virt. II, 2 p. 335A. de Is. et Os. 45 p. 369C (ter). de Ei Delph. 15 p. 391C. de def. or. 5 p. 411F. 11 p. 415F. 34 p. 428B. de virt. mor. 5 p. 444A. 7 p. 447C. 448B. de frat. am. 4 p. 479E. de garr. 11 p. 508A. de gen. Socr. 15 p. 584D. quaest. conv. 8, 2, 4 p. 720A. C. 9, 2, 2 p. 737F. amat. lib. 10,

Genetivus δυεῖν sexies[1]), δυοῖν septies[2]), δύο decies[3]), dativus δυσί sexies[4]), δύο semel[5]) leguntur.

### § 24. De Dione Chrysostomo.

Apud Dionem Chrysostomum haec inveniuntur dualis exempla:

| | | |
|---|---|---|
| or. II, | 23, 10 | ταῦτα μὲν οὖν... ἐπαιξάτην (sc. Philippus et Alexander) |
| III, | 55, 4 | πότερον... τοῖν ἀνδροῖν |
| VII, | 124, 20 | ἄμφω ἠρυθριασάτην ἡ κόρη καὶ τὸ μειράκιον |
| XII, | 225, 31 | ἀμφοῖν δὲ τοῖν λεγομένοιν ποτέραν πρεσβυτέραν |
| XIII, | 248, 19 | εἰ δύο ἀνθρώπω παλαίειν οὐκ εἰδότε παλαίοιεν |
| | 251, 28 | εἴπερ ἀγαθὼ χρησμολόγω καὶ μάντιε ἐγενέσθην (sc. Sibylla et Bacis) |
| XIV, | 252, 25 | ἑκάτερον αὐτοῖν |
| XV, | 259, 1 | ἑκατέρῳ τοῖν ἀνδροῖν |
| | 262, 7 | ἐξ ἀμφοῖν δούλοιν |
| XXI, | 301, 16 | μεταβαλέσθαι τὼ ὀφθαλμώ |
| XXV, | 312, 3 | περὶ τοῖν ἀνδροῖν (sc. de Themistocle et Pericle) |
| XXIX, | 328, 17 | παραγενέσθαι χαλεπωτάτω ἐστὸν ἀνδρεία καὶ σωφροσύνη. |
| XXX, | 330, 16 | αὐτοῖν τὸν πρεσβύτερον |
| | 331, 2 | ὑμεῖς γε πάνυ ἐοίκατον ἀχθομένω |
| | 340, 27 | ὀνομάζεσθαι αὐτοῖν τὸν μὲν νοῦν |
| XXXII, | 415, 13 | τὼ χεῖρε ἀνατείναντες |

---

p. 754 F. an sen. ger. resp. 4 p. 785 E. praec. ger. reip. 5 p. 802 A. de Herod. mal. 5 p. 855 D. de soll. an. 36 p. 984 B. Plat. quaest. 2, 2 p. 1001 C. 67 p. 1021 A (bis). de Stoic. rep. 23 p. 1045 C. de comm. not. 25 p. 1070 D. 36 p. 1077 C. 41 p. 1081 D.

[1]) sept. sap. conv. 2 p. 147 A. reg. et imp. apophth. Phil. 10 p. 177 F. 12 p. 178 A. Phoc. 15 p. 188 F. amat. narr. 2, 1 p. 773 B. de plac. phil. III, 2 p. 893 B.

[2]) consol. ad Apoll. 13 p. 108 C. reg. et imp. apophth. Aem. Paul. 9 p. 198 C. pro nob. 13, 3. de fluv. et mont. nom. II, 2. XXVIII, 3. vit. Hom. 37, 1. 51.

[3]) reg. et imp. apophth. Scip. min. 16 p. 201 C. apophth. Lac. Arch. 6 p. 218 D. Cleom. 13 p. 323 F. parall. 3 p. 306 B. 16 p. 309 D. amat. narr. 5, 1 p. 775 C. vit. Hom. II 7, 1 (bis). 12, 1. 49.

[4]) X or. vit. Antiph. p. 832 F. Isocr. p. 836 F. Dem. 848 B. de plac. phil. III, 8, 11 p. 895 E. vit. Hom. II, 36, 1. 72.

[5]) parall. min. 7 p. 307 C.

XXXVI, 63, 5 τὼ δύο τὼ πλησίον ὁμοίως πρὸς αὐτὸν ἐγκλίνειν, ἀτεχνῶς ἐπιπίπτοντε καὶ ὠθουμένω
XLI, 103, 28 ἀπωτέρω δυοῖν ἀνδροῖν
LV, 169, 24 ἔμπειρος ἀμφοῖν τοῖν ἀνδροῖν
170, 31 οὐδέτερος αὐτοῖν
171, 15 κεκολασμένω ἤστην καὶ ἐσωφρονείτην ἄμφω τὼ ἄνδρε
18 ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἐσπουδαζέτην καὶ ἐλεγέτην
LXXI, 243, 9 Ἱππίας καὶ Ὀδυσσεὺς δεινὼ ἤστην
LXXVII, 272, 29 τοῖν πηδαλίοιν ἑκάτερον.

Verborum igitur formas duales invenimus:
in -τον: ἐστόν, ἐοίκατον
in -την: ἤστην bis, ἐσωφρονείτην, ἐσπουδαζέτην, ἐλεγέτην, ἐπαιξάτην, ἠρυθριασάτην
in -σθην: ἐγενέσθην.

Primae declinationis formae prorsus desunt. Articuli quoque forma feminina τώ est, gen.-dativi forma non occurrit. Adiectivi forma feminina in -ω XXIX, 328, 17 χαλεπωτάτω agnoscenda est, nisi mecum pro neutro accipere mavis. Secundae declinationis formae frequentissimae sunt et in -ω
subst.: ἀνθρώπω, χρησμολόγω, ὀφθαλμώ
adiect.: ἀγαθώ, χαλεπωτάτω, δεινώ
partic.: ὠθουμένω, ἀχθομένω, κεκολασμένω
et in -οιν subst.: δούλοιν, βαθμοῖν, πηδαλίοιν
partic.: λεγομένοιν
pron.: αὐτοῖν quater.

Tertiae declinationis formae in ε
subst.: μάντιε, χεῖρε, ἄνδρε
partic.: εἰδότε, ἐπιπίπτοντε
in -οιν subst.: ἀνδροῖν quater reperiuntur.

Septem duales formae cum δύο vel ἄμφω coniunctae sunt. Exempla δύο vocabuli cum plurali coniuncti haec sunt: or. I, 15, 1 δύο.. ἐφόδους II, 31, 32 δύο τὰς βασιλικωτάτας ἀρετάς III, 58, 16 δύ' ἀνδρῶν V 94, 29 δύο δέ τινας νεανίσκους VII, 113, 27 δύο ἐλάφεια δέρματα 115, 26 δύο τοὺς κορυφαίους 116, 20 τὰ δύο μέρη 119, 5 δύο μεδίμνους 122, 23 δύο πολίτας 126, 1 ἀδελφοὶ δύο XI, 179, 4 δύο θυγατέρας 6 δύο ἄρρενας παῖδας 192, 17 τοὺς δύο Αἴαντας XIV, 258, 18 δύο θιάρας ὀρθάς XXVIII, 321, 12 δύο ἡμέρας XXX, 340, 26 δύο οἰνοχόους XXXI, 368, 24 δύο ταῦτα

375, 20 τῶν δύο XXXII, 403, 22 δύο ῥήματα XXXIII, 4, 10 δύο γὰρ ποιητῶν γεγονότων XXXIV, 28, 23 δύο ἄνδρας 35, 26 δύο ἡγεμόνων XXXV, 43, 1 τῶν δύ' ἠπείρων XXXVIII, 76, 19 δύο ἐπιφανεῖς ἄνδρας XLV, 121, 31 ἐπὶ δύο ἡμέρας LIII, 164, 13 δύο φίλων ἀνδρῶν LXIV, 207, 6 δυοῖν.. παίδων ἀρρένων ὄντων LXVI, 220, 21 δυοῖν μνῶν ἢ τριῶν LXX, 239, 25 δύο δέ τινων. — Ἄμφω cum plurali coniungitur LII, 159, 10 ἄμφω... ἐποίησαν. Subiectum et praedicatum in numero plerumque congruunt. Tamen pluralem verbi cum duali numero subiecti coniunctum legimus XIII, 248, 19: ὥσπερ οὖν εἰ δύο ἀνθρώπω παλαίειν οὐκ εἰδότε παλαίοιεν.

Genetivus δύο undevicies,[1]) δυοῖν quater,[2]),
dativus δυσί quinquies[3]) exstat.

Ἄμφω vocabulo Dio decies, ἀμφότερος vicies quinquies usus est.

In oratione tricesima septima, quae spuria habetur, has duales formas legimus:

296, 6 ἐρίσαντε δὲ καὶ τὴν δίαιταν ἐπιτρέψαντε
304, 26 περικεκομμένον τὼ χεῖρε.

Duales ἐρίσαντε et ἐπιτρέψαντε plurali continuantur: ἐρίσαντε δὲ καὶ τὴν δίαιταν ἐπιτρέψαντε τρίτῳ θεῷ πρεσβυτέρῳ, οὗ
πλεῖσται μὲν κεφαλαί, πλεῖσται δέ τε χεῖρες
τούτῳ τὴν δίαιταν ἐπιτρέψαντες ἀμφότεροι κ.τ.λ.

Δύο vocabuli genetivus δύο bis (296, 19. 29), dativus nunquam, ἄμφω semel (294, 27), ἀμφότερος bis (294, 30. 296, 11) legitur.

## § 25. De Demetrio Phalereo.

In libello περὶ ἑρμηνείας, qui Demetrii Phalerei nomine inscriptus circumfertur, hae insunt formae duales:

16 ἐκ δυοῖν κώλοιν
36 μόνος δὲ ὁ μεγαλοπρεπὴς τῷ ἰσχνῷ οὐ μίγνυται, ἀλλ' ὥσπερ ἀνθέστατον καὶ ἀντίκεισθον ἐναντιωτάτω
235 ἐκ δυοῖν χαρακτήροιν τούτοιν
287 μετὰ δυοῖν τούτοιν.

---

[1]) III, 58, 16. VIII, 117, 3. XVII, 278, 22. XX, 290, 22. XXX, 331, 32. XXXI, 375, 20. XXXIII, 4, 10. XXXIV, 35, 26. XXXV, 43, 1. LIII, 164, 13. LXX, 239, 25.

[2]) XLI, 103, 28. LXIV, 207, 6. LXVI, 220, 21. LXXIV, 272, 5.

[3]) X, 160, 17. XXXI, 379, 19. LXVI, 222, 21. LXXIV, 260, 4. LXXX, 290, 19.

Exstant igitur duo exempla dualis verborum, alterum in -τον: ἀνθέστατον, alterum in -σθον: ἀντίκεισθον. Dualis nominum primae declinationis deest, secundae forma in -ω adiectivi: ἐναντιωτάτω, in -οιν substantivi: κώλοιν et pronominis: τούτοιν bis, tertiae in -οιν substantivi: χαρακτῆροιν invenitur. Duales formae in -οιν cum δυοῖν coniunctae sunt. Praeterea δυοῖν cum plurali legitur: 239 ἐκ δυοῖν κακῶν. Ἄμφω cum nomine coniunctum non reperitur, cum plurali verbi cap. 2 ἄμφω συγκαταλήγουσιν.

Genetivus vocabuli δύο quater δυοῖν[1]), ter δύο[2]), dativus bis δυσίν[3]), semel δυοῖν[4]) est. Ἄμφω sexies, ἀμφότερος decies occurrit.

## § 26. De Timaeo Locro.

Apud Timaeum Locrum in libello περὶ ψυχᾶς κόσμω καὶ φύσιος haec dualis exempla exstant:

94a λόγῳ ἦστην ἰδέα τε καὶ ὕλα καὶ ὁ θεός
94d κρέσσονα γὰρ τάδε ἀψύχω καὶ ἀλόγω ἐστόν
98b ὀρθογώνια μὲν ὦν ἐντὶ ἑκατέρω
104b τὼ δ' ἀλόγω θυμὸν μὲν πρᾶον εἶμεν.

Verborum igitur duales formae duae inveniuntur: altera in -τον: ἐστόν, altera in -την: ἦστην, nominum in ω: nom.: ἀψύχω, ἀλόγω, ἑκατέρω, acc.: τὼ ἀλόγω.

Δύο genetivus ter[5]), dativus δυσίν semel[6]) occurrit, ἄμφω et ἀμφότερος desunt. Δύο semper cum plurali coniunctum est: 93a δύο αἰτίας, 95e ἐκ δύο τουτέων, 96a δύο δυνάμεις, 96e δύο ἰσόδρομοι, 97c δύο ἐασᾶν, 98a δύο τρίτων, 98b μέρεα δύο. δύο πλευραί, 99a δύο ἄκρα. δυσὶ μέσοις.

## § 27. De titulis.

Denique addo duales formas, quae in tertio volumine corporis inscriptionum Atticarum occurrunt, ut quasi specimen adsit cognoscendi dualis usus, qualis in titulis imperatorum Romanorum aetate fuerit. Sunt autem hae:

5, 13 ὁ φαιδυντὴς τοῖν θε[οῖν
21/22 πρὸς τὼ θε[ώ

[1]) 16. 235. 239. 287.
[2]) 61. 105. 153.
[3]) 35. 156.
[4]) 239.
[5]) 95 C. 97 C. 98 A.
[6]) 99 A.

| | |
|---|---|
| 6, 12 | ὁ φαιδυντὴς] τοῖν θεοῖ[ν |
| 39, 6 | μέχρι μηνῶν ἄλλων δύο |
| 195, 2/3[1]) | Σωτῆροιν 'Ανάκοιν τε Διοσκούροιν ὅδε βωμός. |
| 701, 5 | ἐν ζαθέοισιν |
| | εἶσε θεαῖν [δαπέδοισιν |
| 737, 3 | ἣ τελετὰς ἀνέφαινε θεοῖν |
| 828, 5/6 | μυηθέντα ἀφ' ἑστίας ταῖν θεαῖν |
| 238 a, 11 | χρυσᾶ οἰνάν[θα |
| 1363, 2 | ὀγδοήκοντα δυοῖν ἔτεσιν |
| 1443, 3 | ἐτῶν δύο |
| 1326, 8 | ἄμφω ἀποφθιμένων. |

Hinc cognoscimus dualem numerum imprimis quidem in formulis vetustis Cererem et Proserpinam significantibus τὼ θεώ, τοῖν θεοῖν, ταῖν θεαῖν adhibitum esse, sed etiam in nonnullis aliis vocibus, ut adstipulandum sit Meisterhansio dicenti: ‚Einige Bedeutung gewinnt der Dual wiederum beim Aufblühen der klassischen Studien in der Kaiserzeit. Denn ausser Formen wie τὼ θεώ, τοῖν θεοῖν und vereinzelten δυοῖν finden sich auch Duale wie χρυσᾶ οἰνάνθα.' (Grammat. d. att. Inschr. § 81.)

---

## Caput II.

Quoniam qualis fuerit singulorum prosae orationis scriptorum usus singillatim exposuimus, accedamus ad ea quae maxime sunt memorabilia breviter comprehendenda. Prima autem tabula numerum formarum dualium, quae apud singulos scriptores occurrunt, indicat, deinde quot duales formae in centenis paginis inveniantur, exponemus. Paginarum numerum ad eum referam, qui est in editionibus Teubnerianis. Sed cum non omnes vel singuli nonnullorum scriptorum libri eis contineantur, non omnes numeros tam accurate ratiocinando assequi potui, ut non in eis qui mille paginarum longe excedunt numerum, quinquaginta fere paginae vel addendae vel detrahendae sint. Quod ad dualium formarum frequentiam pro portione constituendam nihil aut non multum facit.

[1]) 195, 701, 737, 1326 metricae sunt inscriptiones.

| Auctorum nomina | numerus formarum dualium | numerus paginarum Teubnerian. | numerus formarum dualium pro centenis paginis | Auctorum nomina | numerus formarum dualium | numerus paginarum Teubnerian. | numerus formarum dualium pro centenis paginis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Aristoteles . . . . | 90 | 3000 | 3,0 | Philodemus . . . . | — | ? | — |
| Pseudaristoteles . | 6 | 1400 | 0,57 | Diodorus . . . . . | — | 2200 | — |
| Theophrastus . . . | 16 | 730 | 2,2 | Lesbonax . . . . . | — | 30 | — |
| Epicurus . . . . . | — | 80 | — | Dionysius . . . . . | 13 | 1800 | 0,7 |
| Metrodorus . . . . | — | ? | — | Pseudodionysius . | 6 | 30 | 20,0 |
| Zeno . . . . . . . | — | ? | — | Nicolaus Damascenus . . . . . | 7 | 250 | 2,8 |
| Cleanthes . . . . . | — | ? | — | Strabo . . . . . . . | — | 1170 | — |
| Autolycus . . . . | — | 79 | — | περὶ ὕψους . . . . | — | 50 | — |
| Euclides . . . . . | — | 750 | — | Cebes . . . . . . . | — | 20 | — |
| Pseudeuclides . . . | 1 | 40 | 2,5 | Philo . . . . . . . | 17 | 1940 | 0,77 |
| Archimedes . . . . | — | 480 | — | Pseudophilo . . . | — | 24 | — |
| Pseudarchimedes . | 2 | 60 | 3,3 | Iosephus . . . . . | 23 | 1990 | 1,15 |
| Apollonius . . . . | — | 170 | — | Pseudoiosephus . . | — | 90 | — |
| Hypsicles . . . . . | — | 40 | — | Plutarchus . . . . | 51 | 4550 | 1,1 |
| Pseudhypsicles . . | — | 10 | — | Pseudoplutarchus. | 21 | 770 | 2,7 |
| Megasthenes . . . | — | 80 | — | Dio Chrysostomus | 47 | 730 | 6,4 |
| Craterus . . . . . | — | 20 | — | Pseudodio . . . . | 4 | 15 | 26,6 |
| Polemo . . . . . . | — | 80 | — | Demetrius . . . . | 7 | 70 | 10,0 |
| Polybius . . . . . | 29 | 1450 | 2,0 | Timaeus Locrus . | 7 | 14 | 50,0 |
| Posidonius . . . . | 2 | ? | ? | | | | |

**Videmus dualem ab Aristotele usque ad Diodorum decrescentem, inde a Dionysio Halicarnassensi paulatim crescentem. Componamus alterum indicem, cui eos tantum adscribamus, qui plus semel duali numero usi sunt, disponamusque duales formas secundum classes vocabulorum in verborum, substantivorum, adiectivorum, participiorum, pronominum duales:**

| Nomina auctorum | Duales | | | | | de quot vocabulis formae duales inveniantur |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | verborum | substantivorum | adiectivorum | participiorum | pronominum | |
| Aristoteles . . . . . | 1 | 31 | 9 | 11 | 6 | 30 |
| Theophrastus . . . | — | 4 | 1 | 2 | 7 | 7 |
| Polybius . . . . . . | — | 15 | 1 | — | — | 6 |
| Dionysius . . . . . | — | 6 | — | — | — | 1 |

| Nomina auctorum | Duales | | | | | de quot vocabulis formae duales inveniantur |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | verborum | substantivorum | adiectivorum | participiorum | pronominum | |
| Nicolaus Damasc.. | — | 4 | — | 1 | — | 5 |
| Philo. . . . . . . . | — | 7 | 3 | 3 | — | 9 |
| Iosephus. . . . . . | 1 | 13 | 2 | — | — | 9 |
| Plutarchus . . . . | — | 26 | 4 | 4 | — | 15 |
| Dio . . . . . . . . | 10 | 13 | 3 | 6 | 4 | 25 |
| Demetrius . . . . . | 2 | 2 | 1 | — | 2 | 6 |
| Timaeus . . . . . . | 2 | — | 3 | — | 1 | 4 |

**Extremus tabulae versus vocabulorum, quorum formae duales inveniuntur, numerum indicat, qui apud Dionysium maxime exiguus est aeque ac numerus classium.**

**Tertio indice comparandum propono numerum formarum in -ω et -ε (reliquae enim nom.-acc. formae omnino non occurrunt) cum numero formarum in -αιν et -οιν et in -τον, -την, -σθον, -σθην desinentium.**

| Nomina auctorum | Formae in | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | ω | ε | αιν | αν II. decl. | οιν III. decl. | τον | την | σθον | σθην |
| Aristoteles . . . . | — | — | 16 | 52 | 21 | — | 1 | — | — |
| Theophrastus. . . | — | — | 1 | 11 | 3 | — | — | — | — |
| Polybius . . . . . | — | — | — | 15 | 13 | — | — | — | — |
| Dionysius. . . . . | 6 | 6 | — | 1 | — | — | — | — | — |
| Nicolaus Damasc. | 3 | 1 | — | 1 | 2 | — | — | — | — |
| Philo . . . . . . . | 2 | — | — | 11 | 4 | — | — | — | — |
| Iosephus . . . . . | 1 | 3 | 3 | 4 | 8 | — | 1 | — | — |
| Plutarchus . . . . | 8 | 7 | 5 | 11 | 17 | — | — | — | — |
| Dio . . . . . . . . | 14 | 5 | — | 14 | 4 | 2 | 7 | — | 1 |
| Demetrius . . . . | 1 | — | — | 3 | 1 | 1 | — | 1 | — |
| Timaeus . . . . . | 5 | — | — | — | — | 1 | 1 | — | — |

**Unde discimus formas nom.-acc. dualis usque ad Dionysium intermortuas et ab illo receptas esse, formas in -αιν et -οιν ab omnibus praeter Dionysium adhiberi, verborum dualem ab Aristotele usque ad Iosephum evanuisse.**

**Quarto indice brevi comprehendemus, quot duales formae cum δύο vel ἄμφω coniunctae legantur, quot non. Atque quo facilius intellegatur, quid sibi velint numeri, addam numerum**

quo quot sint pro centenis dualibus formis non coniunctae demonstretur.

| Nomina auctorum | Formae duales cum δύο vel ἄμφω | | |
|---|---|---|---|
| | coniunctae | non coniunctae | non coniunctae pro portione |
| Aristoteles . . . . . . . | 79 | 11 | 12,2 |
| Theophrastus . . . . . . | 13 | 2 | 13,3 |
| Polybius . . . . . . . . | 26 | 3 | 10,3 |
| Dionysius . . . . . . . . | 1 | 12 | 92,3 |
| Nicol. Damasc. . . . . . | 3 | 4 | 57,1 |
| Philo . . . . . . . . . . | 11 | 6 | 35,5 |
| Iosephus . . . . . . . . | 7 | 16 | 69,5 |
| Plutarchus . . . . . . . | 22 | 29 | 56,8 |
| Dio . . . . . . . . . . . | 11 | 36 | 76,5 |
| Demetrius . . . . . . . . | 4 | 3 | 42,8 |
| Timaeus . . . . . . . . . | — | 7 | 100,0 |

Elucet inde a Dionysii aetate formas neque cum δύο neque cum ἄμφω coniunctas praevalere.

Postremum indicem subiciam, quo declinatio δύο vocabuli pateat. Scriptores autem eos omittam, qui nulla vel perpauca exempla praebent.

| Nomina auctorum | Genetivus | | | Dativus | | | | Gen. | Dat. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | δυοῖν | δυεῖν | δύο | δυοῖν | δυεῖν | δύο | δυσί | δυῶν | δυοῖς |
| Aristoteles . . . . | 93 | 8 | 80 | 12 | — | 23 | 68 | — | — |
| Theophrastus . . . | 17 | 1 | 2 | 11 | 1 | 2 | 7 | — | — |
| Autolycus . . . . | — | — | 7 | — | — | — | — | — | — |
| Euclides . . . . . | — | — | 319 | — | — | 47 | 137 | — | — |
| Archimedes . . . . | — | — | 12 | — | — | 3 | 4 | 1 | 3 |
| Apollonius . . . . | — | 2 | 35 | — | — | 2 | 1 | — | — |
| Hypsicles . . . . . | — | — | 4 | — | — | — | 1 | — | — |
| Polybius . . . . . | — | 34 | 4 | — | 1 | 2 | 17 | — | — |
| Diodorus . . . . . | 36 | 12 | 15 | — | — | — | 38 | — | — |
| Dionysius . . . . . | — | 67 | 10 | — | 1 | 2 | 34 | — | — |
| Strabo . . . . . . | — | 39 | 4 | — | 1 | — | 19 | — | — |
| Philo[1] . . . . . . | (67) | (7) | 2 | — | — | — | 50 | — | — |
| Iosephus . . . . . | 8 | — | 71 | 3 | — | 3 | 34 | — | — |
| Plutarchus . . . . | 69 | 101 | 17 | 2 | — | — | 49 | — | — |
| Dio . . . . . . . . | 4 | — | 11 | — | — | — | 5 | — | — |
| Demetrius . . . . | 4 | — | 3 | 1 | — | — | 2 | — | — |
| Timaeus . . . . . | — | — | 4 | — | — | — | 1 | — | — |

[1]) secundum ed. Mangeyanam, cf. autem quae pag. 31 dixi.

Hinc perspicitur genetivi usum inconstantem fuisse. Exceptis autem mathematicis, Iosepho, Dione, Timaeo formae declinatae in frequentiore usu fuerunt. Dativi forma fere sollemnis ab Aristotelis aetate δυσί erat.

---

# Caput III.

Quoniam qualis sit singulorum scriptorum ab Aristotelis usque ad Dionis Chrysostomi aetatem usus dualis numeri, exposui et indicibus quae mihi invenisse videor brevi complexus sum, restat, ut, quantum quidem in me est, causas et emorientis et reviviscentis numeri rimari studeam. Ac causas quidem, cur dualis numerus apud Graecos ex usu venerit, iam in exordio adumbrasse mihi videor. Nam cum dualis numerus felici atque quodammodo abundante ubertate ingenii ortus sit sive ad personas sive ad res plastice effingendas et depingendas, factum est, ut nunquam necessitate grammatica in usum veniret. Quare post Homerum exceptis poetis, qui eius dictionem secuti sunt, apud prosae orationis scriptores omnino non invenitur praeter Atticos. Sed ne hic quidem florebat omnibus temporibus. Quae enim non sunt necessaria, temporum decursu occidunt. Atque primis post bellum Peloponnesiacum decenniis dualis ex sermone cotidiano paulatim abiit, id quod ex inscriptionibus apparet. Scriptores eum aliquamdiu retinuerunt, sed pedetentim missum fecerunt, praesertim cum plerique eorum non in Attica nati essent.

Iam quo ordine singulae duales formae interierint, quaeramus. Quod facile coniectura assequemur, si quae fuerit dualis vis primaria, ante oculos nobis posuerimus. Haec autem genuina eius significatio videtur esse, ut duas personas vel res, quae inter se qualicumque ratione coniunctae sunt, una forma comprehendens tamquam ad unitatem perducat. Unde apparet magis nominibus quam verbis eius notionem infixam haerere. In illis enim, imprimis in parium membrorum significationibus, tum in omnibus personis vel rebus quae coniuncte aliquid agunt, in verbis autem cum congruentiae partium orationis causa tum in eis quibus societatis vis inest, vel quae, ut verba eundi, personas agentes nobis ante oculos ponunt, adhiberi poterat. In adiectivis

et participiis, nisi substantivorum locum tenebant, dualis notio nulla inerat, sed tantum congruentia substantivorum requirebat, ut dualem induerent. Contra in pronominibus demonstrativis vis quaedem plastica inest, quare in eis et in membrorum paribus dualem diutius servatum esse intellegimus. Sed non solum e significatione, verum etiam e formis ipsis de interitu iudicandum erit. Quae enim maxime rarae erant formae et cum nominativo singulari confundi poterant, ut in -α, ante ceteras exolevisse putabimus. Ac si duales verborum formae prius quam substantivorum interierunt, nominativi-accusativi formas substantivorum paulo post secutas esse facile comprehendimus. Nam etiamsi subiectum cum praedicato in numero duali omnino congruere necesse non erat, tamen quia dualis verbi ex hominum memoria exciderat, id certe effecisse conicere licebit, ut nominativi dualis forma saepius plurali cederet.

Quae omnia fere usu scriptorum ab Homeri aetate usque ad oratores Atticos confirmantur. Cuius rei exempla pauca proferam. Formarum in -α usum iam antiquissimis temporibus imminutum esse cognoscimus ex Aeschylo, Sophocle, Euripide, Aristophane, qui cum δύο vocabulo primae declinationis dualem novies, pluralem vicies ter, secundae et tertiae declinationis dualem quinquagies semel, pluralem octies coniunxerunt. Verborum dualem cito evanuisse tituli Attici nos docuerunt. Quamquam apud scriptores Platonis fere aequales formarum dualium numerus non minor erat, tamen dualis vis debilitata erat. Nam δύο multo saepius cum plurali quam cum duali coniunctum est, pleraeque autem formae duales voculas δυοῖν et ἀμφοῖν quasi adminicula arcessiverunt. Usque ad id tempus dualis usus sensim decrescebat, apud Aristotelem eius ruina absoluta apparet. Nam neque verbi dualis excepta una forma ἤστην neque nominum nominativi-accusativi ullum exemplum in eius libris exstant. Solae in -αιν et -οιν formae manserunt atque eae omnes fere cum δυοῖν et ἀμφοῖν coniunctae, ita ut dubitare non possimus quin attractione quadam formarum magis quam viva adhuc dualis vi contineantur. Quae vero non coniunctae exhibentur, omnes fere parium membrorum sunt significationes.[1])

[1]) Memorabilis sane est locus περ. πορ. ζῴων 12 p. 711a 21 quo τοῖν σκελοῖν non de uno, sed de compluribus paribus crurum dicitur. Hoc enim

Ut duales formas Aristoteles plerumque cum δυοῖν et ἀμφοῖν, ita δυοῖν et ἀμφοῖν plerumque, sed non perpetuo, cum duali coniunxit. Nam etsi pauca sunt exempla δυοῖν cum plurali coniuncti, paulo plura ἀμφοῖν, tamen frequentiora sunt quam apud Platonem. Quod vero ἀμφοῖν saepius cum plurali coniungitur quam δυοῖν, coniciendum non est ἀμφοῖν formae vim dualem minorem infuisse quam δυοῖν. Immo maior inerat. Nam ἄμφω vocabulum, quo duae sive personae sive res quasi inter se coniunctae comprehenduntur, propius accedit ad dualis vim genuinam, quam δύο, quo res tantum numerantur. Sed ἀμφοῖν plerumque postponitur. Facilius autem fere fit, ut formae quae antecedunt attrahant sequentes, quam contrarium. Unde evenit, ut ἀμφοῖν, etsi δυϊκώτερον, ut ita dicam, erat quam δυοῖν, saepius cum plurali coniungeretur.

Quo minus discrimen inter Attici sermonis usum et Aristotelis intercedere videtur in δυοῖν cum nominibus coniungendo, eo maius in δύο declinando elucet. Nam δυεῖν et δυσί formis persaepe usus est, quae abhorrent ab Attici sermonis sinceritate. Dualis autem omnino tam infrequens est, ut cum Platonis usu

---

loco verbis πᾶσιν ὅσοις ὑπάρχει ἡ κατὰ τόπον μεταβολὴ τοῖν σκελοῖν non de eis agitur animalibus, quae duobus cruribus, sed de omnibus, quae cruribus moventur; non δίποδα a τετράποσιν, sed ὑπόποδα ab ἄποσιν discernuntur. Vertemus igitur hunc locum non: ‚quae crurum pari moventur' sed: ‚quae crurum paribus moventur'. Dualem autem de plus uno pari membrorum usurpatum raro quidem, sed iam apud Homerum invenimus, ut Il. 9, 503

καὶ γάρ τε λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο,
χωλαί τε ῥυσαί τε παραβλῶπές τ' ὀφθαλμώ.

10, 187 ὣς τῶν νήδυμος ὕπνος ἀπὸ βλεφάροιιν ὀλώλει
νύκτα φυλασσομένοισι κακήν,

ubi non de unius, sed de multorum geminis oculis verba facit poeta,

Od. 11, 210 ὄφρα καὶ εἰν 'Αίδαο φίλας περὶ χεῖρε βαλόντε
ἀμφοτέρω κρυεροῖο τεταρπώμεσθα γόοιο,

quo loco Ulixes de ipsius et matris manuum paribus loquitur,

21, 223 κλαῖον (scil. Eumaeus et Philoetius) ἄρ' ἀμφ' 'Οδυσῆι δαΐφρονι
χεῖρε βαλόντε.

Neque desunt loci apud alios scriptores, ut Euripides in Iphig. Taur. 1318 de Oreste et Pylade dixit:

κεῖνοί τε γὰρ σίδηρον οὐκ εἶχον χεροῖν | ἡμεῖς τε,

et Plato Theaet. 155E εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ οὐδὲν ἄλλο οἰόμενοι εἶναι ἢ οὗ ἂν δύνωνται ἀπρὶξ τοῖν χεροῖν λαβέσθαι et Pseudoplato Erast. 132B κύκλους γὰρ γράφοντες ἐφαινέσθην καὶ ἐγκλίσεις τινὰς ἐμιμοῦντο τοῖν χεροῖν ἐγκλίνοντε.

comparari vix possit, apud quem in uno Gorgia dialogo plures quam quadraginta formae duales inveniuntur, dimidia fere pars eius numeri, qui ex omnibus Aristotelis libris efficitur.

Theophrastus multis in rebus cum Aristotele consentit. Nam hic quoque verborum duali et nominum nom.-acc. caret, δυοῖν et ἀμφοῖν saepe cum plurali coniunxit, dualem cum δυοῖν vel ἀμφοῖν coniunctum non habet nisi χεροῖν, omninoque numerum formarum dualium perexiguum praebet. Progressus autem conspicitur, quod excepto participio ὄντοιν bis obvio formas duales nisi substantivorum et pronominum nullas adhibuit.

Epicurus, Metrodorus, Zeno, Cleanthes philosophi num duali numero usi sint, nescimus. Nam etsi in fragmentis eorum dualis forma nulla exstat, tamen cum in Aristotelis quoque libris quibusdam, qui modum eorum fere exaequant, ut in arte poetica, duales formae desint, fieri potuisse non negabimus, ut in horum quoque libris deperditis rarae duales formae essent.

Quantillus autem illo tempore fuerit dualis usus, inde apparet, quod mathematici eo omnino carent.

Atque etiam Polybii usum si cum Theophrasto comparaverimus, multo minorem fuisse cognoscemus. Polybius enim excepto χεροῖν substantivorum tantum dualem cum ἀμφοῖν coniunctorum usurpavit. Numerus autem eorum minimus est et omnes fere paria membrorum indicant vel, ut μεροῖν, quod de utroque latere dicitur, geminationis vim habent.

Paulo autem post dualis et ex historiae et ex ceteris litterarum generibus prorsus evanuit. Nam apud Posidonium unam formam in -οιν, nullam apud Philodemum Gadarensem, Lesbonactem, Diodorum Siculum, Strabonem[1]) reperimus. Unde erit concludendum circa annum centesimum ante Christum natum dualem prorsus interiisse. Nam cum ne δυοῖν quidem et ἀμφοῖν cum duali coniungerentur, has quoque formas dualem vim exuisse apparet.

Paulo autem post id est aetate Augusti imperatoris reviviscentis dualis prima vestigia reperiuntur. Dionysius enim Halicarnassensis in archaeologia Romana τὼ χεῖρε accusativo sexies usus est. Ne vero putaveris hanc formam

[1]) cf. p. 28.

e priore aetate remansisse neve coniunxeris cum χεροῖν illo, quod ab Aristotele usque ad Polybium unicum fere dualis cum δυοῖν non coniuncti exemplum est, neve dixeris iteratum eiusdem vocabuli usum evanescentis dualis signum esse. Nam accusativi dualis forma in -ε post annum CCCXIX$^{um}$ a. C. n. non invenitur. Quod vero ab eodem vocabulo derivatum est atque χεροῖν illud, nil aliud probat, nisi cum voce χείρ apud Graecos dualis vim arte cohaesisse. Quod non a multis, sed ab una hac dualis forma redintegrandi initium fecit, ne hoc quidem iudicio nostro obstat. Nam cum ipse aliique eius aetatis scriptores orationem a vulgari ad Attici sermonis sinceritatem reflectere studerent, non subito totum splendorem priscae illius orationis in suum usum verterunt, sed paulatim pro suo quisque ingenio proque studio quod scriptoribus veteribus legendis imitandisque impenderant, facultatem Attice scribendi adepti sunt. Studio autem veterum Dionysium ad dualem renovandum adductum esse facile est intellectu. Erat oratorum scriptorumque Atticorum non solum iudex, sed etiam imitator. Atque cum in orationibus quas intexuit archaeologiae componendis veterum locutiones sententiasque secutus sit[1]), duales quoque formas ex eodem fonte manasse coniciemus. In libris rhetorici argumenti dualem nondum adhibuit, quia in his minus imitationi veterum operam dedit. Similiter de libello περὶ ὕψους et de Cebetis tabula iudicandum erit, nisi quod hi ambitu perexiguo sunt.

Dualis autem numerus ea aetate studio omnium scriptorum qui veterum vestigia presserunt, in vitam revocatus est. Quod ex Nicolao Damasceno, aequali Dionysii, cognoscimus, qui formas in ω et ε et οιν adhibuit.

Atque de Philone veteres ipsi dixerunt: ἢ Πλάτων φιλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει, quod non solum ad sententias, sed ad verba ipsa fuerunt qui referrent. Utut est, recte Leopoldus Cohn (Bresl. philol. Abh. 4, 4 p. XLI) ‚quamquam, inquit, (Philo) novis et raris vocabulis et dictionibus non plane abstinuit, summopere tamen studuit, ut orationem suam Attico quodam colore afficeret.‘ Cui colori Attico etiam dualis usus adnumerandus est.

---

[1]) cf. J. Flierle, Ueber Nachahmungen des Demosth., Thukyd., Xenoph. in den Reden der röm. Archaeologie des Dionys. Lipsiae 1890.

In Flavii Iosephi de bello Iudaico libris dualis non tam late patet quam in archaeologia. Nam in altero libro in -ε et -αν formas, in altero etiam in -αιν et -ω et verbi dualem deprehendimus. Ut igitur in Platonis scriptis dualis paulatim evanescentis specimen habemus (cf. Roeper, de dualis usu Platonico p. 2), ita apud Iosephum reviviscentis. Nam cum archaeologia compluribus annis post libros de bello Iudaico composita sit, illo ipso tempore dualis usum paulatim crevisse apparet.

Non longe distat Plutarchi usus. Nam pro portione totidem fere formas duales praebet, quot Iosephus, paulo plures quam Dionysius et Philo. Formas duales verborum vitavit, nominum in -ω, -ε, -αν, -αιν desinentes admisit. Atque eundem quem modo apud Iosephum cognovimus paulatim crescentem dualis usum apud eum observare licet. Nam in vitis numerus formarum dualium pro portione multo maior est quam in scriptis moralibus.

Dio Chrysostomus etiam maiore impetu veterum sermonem imitandum aggressus est. Unde factum est, ut in duali usurpando modum priorum longe excederet. Imprimis verborum dualem in deliciis habuit, atque id quidem tantopere, ut Platonem pro portione superaret. Subiecti enim dualem semper fere cum duali praedicati forma coniunxit. Cum autem dualis usum plane redintegraverit, multo magis memorabile est, quod δύο vocabuli genetivum undecies δύο, quater tantum δυοῖν, dativum semper δυσί formavit.

Restat, ut de Demetrii Phalerei περὶ ἑρμηνείας et Timaei Locri περὶ ψυχᾶς κόσμω qui feruntur libris pauca addamus. Ipsum Demetrium Phalereum libellum περὶ ἑρμηνείας non composuisse, ut H. Liers (de aetat. et script. libri, qui fertur Dem. Phal. π. ἑρμην. Breslau 1880) statuit, C. Hammer (Demetr. π. ἑρμ. Landeshut 1883) et multo clarius Beheim-Schwarzbach (libellus π. ἑρμ. qui Dem. nom. inscript. est, quo temp. comp. sit, Kiliae 1890) ostenderunt. Ille, quem sequuntur R. Volkmann (Rhetorik der Griechen und Römer[2] p. 538) et Gu. de Christ (Geschichte d. griech. Litt.[3] p. 505) libellum circa annum centesimum a. C. n. scriptum esse censet. Quod, dualem si spectamus, probare nullo modo possumus. Nam illo tempore dualis verborum et formarum in -ω desinentium usum tantum in libello rhetorici argumenti fuisse — plures enim sunt pro portione formae quam apud Dionem — concedere non possumus. Multo autem minus arbi-

trabimur potuisse fieri, ut hic usus a nullo, ne a Dionysio quidem, qui ipse duali redintegrando operam dedit, in libris rhetoricis admitteretur. Melius haec res concinit cum sententia Beheim-Schwarzbachii l. l. p. 40 prolata: ‚itaque ex forma libelli idem concluditur, quod ex ceteris argumentis, nempe ut libellus saeculo altero p. Chr. n. compositus sit.‘

Libellum περὶ ψυχᾶς κόσμω non Timaei Locri esse omnes viri docti consentiunt. Atque idem ex usu dualis licet cognoscere. Nam prosae orationis scriptores, qui Dorico sermone utebantur, quantum quidem iudicare possumus, dualem non adhibuerunt, hic vero pro portione non minorem quam Plato exemplorum numerum praebet. Qui novissimus de aetate eius libelli quam copiosissime disseruit Anton (de origine libelli περὶ ψυχᾶς κόσμω, Naumburg 1891) ad hunc finem pervenit (p. 593): ‚Atque etiam — more verborum testimoniisque veterum — illud planum factum est susceptam hanc culpam [scil. componendi hunc librum] esse non ante Panaetii aetatem nec post Nicomachi Geraseni, dubito an exeunte primo secundove ineunte p. Chr. n. saeculo.‘ Quocum fere convenit, quod e dualis usu probatur ante Dionis Chrysostomi orationes librum scriptum non esse.

Iam postquam dualis numeri historiam ab Aristotele usque ad Dionem narravimus, unum restat, ut quaeramus, quam vim Dionysius et qui in duali renovando eum secuti sunt formis dualibus inesse putaverint. Atque primum si vocabula spectamus, quae in formas duales declinata sunt, Dionysii unum exstat χείρ haud semel repetitum, Nicolai Damasceni χείρ et ὀφθαλμός, Iosephi in bello Iudaico χείρ et πούς, Plutarchi decies sexies χείρ vel πούς. Huc si addimus χεῖρε et χεροῖν haud raro[1]) non de uno, sed de complurium hominum pari manuum esse usurpata, membrorum parium significationes, ubi de uno vel compluribus hominibus agatur, duali ut plurali exprimi posse illos arbitratos esse censebimus. Ceteras formas imprimisque Philoneas duplicitatis notionem habere invenimus. Nam quoniam δυοῖν plerumque cum duali coniunctum videmus, dubium esse

[1]) Dionys. arch. Rom. III, 73, 2. VI, 82, 3. 85, 2. Ioseph. bell. Iud. V, 2, 4. Plut. Brut. 42, 3. Pyrrh. 7, 28. Aem. Paul. 25, 10. Alex. 13, 3. Caes. 61, 8. de ser. num. vind. 14 p. 558 E.

non potest quin de duabus rebus duali agi putaverint. Quod etiam ex Dione Chrysostomo confirmatur, apud quem perraro inter duales formas parium membrorum significationes reperiuntur. Etsi ut plane cognoscamus, quae dualis numeri illa quidem aetate vis fuerit, eius usum in libris posterioris aetatis scriptorum longius persequi necesse erit, tamen illud pro certo affirmare possumus, quam apud veteres invenimus et geminationis et duplicitatis vim, quarum altera ea quae natura paria sunt, altera, quae alia ratione inter se coniuncta sunt, comprehenduntur, illo quoque tempore dualibus formis infuisse.

Typis societatis typographorum Vratislaviensium.

Angesichts der Gefahr, welcher kürzere philologische Veröffentlichungen ausgesetzt sind, nicht genügend weiten Kreisen zur Kenntniss zu kommen, ist es zweckmässig erschienen, eine grössere Anzahl solcher Forschungen, wie sie namentlich von Gelehrten Schlesiens und Posens mir zum Verlage übergeben oder gütigst in Aussicht gestellt worden sind, in einer Sammlung zu vereinigen, welche den Titel „Breslauer Philologische Abhandlungen" führen wird. Auf diese Weise wird es zugleich möglich sein, jüngeren Gelehrten, die in ihren Promotionsschriften nur eine Probe ihrer Studien veröffentlichen, Gelegenheit zur vollständigen Publikation ihrer Forschungen und damit zur Förderung der Alterthumswissenschaft zu verschaffen, sowie auch durch diese Vereinigung von Arbeiten älterer und jüngerer Forscher ein neues Zeugniss für den Betrieb der klassischen Alterthumsstudien an der Breslauer Universität und in den mit ihr geistig zusammenhängenden Kreisen zu geben.

Die Abhandlungen der Sammlung werden in Heften erscheinen, welche sowohl einzeln verkäuflich sein, als auch zu Bänden von etwa je 25 bis 30 Bogen zusammengefasst werden sollen.

Breslau.

**Wilhelm Koebner**
als Verleger.

Druck der Bresl. Genossenschafts-Buchdr., E. G. m. u. H.

Verlag von Wilhelm Koebner in Breslau.

# Breslauer Philologische Abhandlungen.

Erster Band:

Preis 9 Mark 60 Pf.

Inhalt: **Zacher, K.,** Zur griechischen Nominalcomposition. **Striller, Fr.,** De Stoicorum studiis rhetoricis. **Amsel, G.,** De vi atque indole rhythmorum quid veteres indicaverint. **Reitzenstein, R.,** Verrianische Forschungen.

Zweiter Band.

Preis 9 Mark 60 Pf.

Inhalt: **Wilhelm, F.,** De Minucii Felicis Octavio et Tertulliani apologetico. **Cohn, L.,** Zu den Paroemiographen. **Rossbach, O.,** De Senecae philosophi librorum recensione et emendatione. Insunt Senecae fragmenta Palatina etita a **Guilelmo Studemund. Lichtenfeldt, C.,** De Q. Asconii Pediani fontibus ac fide.

Dritter Band.

Preis 10 Mark 20 Pf.

Inhalt: **Habel, P.,** De pontificum Romanorum inde ab Augusto usque ad Aurelianum condicione publica. **Reinhardt, L.,** Die Quellen von Cicero's Schrift de deorum natura. **Reitzenstein, R.,** Arriani τῶν μετ' Ἀλέξανδρον libri septimi fragmenta. **Kauffmann, G.,** De Hygini memoria scholiis in Ciceronis Aratum Harleianis servata. **Winkler, A.,** Die Darstellungen der Unterwelt auf unteritalischen Vasen.

Vierter Band.

Preis 10 Mark 50 Pf.

Inhalt: **Goldstaub, M.,** De ἀδείας notione et usu in jure publico Attico. **Stephani, E.,** De martiale verborum novatore. **Reitzenstein, R.,** Supplementa ad Procli commentarios in Platonis de republica libros nuper vulgatos. **Philonis Alexandrini** libellus de opificis mundi, edidit **Leopoldus Cohn.**